ANTIQVI, NOVIQVE LATI ORTHOGRAPHICA

A

CLAVDIO DAVSQVIO SANCTOMARIO

CAN. TOR.

Digitized by Google

44

Digitized by Google


MIRCVRIVS
MAIVGENA.
MENERVA
PALAMEDES
Ο ΣΟΦΟΣ
ANTIQVI NOVIQVE
LATI
ORTHOGRAPHICA
A
CLAVDIO DAVSQVIO
Sanctomario Canonico Tornaci
II. digeſta voluminibus.
TORNACI NERVIORVM
Ex Typographio
ADRIANI QVINQVÉ
MDC.XXXII.
SIMONIDES
MEMORIAE
FABER
CICERO
LATINAE
ELOQVENTIAE
PARENS

Digitized by Google

PHILIPPO CAVERELIO
S. VEDASTI
ABBAE ΠΑΝΣΕΒΑΣΤΩ,
ORDINVM ARTES. DEPVTATO

MONASTERIORVM EXIMI IVRIS
VISITATORI, SEV PROVINCIALI
MONASTERIORVM, PRIORATVVM, DOMVM
POSITORI, AVT REPOSITORI
APVD ATREBATES COLLEGI
SOCIETATIS IESV FVNDATORI
CLARANARVM INIBI VIRGINVM

RESTAVRATORI
DVACI ANGLORVM BENEDICT.
PARENTI
COLLEGI PARISIS RECTI
AVCTORI

ORDINIS BENEDICTINI DESTINAE
PAVPERVM ANIMÆ VIRO INCOMPARABILI

CLAVD. DAVSQVIVS
CAN. TOR.

Ἀρχομένου δ' ἔργου πρόσωπον χρὴ θέμεν τηλαυγές, *ruit profundo Pindarus ore.* Orthographica haec opus perquamliteratum, deſiduo laboratum, & annorum multorum ſerie perſinitum cui dono, niſi vni tibi PHILIPPE CAVERELI? Ecquis enim api- Olymp. Oda.

catos inter vertices in hoc noſtro Belgij orbe eſt Archimandrita te literatior, & literatorum amantior? Vtrumque δακτυλοδεικτῶ bibliotheca Vedaſtina librorum omne genus abundantiſſima, Cimelijs Nummorum, Imaginum, Anquitate rara inſtructiſſima ſupra omnium Belgij Aſcetarum bibliothecas elata, atque internitens, librorum Ptolemaei theſauris, aut Palatinis aemula. Quis enim tanta tabulariorum ſpatia, quanta ſunt à magnificentia tua, niſi literarum amantiſſimus voluminib. compleat? Multas equidem per Belgium, & Galliam ſpectaui bibliothecas hominum priuatorum, Principum, Abbarum, Epiſcoporum, eaſque locupletiſſimas:

Maro. *Verum haec tantum alias inter caput extulit,*
Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.

Et ni cum literis ipſis literatos amares, ac foueres, non tantos ſcriptores intra mandras tuas nominis, ac famae quamuis fugientes longe, lateque librorum ſuorum ſplendor nobilitaret. Gazetium loquor, cuius polito, doctoque penicillo

Naſo. *Ora reformatus primos Caſſianus in annos*

redijt: Thiulanum, à quo ſunt παμποίκιλαι notationes in Faïum. Sed neſcio quo velut fatali ſidere icti Abbae Vedaſtini nominis in literatos quoſque ſemper propenſiſſimi fuere. Atque vt Ruffaultium, nequid ſanguini dare videar, praetermittam: recentiore memoria Sarazinus

nus anteceſſor tuus Panagium Salium Vedaſtiados conditorem, Mayerum μουσῶν ἄωτον, Stapletonum Theologiae columen, alioſque complures amico ſinu fouit, & complexus eſt: Cuius tu, CAVERELI, non tam premens veſtigia, quam ingenij benignitate, naturaeque propenſione Monceium carum mihi caput, & librorum multorum parentem ante, & poſt fata vnice deamaſti: Locrium MARIAE AVGVSTAE buccinatorem honoraſti: faces alijs etiam ad honeſtas artes, & ſtudia ſubieciſti. Prorſus hoc ad exemplum priſci Iſaci, qui ipſis mundi pene naſcentis incunabulis, puteis Calumniae, ac Inimicitiarum relictis, alijſque fodiri iuſſis, puteorum vni Latitudinis indidit vocabulum, alteri Abundantiae. Cum literis inimicitias, ac bellum qui gererent, olim non defuere, non hodie, qui calumnientur, quibus rerum à te geſtarum gloria ora obſtruit, & calumniarum venas occaecat. Tu namque apud Atrebates literatiſſimi ordinis Conuentum eſſe voluiſti: tu Ignatianis, qui iuuentutis ad rectum, pium, honeſtum fingendae vni propemodum ſunt artifices, aedificationem ampliſſimam ſtatuiſti: tu baſilicam perquam auguſtam ſolido de ſaxo, opere decalicato excitaſti: anniuerſario, vberrimoque prouentu eos locupletaſti: in Academia Duacena Anglis Benedictinis, quibus generoſa Philoſophia pectus incoctum: non minora

Digitized by Google

praeſtitiſti. Atque adeo ex his tuae magnificentiae puteis, ac fontibus enatus fons nouus, quaſi perruptis aggeribus ſeſe foras erupit, Galliam inuſque terram, & in ipſum Academiae Pariſinae ſinum ſeſe emerſit, locumque nouo pauperiorum ſtudioſorum Collegio inuenit, vbi iactis fundamentis culmen ſuperimpoſuiſti. Omitto te tanto cultu prouinciam tibi creditam conuenuſtare, vt dubitet inſpector, meliuſne noua opera conſurgant, an vetuſta reformentur. Hi ſunt Latitudinis & Abundantiae CAVERELIANAE putei, quibus ingeniorum felicitas alitur, pietas adoleſcit, ſancta fides corroboratur. His puteis artificum manus vegetiores reddidiſti, quorum opera in exaedificando Noëmos, ac Solomones expreſſiſti, atque in propagando religioſorum capitum ſemine Abrahamum, ac Iacobum retuliſti. Hiſce tuis artibus otium, & voluptas rectarum mentium corruptelae, monaſteriorum labes, ciuitatium peſtes longe exulant: hiſce tuis inſtitutis longe, lateque vagatur Vedaſtini nominis dignitas, atque amplitudo. Taceo non hiantes in magna fortuna cupiditates, animum imitus Deo conſecratum, aulae metuentem, animum ſemper ſuum, alias penetrales, & domeſticas virtutes: nec enim panegyricum elaboro. Quid ergo? Magni Caſſiodori imitatione, qui Monachis pluſquam nonagenarius Orthographiam ſcripſit,

ego

ego Caſſiodoro annis quinque ac viginti minor, quae de veterum, & neotericorum ſcriptorum ſcrinijs Antiqui, Nouique LatI ORTHOGRAPHICA compoſui, ad Monachorum, & monaſteriorum parentem, ad te libens, volens affero, CAVERELI Abba ampliſſime, Abba literatiſſime, maximo tuo merito, iam dixi: & Deum Opt. Max. rogo ingenijs hominum expergificandis caput hoc ſacrum quamdiutiſſime foueat, vegetet, ſoſpitet. Ita voueo.

Ampliſſ. Paternitati tuae deuotus

CLAVD. DAVSQVIVS.

Eccleſiaſtici c. 39.

Sapientiam omnium Antiquorum exquiret ſapiens.

Digitized by Google

LECTORI BENIVOLENTI
S.

VAſtiſſimum de Latina Orthographia campum, *cum Parergon Librum Singularem auſpicaretur, non ingredi ſe, neque in alienas poſſeſſiones temere irruere, Barnabas Briſſonius ampliſſimi Senatus Pariſienſis Praeſes olim praemonebat. Nimirum animo peruidebat vir tantus in hac rerum vniuerſitate nihil quantumuis magnum, aut admirabile, quod non literarum monimentis comprehendi poſſit, aut deſignari. Ipſarum porro literarum tantam in poſitu, aut coïtione variantiam eſſe, vt cum ea nequeat ipſa naturae multiplicis facies* πολυσχιδοῦς *aequa comparatione componi. Optimo igitur conſilio multa quidem e Pandectis Florentinis indicio excipit aliter, quam vulgo, ſcriptitata: Atque eadem illa pauciſsima ſunt, ſi totius* ORTHOGRAPHIAE *vaſtiſſima ſpatia animo commetiris. Aliter tamen anguſtae animae, quae tam puſillis ſeſe circumſcripſere cancellis, vt obſeruationis huiuſce ichnographiam, ſeu verius ſciagraphiam, quam* ORTHOGRAPHIAM *mundo oſtenderint. Aiunt ſenecionem cum e ſpecula paſtoricia oculos in ſubiectam planiciem ſparſiſſet, exclamaſſe immanem in modum vaſtam orbis terrarum eſſe molem. Ita iſti hodie male feriati bis denis voculis denuo obſeruatis,*

ORTHO-

ORTHOGRAPHIAM *nouam ſeſe rati ſunt inuecturos, & quaſi vniuerſam hac de re rationem ſint animo complexi, noua, & caeteris inobſeruata profitentur afferre, verborum largi, inaniarum datores, iudicij nullius. Sic profecto ſtatuo ad omnem literarum tractationem iudicium adhiberi quammaxime oportere, quod perpaucis benigne Deus elargitus eſt, pauciores vſi, idque paucies. Nos autem, quae ad Orthographicam rem pertinere putauimus, ea nos* commodius, quam caeteros obſeruaſſe non affirmamus: ſed perquiſitius, & diligentius conſcripſiſſe pollicemur. *Nec vſquam fracto animo* *Tullius.*

Dumos inter, & aſpera *Terentian.*
Scrupoſis ſequimur vadis.
Fronte exile negotium,
Et dignum pueris putes:
Aggreſſis labor arduus,
Nec tractabile pondus eſt.
At mens tenditur acrius,
Ne contenta ſit obuijs,
Rimantemue recondita
Subtiles fugiant notae.

Sapienter iſta, ac praediuine Niliacae Syenes Praeſes Terentianus. Dumoſum *profecto* negotium, *aſperum, ſcrupoſum,* fronte exile, *puerile putes. Caſſiodorus libro de Orthographia:* Minutus labor ſillabis, literiſque tractandis, modo factus ex nominum deriuatione, modo caſibus ſermonum, modo ex motu, atque ſitu, modo ex Euphoniae conſonantia, modo ex Graecarum litera-

literarum Similitudine, probans quid ſcribere debeas, & quid vitare contendas. *Quod penſiſſimum Fabio fuit lib.* 1. *c.* 7. An ideo minor eſt M. Tullius Orator, quod idem artis huius diligentiſſimus fuit, & in filio (vt in epiſtolis apparet) recte loquendi, ac ſcribendi aſper quoque exactor? Aut vim C. Caeſaris fregerunt editi de Analogia libri? Aut ideo minus Meſſala nitidus: quia quoſdam totos libellos non de verbis modo ſingulis, ſed etiam literis dedit? *Ea re cum literatiſsima ſint haec tẽpora, vix vnus, aut alter negotium hoc tetigit. Proximum namque vero videtur nullam ingenij ſperatam eſſe gratiam circa res, etſi neceſſarias, procul tamen ab oſtentatione poſitas. Sic arborum altitudine delectamur: radices, ſtirpeſque ne quidem intuemur. Ita Philoſophiae partes, Iurium ſtudia, Theoſophiae celſitudo, Medicae neceſsitas, Hiſtoriae cogitatio mortalium occupat animos, ac poſsidet: literas capeſſere vani autumant ingenij:* ORTHOGRAPHICA *tangere iudicant otioſi. Sed* μωμήσεταί τις μᾶλλον, ἢ μιμήσεται. *Hic igitur animis, ac genio noſtro freti obiectacula perrupimus omnia. Et vt Zeuxis picturae adminiculo virginum ex habitu complurium Helenae membris concinnitudinem conciliauit,*

Tullius. & laetos oculis afflauit honores: *ſic nos* omnibus vnum in locum coactis ſcriptoribus, quod quiſque commodiſſime praecipere videbatur, excerpſimus, & ex varijs ingenijs excellentiſſima quaeque libauimus. Ex his enim, qui nomine, & memoria digni ſunt, nec nihil optime, nec omnia praeclariſſime quiſquam dicere

dicere nobis videbatur. *Siquid autem à Scriptorib. peccatum, aut indiligenter excuſſum, id nos aut praeteriuimus, aut ſine verborum iniuria refutauimus. Multum quoque ipſi nos in commune contulimus, operam, lectionem, iudicium.* Sin autem temere aliquid alicuius praeterijſſe, aut non ſatis eleganter ſecuti videbimur, docti ab aliquo facile, & libenter ſentẽtiam commutabimus, & cum honore gratiam ſciemus. Non enim parum cognoſſe; ſed in parum cognito ſtulte, & diu perſeueraſſe turpe eſt: propterea quod alterum communi hominum infirmitati, alterum ſingulari vniuſcuiuſque vitio eſt attributum. *Ideo: literatis huius aeui viris Auctoritas à nobis danda fuit, nec Latium in Latio quaerendum dumtaxat. Transfugas ergo literas vbiubi repertas exoſculamur, in Gallia, Germania, Belgio, viroſq; in his terrarum plagis illuſtres ſuſpicimus, illuſtramus, fulcimus, dum ijs fulcimur. Nec veteres modo ſequimur Catonem, Varronem, Tullium, Maronem, Fabium, Gellium, Macrobium, Soſipatrum, Diomedem, Priſcianum, Probum, Phocam, alios quamplurimos: ſed & Barbaros, Pontanos, Politianos, Manutios, Leopardos, Briſſonios, Caninios, Turnebos, Scaligeros, Cuiacios, Pontacos, Lipſios, Salmaſios. Verbo totae hiſce campis Antiquitatis, & nouorum Scriptorum legiones explicantur.* Vetuſtas enim pauca nõ deprauat: multa tollit. Quem puerum vidiſti formoſum, hunc vides deformem in ſenecta. *Quod ita factum à nobis,* EVGE, BELLE: *cum multi dicturi ſint, Diuinatione nonnunquam potius, quam firmiſsimis argumentis vti nos minus comprobabunt. Quibus in mentem*

Tull. Tull. Varro.

ã *veniat*

veniat vetus effatum cum in pleriſq; omnib. verum, tum in hac maxime tractatione, Στοχάζεσθαι μὲν ἐστιν, ἀποφήνασθαι δ᾽ οὔ. Coniecturae, non demonſtrationi locus eſt. *Alijs aequo longiores videbimur, quibus non dicam cum Martiale:*

— Legito pauca, libellus ero:

Sed Philemonis vtar aduocatione:

Τὸν μὲν λέγοντα τῶν δεόντων μηδὲ ἕν,
Μακρὸν νόμιζε, κἂν δύ᾽ εἴπῃ συλλαβάς.
Τὸν δ᾽ εὖ λέγοντα μὴ νόμιζ᾽ εἶναι μακρὸν,
Μηδ᾽ ἂν σφόδρ᾽ εἴπῃ πολλὰ, καὶ πολὺν χρόνον.

Gregorij quoque Nazianzeni: Βραχυλογώτατον Ὅμηρον λέγω, καὶ πολὺν τὸν Ἀντίμαχον. Πῶς; Τοῖς πράγμασι κρίνων τὸ μῆκος, ἀλλ᾽ οὐ τοῖς γράμμασι. *Auſim quoque adſeuerare nonnullos, ſi lectos à me legiſſent, ſi tantas huius generis opes congerere quiſſent; non ea ſecreturos fuiſſe, quae numero magno recidi. Eorum vero, quae legi, delibaui, in aduerſaria conieci, decimas Lectori obijcio. At nonnullis quaedam curioſiora, ac praeter vulgi Vſum obſeruata indicabuntur. Eos forte aegre habebit, quae*

Horatius. Imberbes didicere, ſenes perdenda fateri.

Nihilominus non incompertam, nec rei inexploratae rationem nos ſecutos fidem faciet ipſa ratio, & Auctorum omne genus commemoratio. Et ipſi mihi ab inolita pridem ſcribendi Conſuetudine recedere, nouam inire viam, durum nonnunquam, & abruptum viſum. Faciendum tamen fuit ex rationis imperio, & ſcriptorum iudicio: multa licet priſtinae Conſuetudini meae fauere animaduerterem. Siqua autem parum

Gellius. plana videbũtur, aut minus plena inſtructaque, petimus vt ea non docendi magis, quam admonendi gratia ſcripta exiſtimẽt, & quaſi demonſtratione veſtigiorum contenti, perſequãtur ea poſt, ſi libebit, vel libris repertis, vel magiſtris.

Quae

Quae vero putauerint reprehendenda, his, ſi audebunt, ſuccenſeant, vnde ea nos accepimus. Sedenim quae aliter apud alium ſcripta legerint, ne iam ſtatim tempore obſtrepant: ſed tractationes rerum, & auctoritates hominum penſitent, quos illi, quoſque nos ſecuti ſumus. Erit autem id longe optimum, vt qui in lectitando, ſcribendo, commentando nunquam voluptates, nunquam labores ceperunt, nullas hoc genus vigilias vigilarunt: neque vllis inter eiuſdem muſae aemulos certationibus, diſceptationibuſque elimati ſunt; ſed intemperiarum, negotiorumque pleni ſunt, abeant percontando, ſcribendo ab his Latij Orthographicis procul, atque alia ſibi oblectamenta quaerant.

ΓΡΑΜΜΑΤΩΝ
ΔΥΝΑΣΤΕΙΑ.

Ο'ττι περιπλύουσιν ἐπίτριμα φύλλα Σιβύλλης,
Ἠ' πρετερηγενέσιν Σινδὼν μεμιασμένη Ἰνδοῖς,
Ἠ' φοίνιξ ἔχει πέταλον, σκῦτος τ' Ἐλέφαντος,
Δένδρου ἀφελκόμενοι Ὑμένες, Νείλου τε κατ' ὄχθους,
Ὅ, τι Πάπυρος ἔχει ῥάβδου μαλακωτέρα ἔξω,
Ποίης σκληροτέρη, λείη ἁλίη ἅτε κόγχη,
Ὅ, τι εὔγλυπτοι πίνακες Κηροῖο κρύπτουσι,
Χάρτου χιονέοιο κεκομμένα μείλανι νῶτα,
Ὅ, τι ἔχει, Λᾶες, Πλίνθοι, καὶ Μάρμαρα γραπτὰ,
Ὅ, τι κε ἠϋγενὲς, καὶ καινὸν Πέργαμα κόσμῳ
Δαψιλέως στέλλει, φωνῆς μίμημα βροτείης
Γράμμασιν ἐν ὀλίγοις, νοὸς ἢ μίμημα τυπωθῇ.
Στοιχείοις τόσση δύναμις κατὰ κόσμον ἔασι!

Ἀλλὰ δὲ πάντα ῥέει, καὶ εὐθέως οὐδὲν ἔασι,
Εἰ τάχα μὴ παριόντα χρόνον θαλέθοντα νεάζῃ
Μνημοσύνη, ἰδὲ ἀῤῥαγέως ἀναλώματα κόσμου
Δεσμεύσῃ Χάρτῃσί τε, καὶ Αἰχμῇσι μάχηται.
Τίπτε τοι ἡ Χαρτῶν χρεὼ, ἡ εὐηκίος Αἰχμῆς;
Πάντα, τάπερ πολυδαίδαλος εὕρατο γράμματα Κάδμος,
(Κάδμος, ἀφ' οὗ Σελίδα γραπτὴν ἔχει Ἑλλὰς ἀγήνωρ)
Ῥάβδῳ εὐτροχάλῳ, ἢ καὶ γραφίδεσσι Πελασγοὶ,
Ἠ' σεμνὸν Αὐσονίης Κάρμεντις κλέος ἀρούρης
Γράμματα κοσμήσειε παλίνδρομα ἐν κατὰ τάξιν
Θήκατο, καὶ παλίνορσα μόρου ἀδαήμονα ἔστη.

Κῦδος

LITERARVM REGNVM
A CL. DAVSQVIO.

QVidquid habent Foliorum examina priſca Sibyllae,
Quidquid habet Sindon Indis maculata vetuſtis,
Barrorum exuuiae, Palmarum mollia terga,
Corticeiq́; Libri, vel Nili proſata campis
Fida Papyrus habet virgultis mollior, herbis
Durior; aſsiduo detritis aequore conchis
Leuior, & quidquid texit tabula oblita Ceris,
Chartarumque niues atra fuligine pictae,
Marmoris, & Laterum, & Lapidum ſtrepitantia dorſa,
Denique nobilibus quidquid noua Pergama ab oris
Mundo diſpenſant, humanae vocis imago eſt
Paucis Literulis, expreſſaque mentis imago.
Tantas concipiunt Elementa ſuo ordine vires!
Verum cuncta fluunt retro dilapſa repente,
Ni pia Mnemoſyne reparatrix temporis acti
Inijciat fluxo retinacula congrua mundo
Mucrone, & Chartis reuocans fugientia quaeque.
Quid faciat Mucro, aut Chartae canentia texta?
Quae reperit Cadmus, peperitq́; in luminis oras
Grammata (Graiorum quo praeceptore ſuperbit
Pagina) perfacili virga, radioque vel Hellas
Perſiba, vel cultrix oris Carmenta Latini,
Naue quaeque ſua in ſerie, ac ſtatione reponat:
Tunc fugitiua gradum ſiſtent oblita moriri.

 Gloria

Κῦδος ἀριθέων, τηλεκλυτοί τε θρίαμβοι,
Ὡς καπνὸς ἠερόφοιτος, ἀφίπτατ᾽ ἠθάδι ῥιπῇ.
Εἰ μὴ εὑροῦεν Κάδμοι᾽ εὐεργέα δάφνην
Σώσῃ ἀείζωον, πρὶν πάμπαν ἀμαυρωθῆναι.
Ὤιχετο καὶ πρόπαλαι Παλαμήδεος οὔνομα κλεινόν,
Ὤιχετ᾽ εὔφραδέος Δημοσθενέος στόμα χρύσεον,
Ὤιχετο Θουκυδίδης, κὴν ὑψαγόρας, καὶ ἀμύμων,
Οἴχετο Ξεινοφόων, Κῦρος, καὶ Ἑλλὰς ἅπασα,
Καὶ σοφὸς Οὐάρρων, Οὐαρρωνός τε Παλαίμων
Φέρτερος, ὅστε χέας Κικέρων πραπίδεσσιν ὁμοῖα,
Ἱστορίης τε πατὴρ Λίβιος, πᾶσ᾽ ᾤχετο Ῥώμη.
Εἰ μὴ χιονέοις σημήια μέλανα χάρταις
Ἐνδυκέως ἐγκόψειαν Καδμηία τέκνα.
Ὡς σφαιρηδὸν ἐὼν ὅσα οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν
Ἐκ γαίης κόλπου εἰς πείρατα ἐσχατόωντα
Ἀγκαλίδεσσιν ἑαῖς πολυχανδέσιν ἀμφικαλύπτει,
Ξηρῆς ἄχθος, Ὑγρή, Ἀὴρ, Αἰθὴρ τελέθουσιν,
Ἣ ἐκ τοῖσδε νόμῳ φύσιος γεγαῶτα πέλονται.
Παῦρ᾽ οὕτω Κάδμου Στοιχεῖα ἀριστονόοιο
Βιβλιοθηκάων πάσας πίμπλησι καλιάς.
Χρυσέους τίπτ᾽ ἐνέποιμι θόλους κατὰ Βιβλιοθήκην
Σαμμωνίκου; τὶ τίων ἱερόεντ᾽ ἀναθήματα τευχέων
Πολλίων ἔυτυκτα Πελασγῶν, ἠτε Λατίνων;
Εἴσω φιλομαθεῖς ἔβαν ἀνέρες ἔλιθα πολλοί.
Ἐν δὲ Παλατίνῳ ἐτετεύχατο Τεύχεα ναῷ
Πολλὰ μάλ᾽, ἠδὲ πλέων Τιβριὰς καὶ ὑπείροχος ὦρτο
Βιβλιοθήκη ὅδῳ ἱερῇ πάρα, θαῦμα ἰδέσθαι!
Τίς δὲ τόσον πλοῦτον, Βίβλων νήριθμον ἀριθμὸν,
Καὶ καλιὰς καθέκαστα λέγει, κοσμήματ᾽ ἀείδεις
Παῦρ᾽ οὕτω Κάδμου Στοιχεῖα ἀριστονόοιο
Βιβλιοθηκάων πάσας πίμπλησι καλιάς.
Αἴ, αἴ, αἴ Καπιτώλοι᾽ ἐπασσυτέροισι κεραυνοῖς
(Εἴ, γε μεταχρόνιοι στοναχαὶ, οὐ πάμπαν ἀχρεῖοι)

Βιβλία

Digitized by Google

Gloria bellorum priſcis tumefacta Triumphis,
Sicut fumus hebes ſubito vaneſcat in auras:
Ni Cadmea ſeneſcentem reuireſcere laurum
Suffuſo cogat meliore induſtria ſucco.
Occiderit pridem Palamedis & inclyta fama,
Atque olim Pericli Demoſthenis aemula lingua,
Thucydidis lateant ſenſus, Cyri, & Xenophontis
Nomina marceſcant regalia, Graecia tota,
Et ſapiens Varro, & melior Varrone Palaemon,
Et Tulli monimenta diſerta, parenſque Latinae
Liuius hiſtoriae concinnus, Romaq; tota
Occiderit penitus, niueis niſi ſtigmata chartis
Literulae incutiant Cadmeïdes atricolores.

Quaecumque immenſi ſpatioſa volumina coeli
A terrae gremio extremas diffuſa per oras
Amplecti potuere ſua ambitione: feruntur
Terrae pondus iners, Vnda, Aer, arduus Aether;
Legibus aut certis ex his concreta genuntur:
Paucula ſic Cadmi foecunda Elementa ſagacis
Omnia Bibliothecarum tabularia complent.
Aurea quid memorem laquearia Bibliothecae
Sammonici? Numeremne tuas doctiſſime gazas,
Pollio, Librorum Latijs, Graijſue politas
Artibus? Intrandi conceſſa licentia poplo.
Magna Palatinae reuerentia Bibliothecae:
Ad ſacram conſtructa viam certauerit eius
Famae, Tiberij quae ſurgit nomine moles
Scriptorum. Longum ſit opes, & ſingula nidis
Ornamenta dare, ac pluteis, quae plurima ditant,
Paucula tam Cadmi foecunda Elementa ſagacis:
Omnia Bibliothecarum tabularia complent.

Heu dolor! heu gemitus; neque poſt tot ſaecula ſeri!
In cineres Capitolini iſſe volumina templi

Βιβλία χρύσεα πάντα κάη ἐν ἤματι μούνῳ.
Πόσσας μυριάδας Βίβλων κατέδαψ' ὀλοὸν πῦρ,
Ἃς ἐκ παντοδαπῶν ἐθνέων σωρηδὸν ἄμησαν
Κοίρανοι Αἰγύπτου καλῷ δεδονημένοι οἴστρῳ,
Καὶ κατ' Ἀλεξάνδρου πόλιν ἔσαν καλὰ τρόπαια.
Πάσας πυρκαϊῇ μαλερῇ εἵμαρτο καῆναι,
Πάσας δ' ἐκ τῆς πυρῆς εἵμαρτο φόωσδε ἱκέσθαι,
Εἰ μεμαῶτα θέλει Καδμήϊα τέκνα ἀρήγειν,
Πᾶν τε Χαρακτήρεσσιν ὁμηγερέεσσι νεάζειν,
Χ' ἑξείης καθέκαστα τύποις Στοιχεῖα κολάψαι
Ἀρτιτόμῳ καλάμῳ, ἐν μείλανι δεύετ' ἀκωκὴ,
Κῆν ἀσίδηρος ἰοῦσα ἔπη πτερόεντα ἀκωκή.
Οὕτω Στοιχείων εἱρμὸς πολύτεκνος ἀέξῃ,
Καὶ Βιβλίων παμπησίην νεοθηλέα τέξῃ.
Πάντα Γραμματίοις γίνονται, Τεύχεσι πάντα,
Ἱρὰ, βίβηλα, βροτοὶ, παριόντες, ἀειγενέες τε.
Τοῦτο δέρας Κόλχων Ἥρωσι παλαιγενέεσσι
Πετράων ἀπὸ Κυανέων παγχρύσεον ἦεν
Ἀμπίδιον, καὶ ἀμπέλαγος διζήμενον αἰνῶς.
Χρύσεον ἦν κῶας, χρυσέη Βίβλος ἥδε βροτοῖσι
Ἱδμοσύνην χρυσέην πόρε, καὶ τίκεν ἐλπίδα χρυσέην.

ALIVD.

Οὐ δολιχογραφίης τόδε πρῆγμ', Ὀρθογραφίης δέ.
Non longi ſcripti res haec: Orthographica haec ſunt.

Obruta fulminibus crebris, atque ignibus atris.
Ignibus atque aliȷs ad ſeptingenta Librorum
Millia, quae Ptolemaeorum flammata cupido
Ex varijs collecta plagis, linguiſque, popliſque in
Regis Alexandri ſacram congeſſerat vrbem,
Omnia crudeli fato conſumta periſſe:
Omnia ſperandum eſt rediuiua reſurgere fato
Poſſe, modo faueant Cadmeïdes atricolores,
Atque Characteres renouent ſimul omnia iuncti,
Et ſua quaeque loco digeſtim ſigna reponat
Pinna recens, cuſpiſque atro rorata veneno:
Cuſpis ferri expers ſi forte alata volabit.
Sic Elementorum ſeries foecunda creatrix
Suppleat omniparens foetura diuite Libros!
Omnia Literulis debentur, & omnia Libris,
Sacra, profana, caduca, aeterna, Fideſque, Polique.
Suidas. *Haec eſt Colchorum magnis heroibus olim*
Cyaneas vltra cautes longe aurea pellis
Per mare, per terras tanto quaeſita labore:
Aurea pellis erat, Liber aureus, aurea mundo
Qui documenta dabât, ſpes parturiebat & auri.

AD RE-

AD REVERENDVM ADMODVM,

ET CLARISSIMVM VIRVM

CLAVDIVM DAVSQVIVM

ORTHOGRAPHICA

LATINAE LINGVAE EDENTEM.

Concutitur furijs, ferro vaſtatur, & igni,
Et ſcelerum triſtes patitur Germania pœnas.
Felices nuper populos, & ditia regna
Vandalus, & duri rapit inclementia Sueci,
E gelidoque ciet diros Aquilone tumultus
Auſtriacos contra proceres, & ſacra parentum,
Quæ coluit puro tot iam per ſæcula ritu
Chriſtiadum ſoboles, & Sanctis nata propago:
Lappica colluies, & crudo iunctus Alano
Herulus, & Stygias Noruegus callidus artes.
Nec vicina gemit tantum Germania, ſed nos
Vexat adhuc tumidi petulantia longa Walacrj,
Cum Batauoque ferox Cattus ſuprema minatur
Omnia. Plorat onus iam dudum Belgica tellus,
Quale tulit nunquam, cum læſo Numine proles
Deſeruit quondam patrios Abramia fines,
Mæſtaq́ ſanguineis ſubiecit colla Tyrannis.
Quid facimus, DAVSQVI*? preſsis ſolamina rebus*
Quæ tandem capimus miſeri? qui pellimus imis
Gliſcentes curas animis? dum publica nullo
Poſſumus heu patriæ medicari vulnera ſucco.
Scilicet arte catâ tua nobis ſemita tantis
Irradiat faculam nebulis, & gaudia menti
Praeſtat, & attonitos mala per communiâ magnâ
Soluit parte mali, dulces ante omnia Muſas

Dum colis

Dum colis, & lætos ſtudijs melioribus annos
Tranſigis, immiti quæ nec molimine perdet
Horrida barbaries, nec proteret impia quondam
Bellonæ feritas, concuſſum quamlibet orbem
Miſceat, & fœdis inuoluat cuncta ruinis.
Non illis ferrum, non diro tincta veneno
Spicula non picei tempeſtas lurida nimbi
Artibus efficiet; præceps ruat in noua ſemper
Bella Aquilo, viuent doctæ poſt ſæcula chartæ.
His igitur magnum ſtudijs ſolare dolorem:
Quo tua te pietas, quo relligionis auitæ
Dius læſit amor. vario Reſpublica caſu
Quaſſa licet triſtes depoſcat Belgica leſſos,
Quando illam improbitas, peregrinaq; crimina, & error
Mergit, & inuidiæ rabies, atque æmula Regum
Ambitio, ſacrique fames teterrima Pluti.
His animum ſuccis, hoc mœſtas vnguine curas
Pelle, ſimulque tuos ad gaudia læta ſodales
Talibus exemplis ab acerbo proripe luctu.
Nec potior noſtro veniet panacea dolori
DAVSQVI *Palladiæ decus immortale palæſtræ:*
Quam ſi more tuo cæleſtem indagine pulcrâ
Rimati Sophiam, diuinis artibus artes
Iungimus humanas, & ſacro fœdere tuti
Antiquos etiam Latij meditamur honores,
Ac, vaga ſicut apis florentem carpit Hymettum,
Aurea magnorum voluamus ſcripta virorum.
Implexos teneant alios commercia: non his
Adiungenda bonis, momentaque grandia rerum
Eſſe putent illi, vafro cum pectore tricas
Innectunt tricis, & lites litibus indunt.
Peius agat, diram ſceleroſa calumnia tabem
Dum vomit, & fictâ pietatis callidus vmbrâ
Quærit opes, quærit ſacros impoſtor honores.
Tu, quamuis etiam pecori fiet omne minutum
Tale opus Arcadico, mentem Permeſſidos vdo
Fonte riga, ſimili prolutum rore beati
Fluminis, ah! patrij capient obliuia damni.
Et licet indocto ſtrepitu Liuoris iniqui
Felices ſpernat chartas, inſulſaque doctum
Rodat opus Burri dementia (namque maligno

Hoc etiam

Hoc etiam noſtris voluerunt aſpera iunctum
Fata æui vitijs, Phœbeas Burrus vt artes
Semper, & innocuam configat dente Mineruam)
Victuris tamen auſpicijs, genioq́ ſecundo
Auſoniæ repara, DAVS QVI, *diſpendia linguæ,*
Cecropioſq́ Sales, Arpinumq́ erue nectar.
Sic tua vecordes ſuperet præſtantia Burros.
Laudati merces operis fiet vnica virtus;
Hæc vel ſola tuis opta conatibus olim
Præmia; virtutem paſſu pernice ſequetur:
Fama tamen, ſtulti non carcinomata ſæcli,
Non æui maculas, non craſſa animalia, non tot
Informes vlulas, non cætera monſtra morantem.

ANTONIVS SANDERVS
Canonicus Iprenſis C.

PHILIPPI MEYERI V. CL.

LITERAE.

P*LACVIT perquàm R.*[do] *Antiſtiti Vedaſtino, Humaniſsime* DAVSQVI, Lucubrationes tuas Orthographicas *nobis nuper exhibere, quas, vt verum fateamur, auidiſsime percurrimus, nec ſine multa fruge. Et quamuis is ſim, qui de tam accurato, & erudito Opere arbitrari minus poſsim: illud ſaltem admirari licuit, in quo quid potiſsimum ſuſpicias, incertum. Labor enim nouo Hercule dignus, lectio infinita, doctrina recondita cum iudicio pari, oculis, & animo paſsim occurrebant. Quare age, mi Domine, vt ſcripta tua poſt ſecundas curas (ſi tamen hae Operi adeo elaborato noui aliquid queant adijcere) quamcitiſsime publico donentur, quae omnes Antiquitatum ſtudioſos beabunt. Neque imitandus Iamotius, qui nuper Bethuniae in familiari congreſſu ſuas aiebat ſe Odas, (quas emuſsitatas non neſcis) non premere in annum nonum, ſed nonageſimum, qua aetate etiamnum cruda fruitur ſenecta. Tu verò politioribus literis, & nomini praeclare conſulueris, ſi omnes feliciſsimi ingenij foetus poſteritati mature dicaueris, qui paſsim à Philologis deinceps auide exſpectabuntur. Vale etiam, atque etiam* MEYERI *tui memor, & amans. Rigiaco Atrebatum IV. Idus Nouembres* M. DC. XIX.

ILLV-

ILLVSTRIVM VIRORVM
DE
CLAVDIO DAVSQVIO
IVDICIA.

IVSTVS LIPSIVS Centuria V. Miſcell. poſtuma Epiſt. IV.

Manum tuam agnoui, & libens vidi: quod ſi non illam, ſtilus tamen prodebat. Quam pauci enim ſic ſcribant (neminem dicere religio ſit) inter meos Belgas?

CLARVS BONARSCIVS.

Neque ego diutius DAVSQVIVM *premo. Vide quam denſo pede non iam ſemitas, ſed impleat iugera: quoties Latios proſciderit campos nobilioris calami vomere?*

Quotieſque Graeca verba carminauerit,

à quacumque doctiore mente iudicabitur

Tenuiſſe celſa iunctus Pindaro,
Montemque victor iſſe per biuerticem
Nulli ſecundus inter aſtra Delphica.

Quantum rerum, quantum ſententiarum, quantum Antiquitatis in vno pectore! Qui quidquid in annalibus fidele, quidquid apud Grammaticos eruditum, quidquid in Poëtis varium vnus hauſiſti iuſtus haeres veterum literarum.

NIGRONVS GENVENSIS.

CLAVDIVS DAVSQVIVS *vir doctiſſimus, atque accuratiſſimus Notis ad Baſilium Seleuciae.*

BAR-

BARTHIVS lib. 1. Aduerſariorum c. 5.

Viuoſe in antro purgatam, quod dicit Anna recte ab eruditiſsimo Dauſquio contra Modium defenditur.

Ibidem:

Laudibus Ciceronis illuſtrandis, quae in Silio ſequuntur, commode adduxit locum Plinij l. 7. c. 30. Dauſquius.

Cap. 13.

Eruditiſsimus Dauſquius recte interpretatur illud lib. 6.

Ibidem:

Ego certe accedendum Dauſquio arbitror Auni *nobis reſtituenti.*

Ibidem:

In MS. Oxonienſi diſerte legitur Specus vltima *exemplo Maronis a Dauſquio producto.*

Ibidem:

Prorſus vero vera eſt Dauſquij coniectura Torpor iners, *quam qui in textum non recipit, nihil agit.*

Cap. 20.

Initio libri noni apud Silium Italicum, legendum eſt, vt voluit Interpres doctiſsimus:

—— Iam ſparſi ad pabula campis Vicinis raptanda Macae ——

Libro 2. c. 9.

Iuſſus acerbatur rabie. *Coniectura emaculauit Dauſquius, cuius ego lectionem ſequendam puto, vt quae ſcriptae lectioni, & Silij ſtilo congrua ſit.*

Libro 4. c. 22.

Iudicent eruditi, imprimis vero eruditiſsimus, & longe Poëtis enarrandis praecellens Cl. Dauſquius.

Lib. 10. c. 7.

Diſtinctionem bis feliciter correxit Dauſquius, cui & adſentimur merito.

Ibidem:

Dauſquij emendatio pulcra eſt in illo: Quãti eſt, vt eas, Romamq; relinquas.

Cap.

Optime in ordinem redactum à Dauſquio:

— Caeſique cadant exercitus omnis.

Adeo vna etiam litera ſaepe oculos faſcinat: nam alioqui vitioſe edebatur.

Lib. 11. c. 8.

Merſerit Aſſyrij ſcrutator pallidus auri. *Veriſſime emendat Dauſquius* Aſturij. *Silius lib.* 1.

— Aſtur auarus. Viſceribus lacerae telluris mergitur imis.

Lib. 49. t. 10.

In curandis defunctorum corporibus veterum gentium per orbem humanum fuerunt variae omnino ſententiae, variae indidem cerimoniae, rituſque penitus diuerſi, atque concordes. Quarum, quorumque aliquammultos collegit, & enarrauit non indocte Claudius Dauſquius, qui recenſitum nouiſſime & enarratum ab ſe publico dedit Silium Italicum. Barthium reuide lib 1. *c.* 5. 13. *Lib.* 2. *c.* 3. *c.* 10. *Lib.* 4. *c.* 10. *Lib.* 5. *c.* 15. *Lib.* 6. *c.* 3. 15. *terque, quaterque. Lib.* 9. *c.* 3. *ter. c.* 17.

ORTHOGRAPHICA
QVI SCRIPSERINT,
GRAECI, LATINI.

A Suida, cui credi par eſt, Auctores, qui de *Re Orthographica* ſcripſere, non vno producūtur loco. In primis
I. *Arcadius.* Ἀρκάδιος Γραμματικὸς Ἀντιοχεὺς ἔγραψε περὶ Ὀρθογραφίας. *Arcadius Grammaticus Antiochenus de Orthographia ſcripſit.* Eiuſdem Auctoris, & ſcripti meminit Stephanus de Vrbibus verbo, Ἄκτια.

II. *Choeroboſcus.* Ὁ δὲ Χοιροβοσκὸς εἰς τὸ περὶ Ὀρθογραφίας αὐτοῦ. Etymologus. *Choeroboſcus in ſuo de Orthographia libro.* Iterumque in voce Ἀλείτης, Γεώργιος ὁ Χοιροβοσκός. *Georgius Choeroboſcus.* Nomen cognomenq. reddit in voce Ἀμφιειμένοι. Commendat eius *Orthographiam* in vocibus Ἀμφίων, Ἀργειός.

III. *Didymus.* Suidas: Δίδυμος νέος Ἀλεξανδρεὺς γραμματικός, ὃς ἐσοφίστευσεν ἐν Ῥώμῃ. Ἔγραψε πιθανὰ περὶ Ὀρθογραφίας, καὶ ἄλλα πλεῖστα, καὶ ἄριστα. *Didymus iunior Alexandrinus Grammaticus Romae Sophiſtam egit. Scripſit Veriſimilia de Orthographia, aliaque plurima, & optima.*

IV. *Draco.* Suidas: Δράκων Στρατονικεὺς γραμματικός, τεχνικά, Ὀρθογραφίαν, περὶ τῶν κατὰ συζυγίαν ὀνομάτων. *Latine: Draco Stratonicenſis Grammaticus Technica, Orthographiam, deque nominum coniugatione ſcripſit.*

V. *Eudaemonis* Orthographiae mentio fit a Stephano in voce Αἰλία. Item a Suida, qui Peluſio refert oriundum. Etymologus: Ὁ δὲ Εὐδαίμων ἐν τῇ Ὀρθογραφίᾳ λέγει κτητικὸν εἶναι. *Eudaemon in Orthographia poſſeſſiuum dicit eſſe.*

VI. *Herodianus* ἐν τῇ Ὀρθογραφίᾳ laudatur à Stephano in vocula Κάρ. De hoc Priſcianus in Praefatione: *Quid Herodiani artib. certius?* Ex cuius Herodiani gaza ſuas Priſcianus ipſe locupletauit apothecas, eiuſque Orthographiam libro ſecundo iterum laudat. Deque Luperco Grammatico ſcribit Suidas: Ἐν οἷς πολλὰ εὐδοκιμεῖ Ἡρωδιανοῦ. *Multa in Luperci ſcriptis ex Herodiano aperte comparent.*

ē Hyper-

Digitized by Google

VII. *Hyperchio* Alexandrino ſcriptum περὶ ὀνομάτων, περὶ ῥήματος, καὶ Ὀρθογραφίας teſtatur Suidas, & eum refert in Marciani tempora.

VIII *Orum* in Orthographia nominat alibi Stephanus, deq. eo Suidas: Ὧρος Ἀλεξανδρεὺς γραμματικὸς ἔγραψε περὶ διχρόνων,.... Ὀρθογραφίαν κατὰ στοιχεῖον. *Orus Alexandrinus Grãmaticus de Dichronis ſcripſit, & Orthographiam ſerie Elementorum*. Fuit hic domo Mileſius, quod annotauit Etymologicum: Οὕτως εὗρον εἰς τὴν Ὀρθογραφίαν Ὥρου τοῦ Μιλησίου. *Sic inueni in Orthographia Ori Mileſij*.

IX. *Pamphilus* ſcripſit τέχνην Γραμματικὴν, περὶ γραφικῆς. At cum Protogenes dicatur περὶ τῆς γραφικῆς ſcripſiſſe, hoc ad picturam referri queat: non tamen de Pamphilo. Aduerte animum.

X. *Soteriades*. Suidas: Σωτηριάδης ἔγραψεν Ὀρθογραφίαν, *Soteriades ſcripſit Orthographiam*.

XI. *Tryphon*. Suidas: Τρύφων Ἀμμωνίου Ἀλεξανδρεὺς περὶ Ὀρθογραφίας, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ ζητουμένων: *Tryphon Ammonij F. Alexandrinus de Orthographia, deque in ipſa quaeſitis*.

XII. *Tyrannio*. Idem Suidas: Τυραννίων νεώτερος Φοῖνιξ Ὀρθογραφίαν. *Tyrannio iunior Phoenix Orthographiam*.

XIII. *Baſilium M.* (quantus, quantus in Theologicis adſurgat). ad haec infimi ordinis ſtudia, dum publico proſit, non puditum eſt deuolui. Non EX LATIO

XIV. *Bedam* Venerabilem, non Magnum.

XV. *Caſſiodorum*, de quo mox iterum. Verum Latinos inter principes in hoc ſcribendi genere enituit

XVI. *Lucillius* Varroni, Horatio, Quintiliano, Gellio, Feſto, Nonio, ſexcentis locis illaudatus, quo de Iſidorus Hiſpalenſis: *Orthographiam, id eſt, Scripturam contra imperitiam Librariorum Lucillius Poëta primum ſcripſit*.

XVII. *Varro* ipſe libro ſexto de LL. *Quis literis oportet ſcribi, aperiam*. Immo etiam Priſcianus lib. 10. ex Varronis Orthographia reponit triſtichum hoc:

> *Ergo inter Solis ſtationem, & ſidera ſeptem*
> *Exporrecta iacet tellus: hinc extima fluctu*
> *Oceani interior Neptuno cingitur ora.*

XVIII. *Papirianus* in Orthographia *Polcrom*, *Colpam*, *Hercolem* ſcriptum olim meminens eſt teſte Priſciano libro primo, quem & libro XII. denuo excitat.

XIX. *Verrius Flaccus* libros de Orthographia ſcripſit auctore Suetonio, quos

XX. *Scribonius Aphrodiſius* reſcripſit.

XXI. *Quintilianus* libri primi caput ſeptimum de ea breuiarium eſſe

voluit,

voluit, ac vniuerſum Quintilianum tanquam *Orthographiam* laudat Caſſiodorum, &

XXII. *Aquilam*,

XXIII. *Auitumque*.

XXIV. *Terentiani* Mauri Niliacae Syenes praeſidis liber de Metris in omnium eſt manibus: in eo multa de Orthographia praeſtruit.

XXV. *Iſidorus Hiſpalenſis* totis viginti Originum Libris Orthographiam ſparſit.

XXVI. *Soſipater Chariſius* ſcripſit lib quinto de *Accentu, & Poſitu*, de *Scriptione, de Pronunciatione*. Deſunt hi tractatus editioni a Putſchio.

XXVII. *Caecilius Minucianus* libro de Orthographia laudatur à Rhodigino libro quartouiceſimo capite quarto, item ab alijs.

XXVIII. *Velium Longum* de Orthographia nuperrime retulit in lucem *P*utſchius ſumma cum accuratione, &

XXIX. *Flauium Caprum* cum

XXX. *Terentio Scauro*, &

XXXI. *Agroetio*.

XXXII. *Caeſellij* ab his nominatur *Orthographus*: apud alios audit ipſe *Caeſellius Orthographus*.

XXXIII. *Marius Victorinus*.

XXXIV. *Caeſar* additur.

XXXV. *Nigidius*, ſaepicule id inſinuante Gellio.

XXXVI. *Caſſiodorus* autem Orthographiam ſuam mutuatus eſt ab

XXXVII. *Agnaeo Cornuto*,

XXXVIII. *Velio Longo*,

XXXIX. *Curtio Valeriano*,

XL. *Papiriano*,

XLI. *Adamantio Martyrio* libro de B, & V.

Ex eodem libro de Medijs ſillabis.

Ex eodem de vltimis ſillabis.

Ex eodem de B litera trifariam in nomine poſita.

XLII. *Eutyche* de Aſpiratione.

XLIII. *Caeſellio Orthographo*.

XLIV. *Lucio Caecilio Vindice*.

XLV. *Priſciano*. Ita quidem in nouiſſima Grammaticorum editione. Verum Caſſiodorus ipſe lib. de Orthogr. duodecim opuſcula ſe in medium deducere profitetur. Porro horum Auctorum obſoleta, & retorrida facies pingitur, nec amatur hoc aeui (quo iure?) nec fere magis cognoſcitur, quam Epimenides poſt annos quinquaginta experrectus. Quare viſa ἀγαθὴ μάζα μετ' ἄρτον. eandemq. incudem repetiuere nouitij ſcriptores, ijq. inſigniter docti.

 Nouitij,

Nouitij, qui de re Orthographica ſcripſere.

XLVI. *Paulus, Alduſque Manutij.*

XLVII. *Nicolaus, & Georgius Vallae.*

XLVIII. *Bernartius Linguis.*

XLIX. *Ioannes Nemius.*

L. *Franciſcus Vergara.*

LI. *Iudocus Willichius*, quem humaniſſimus Puteanus mihi ſuffecit.

LII. *Ioachimus Camerarius.*

LIII. *Pontanus* gemellis foetibus de Adſpiratione.

LIV. *Pontacus* ad Euſebij Chronica immane curioſus Orthographiae, quam e MSS. obſeruauit, & veterum libris omnigenis, nec abſq. iudicio acri.

LV. *Laurentius Bonetus* Atrebas dedit *Orthographiam*, & Etymologiam cognatos foetus.

LVI. *Rhotius.*

LVII. *Andreas Valerius Brabantus.*

Poſt hanc doctorum ſcriptorum συναγωγὴν quid mihi praeſtitum, Lector, animum aduerte. Οὐκ ἐν ὀνείρασι θυμὸν ἰαίνω.

AVCTO-

AVCTORES, QVIBVS IVTI SVMVS HOC IN OPERE
ORTHOGRAPHICORVM.

Accius.
Adamantius.
Adelinus.
Adrianus Iunius.
Aegineta.
Aemilius Macer.
Aemilius Probus.
Aeſchylus.
Aethicus.
Aetius.
Afranius.
Agatharchides.
Agenius Vrbicus.
Agroetius.
Aimoinus.
Alciatus.
Alcibiades.
Alcuinus.
Aldus Manutius.
Aleander.
Aleander Iunior.
Alexander Torus.
Alexandrus Aphrodiſaeus.
Alexandrus Epheſius.
Alexander Neapolitanus.
Alexandrus Trallianus.
S. Ambroſius.
Ambroſius Morales.
AmmianusMarcellinus.
Anaſtaſius Suraïta.
Andreas Torus.
Andreas Valerius.
Angelomus.
Anipſias.
Antias Valerius.
Anticlides.
Antigonus.
Antiphanes.
Antiſiodorenſis.
Antonius Auguſtinus.
Antonius Feullus.
Antonius Gnipho.
Antonius Liberalis.
Apicius.
Appianus.
Apollinaris Laodicenſis.
Apollinaris Sulpitius.
Apollinaris Sidonius.
Apollodorus.
Apronianus.
Apuleius Grammaticus.
Apuleius Madaurenſis.
Arator.
Arauſianus.
Arcadius.
Aretaeus.
Aretinus.
Arias Montanus.
Ariſtaenetus.
Ariſtides.
*A*riſtophanes.
*A*riſtophon.
*A*riſtoteles.
*A*rnobius.
*A*rtemidorus.
*A*lconius.
*A*ſper.
*A*thenaeus.
*A*tta.
*A*tteius.
*A*uguſtinus.
*A*uguſtus Imperator.
*A*uienus.
*A*urelianus.
*A*urelius Victor.
*A*uſonius.
Bacchylides.
Baccius.
Baldus in Vitruuium.
Balſamo.
Baptiſta Guarinus.
Baronius.
Barthius I. C.
Barthius Caſperius.
Bartholomaeus Lintrenſis.
Bartholomaeus Scala.
Bartius D.
Baſilius M.
Baſilius Seleuciae.
Baſſus.

Beda Venerabilis.
Becmanus.
Bembus.
Berchemius.
Bernardinus Baldus.
Bernartius.
Beroaldus.
Boëthius Philoſophus.
Boëthius Epo.
Brabantus.
Breulius.
Briſſaeus.
Briſſonius.
Brodaeus.
Budaeus.
Bulengerus.
Caecilius.
Caeſar Imp.
Caeſar Strabo.
Caeſellius Vindex.
Caeſius Baſſus.
C. Iulius.
C. Laelius.
Calendarium vetus.
Callimachus.
Calpurnius.
Caluus.
Camdenus.
Caninius.
Canterus.
Caper.
Capito.
Cardinalis.
Carrion.
Carolus Stephanus.
Caſaubonus.
Caſſiodorus.
Caſſius Hemina.
Cato.
Catullus Poëta.
Catullus Vrbicarius.
Celſus.
Cenſorinus.
Ceporinus.
Chariſius.
Chifletius.
Chriſtophorus Landinus.
Chryſaphius.
Chryſippus.
Chryſoloras.
Chryſoſtomus.
Cinus.
Ciofanus.
Claudianus.
Claudius Ciffletius.
Claudius Eſpenceius.
Claudius Imp.
Claudius Menardus.
Claudius Salmaſius.
Claudius Quadrigarius.
Cledonius.
Clemens.
Cleomedes.
Cn. Mattius.
Cockierus.
Coelius.
Coelius Rhodiginus.
Columella.
Conſentius.
Corinthius Grãmaticus.
Corippus.
Cornelius Gualterus.
Cornelius Nepos.
Cornelius Seuerus.
Cornutus.
Cowarruuias.
Crates.
Cratinus.
Critias.
Cruciger.
Cruſerius.
Cteſias.
Cuiacius.
Curiatius.
Curius Fortunatianus.
Curtius Hiſtor.
Curtius Valerianus.
S. Cyprianus.
Cyrilli nomine Lexicon Graecol.
Cyrillus Ratisbonenſis.
Daleſcampius.
Daniel.
Dardanus.
Delphinius.
Delrius.
Demoſthenes.
Demoſtratus.
Dexter.
Didymus.
Diodorus.
Diomedes.
Dionyſius Afer.
Dionyſius ab Ario pago.
Dionyſius Halicarnaſſeus.
Dio.
Dioſcorides.
Diphilus.
Diuaeus.
Domitianus.
Druſius.
Donatus.
DuilII Colũna roſtrata.
Duodecim tabulae.
Duza.
Emporius.
Ennius.
Epigrãmata Graecorũ.
Epigrammata vett. Latinorum.

S. Epiphanius.
Epitoma Liuij.
Eraſmus.
Eratoſthenes.
Erythraeus.
Etymologus.
Eucherius.
Eupolis.
Euripides.
Euſebius.
Euſtathius.
Eutyches.
Ezechiel.
Fabius Pictor.
Fabricius.
Faërnus.
Falkemburgius.
Faſti.
Feneſtella.
Ferreolus Locrius.
Feſtus.
Firmicus.
Firmilianus.
Flauius Caper.
Flauius Soſipater.
Foëſius.
Fornerius.
Fortunatianus.
Franciſcus Molinaeus.
Franciſcus Sarmiento.
Friſchlinus.
Fronto.
Fruterius.
Fuchſius.
Fulgentius.
Fuluius Vrſinus.
Gagneus.
Galatinus.
Galenus.
Gallus.
Galeſius.
Gaza.
Gelenius.
Gellius.
Gellius Hiſtoricus.
Gerbertus EpiſcopusRauennas.
Germanus.
Georgius Monachus.
Giſanius.
Giſelinus.
Gloſſae H. Stephani.
Gloſſarium.
Goltzius.
Gorraeus.
Goropius.
Goupylus.
Gracchus.
Grammayus.
Gratius.
Gratus.
Gregentius.
Gregorius Magnus.
Gregorius Nazianzi.
Gregorius Nyſſenus.
Gregorius Thaumaturgus.
Grialus.
Gryllus.
Groſlotius.
Gruterus.
Guichardus.
Guarinus.
Gueuarra.
Hartungus.
Hecataeus.
Heluius Cinna.
Hemina.
Hepheſtio.
Hermolaus Barbarus.
Hermolaus Byzantinus.
Herodianus.
Heſychius Grãmaticus.
Heſychius Epiſcopus.
Hieronymus.
Hincmarus.
Hofmannus.
Holoander.
Homerus.
Horatius.
Horti Colotiani.
Horti Sebaſtiani.
Hoſtilius.
Hotomanus.
Hoyerus.
Humelbergius.
Ianus Guilielmius.
Idacius.
Illuſtrius.
Inſcriptionum Theſaurus.
Ioannes Marius.
Iornandes.
Ioſephus Hiſtoricus.
Ioſephus Scaliger.
Iouianus.
Iſidorus Hiſpalenſis.
Iſocrates.
Iuba Rex.
Iucundus Veronenſis.
Iulius Caeſar.
Iulius Facius.
Iulius Firmicus.
Iulius Modeſtus.
Iulius Obſequens.
Iulius Paris.
Iulius Romanus.
Iulius Scaliger.
Iulius Solinus.
Iuſtinus Hiſtor.
Iuſtinus Martyr.
Iuuenalis.
Iuuencus.

Digitized by Google

Kirkmannus.
Labeo.
Laberius.
Lacerda.
Lactantius.
Lambinus.
Lampridius.
Landinus.
Langius.
Leo.
Leonardus *Aretinus.*
Leopardus.
Leuius.
Lexicon B. Germani.
Liberalis.
Licinius Caluus.
Lilius Ferrarienſis.
Lipſius.
Liſlaeus.
Liuius *A*ndronicus.
Liuius Hiſtoricus.
Lucanus.
Lucas.
Lucianus.
Lucillius.
Ludouicus d'Orleans.
Lucretius.
Lycophron.
Macarius Chryſocephalus.
Macrobius.
Manilius.
Maranta.
Marcellinus.
Marcellus.
Marcianus.
Mariana.
Mariangelus.
Marius Victorinus.
Marius Ioannes.
Marlianus.
Maro.
Marſilius Ficinus.
Martianus
Martinus *A*ſpilcueta.
Maſſurius.
Mattius.
Mauricius.
Mauſſacus.
Maximus.
Mela.
Meliſſus.
Memmius.
Memnonius.
Mercerius.
Meurſius.
Merula.
Meſſala.
Metellus Pontifex.
*M*eyerus.
*M*inucianus.
*M*olanus.
*M*onceius.
*M*orellus Ceruinus.
*M*ortierius.
*M*uſambertius.
Naeuius.
Nannius.
Nebriſſenſis.
Nemeſianus.
Nemeſius.
Neſtor.
Nicandrus.
Nicandri Interpres.
Nicanor.
Nicolas ab Orano.
Nicolaus Damaſcenus.
Nicomachus Geraſenus.
Nigidius.
Nigronus.
Nilus.
Niſus.
Nonius.
Nonnus.
Nunneſius.
Oceanus Inſcriptionũ.
Olympiodorus.
Onufrius.
Orlandus.
Oroſius.
Orpheus.
Ortelius.
Orus.
Ouidius.
Pacuuius.
Paeanius.
Palaefatus.
Palladius de RR.
Palladij Lauſiaca.
Pamelius.
Palmerius.
Pandectae Florentinae.
Papirianus.
Paris.
Parmenius.
Parrhaſius.
Paterculus.
Paulinus.
Pauſanias.
Pedianus.
Pekius.
Pentadius.
Perottus.
Perſius.
Petronius.
Petrus Damiel.
Petrus Monachus.
Petrus Victorinus.
Pherecrates.
Philo.
Philo Iudaeus.
Philo Phoenicorum *A*uctor.

Phi-

Digitized by Google

Philippus Poſcus.
Philoxeni Gloſſae.
Phlegon Trallianus.
Phocas.
Phornutus.
Photius.
Phrynichus.
Pierius.
Pighius.
Pindarus.
Pintianus.
Pimpontius.
Pithoeus.
Placiades.
Placidius.
Placidus.
Plato.
Plautus.
Plinius.
Plinius Secundus.
Plinius Empiricus.
Plutarchus.
Podocatharus.
Polemon.
Politianus.
Pollux.
Polybius.
Pomponius.
Pontacus.
Porcius.
Priſcianus.
Probus.
Proclus.
Procopius.
Propertius.
Proſper.
Prudentius.
Pſalmi.
Ptolomaeus.
Pulmanus.
Puteanus.

Q. Caepio.
Q. Calaber.
Quadratus.
Quadrigarius.
Quintilianus.
Q. Laelius.
Rabanus.
Radulphus.
Ranconetus.
Reſendius.
Reuerterius.
Rhemmius Fannius.
Rhemmius Palaemon.
Riccobonus.
Rhodiginus.
Rhotius.
Roſcidus.
Rigaltius.
Rinaldus Odo.
Riuius.
Rubenius.
Ruizius.
Ruſſardus.
Sabellicus.
Saliare carmen.
Salluſtius.
Salmaſius.
Saluianus.
Sambucus.
Sanctra.
Scala.
Scaliger vterque.
Scaurus.
Scipio Africanus.
Scribonius largus.
Scholia in
Homerum.
Pindarum.
Ariſtophanem.
Nicandrum.
Thucydidem.
Demoſthenem.

Scylax Caryandenus.
Seberus.
Secerius.
Serenus.
Seruius.
Seneca.
Septimius Florens.
Sequeſter.
Serarius.
Sextus Empiricus.
Sibyllae.
Sidonius Apollinaris.
Sigiſmundus Gelenius.
Silburgius.
Silentiarius.
Silius Italicus.
Sirmondus.
Siſenna.
Solinus.
Sophocles.
Soſipater.
Soſthenes.
Spartianus.
Statilius.
Statius.
Stephanus de Vrbibus.
Stephanus Guichardus.
H. Stephanus.
Strabo.
Steſichorus.
Stewechius.
Stunica.
Suetonius.
Suidas.
Surita.
Symmachus.
Sunius.
Tacitus.
Tarafa.
Tatianus.
Taurelius.

Te-

Digitized by Google

Teleſilla.
Terentianus.
Terentius Comicus.
Terentius Scaurus.
Tertullianus.
Themiſtius.
Theon.
Theopompus.
Thucydides.
Tibullus.
Tucca Placentinus.
Titinnius.
Torrentius.
Tortellius.
Trogus.
Turnebus.
Turpilius.
Tzetzes.
Valerius Antias.
Valerius Flaccus.
Valerius Maximus.
Valerius *P*robus.
Valer. Valtrinus.
Varro.
Vaticani Codices. { *P*lauti. / Virgilij.
Velius Longus.
Verrius.
Vertranius.
Vibius Sequeſter.
Victor.
Victorinus.
Vigenerius.
Villomarus.
Vinandus *P*ighius.
Vindicianus.
Vinetus.
Virgilius.
Vitruuius.
Vitus.
Viues.
Vlpianus.
Vopiſcus.
Vranius.
Vrſinus Fuluius.
Walafridus Strabo.
Vulcanius.
Xiphilinus.
Zonaras.
Yuo Villomarus.

FINIS.

Digitized by Google

APPROBATIO.

Perdoctum hoc eſt, & multiplici reconditae Antiquitatis elucidatione refertum Opus, quod Noui, & Antiqui LatI Orthographica *inſcribitur, ſingulari induſtria, diligenti ſtudio, & diuturna obſeruatione confecit Auctor rerum, & linguarum peritia clariſſimus. In quo cum optima quaeque ſint, quae doctorum conatus non parum iuuent, & ingenioſorum curioſa ſtudia vltro etiam proritent: nihil vero doctrinae orthodoxae, vel morum probitati repugnans: e re literaria fore iudico, ſi praelo quantocyus committatur. Ita cenſui V. Id. Mart. M. DC. XXIX.*

Ioannes Baptiſta Stratius
D. T. Lib. Cenſor.

Digitized by Google

SVMMA PRIVILEGII
REGIS CATHOLICI.

P*Hilippus Dei gratia Hiſpaniarum &c. Rex Catholicus diplomate ſuo ſanxit, nequis ClaudI DauſquI Canonici Cathed. Eccleſiae Tornacenſis Opus, cui inſcriptio:* Antiqui, Nouique LatI Orthographica, *à Cenſoribus legitimis approbatum praeter ipſius voluntatem imprimat, aut ſimulet, vel alibi terrarum impreſſum, aut ſimulatum intra decennium in has inferioris Germaniae ditiones importet, venaleſue habeat. Qui ſecus faxit praeter librorum confiſcationem, poenis in diplomate Regio expreſſis eſto obnoxius. Datum Bruxellae Idibus Aprilibus Anno Domini M. DC. XXIX.*

Signatum.

Le Conte.

Digitized by Google

ANTIQVI, NOVIQVE LATI ORTHOGRAPHICORVM

VOLVMEN PRIMVM.

TRACTATVS PRIMVS.

CANONES.

I. Origo.

II. Etymologia.

III. Analogia.

IV. Euphonia.

V. Epigrammata, ſeu Inſcriptiones.

Templis, Aris, Porticibus, Gemmis, Saxis, Tabulis, Nummis, Galeis, Sepulcris, Vrnis, Pyramidibus. Arcubus, Columnis, Solariis, Periſtyliis, Tripodibus, Trophaeis, Viis, Pontibus, Imaginibus, Statuis, Baſibus, Laminis, Annulis, Vaſis,

VI. Libri.

VII. Antiquitas.

VIII. Auctoritas.

Grammaticorum, Rhetorum, Hiſtoricorum, S S. Patrum, Scriptorum omne genus,

IX. Conſuetudo.

X. Variantia.

CAPVT PRIMVM.

Canones Orthographici.

REM ORTHOGRAPHICAM abſque ratione conſtituere eorum eſt, qui quod ſcribant, exactum non habent: eam autem ratione regere ſi voles, nihilo plus proficias, quam ſi des operam, vt cum ratione inſanias. Nam ecqua dominetur in parte ratio, vbi Analogiam, ſeu Competentiam reſupinat Scriptorum Auctoritas, aut multitudo praegrauat? Ecquae ratio, vbi Originem, & Etymum Conſuetudo (vel praua, dum in nervum erupit) iugulat? Libri, & Inſcriptiones ſtylum ſequuntur, & calamum: nituntur praeſidio Saxorum, Sepulcrorum, Imaginum, Nummorum, Pyramidum, Columnarum, Annulorum, Apſidum, Vaſorum, Trophaeorum ad rationem non hebetandam modo, ſed vti videtur, procul amoliendam. Sta vetere Inſcriptione: ea te plerumque de rationis poſſeſſione deturbabit. Sta Libris: nihilo plus agas. Ergo in hac rei literariae incertiſſima tractatione quam aram teneam? Rationem profligare, aut ſequi detrectare, hominis non eſt. Ob rationem voluit Protagoras πάντων χρημάτων εἶναι μέτρον τὸν ἄνθρωπον, *omnium rerum menſuram eſſe hominem.* Rationi tandem ancillentur *Origines vocabulorum, Etymologia, Analogia, Euphonia, Inſcriptiones omne genus, Libri, Antiquitas, Auctoritas, Conſuetudo, Variantia,* ex *Conſuetudine* nata. Per hos, inquam, Canones ad rationis faſtigium aperienda via, & connitendum. *Origo* porro, atque *Etymologia* ad intimam vocabulorum pertinent ſubſtantiam. Ex ipſa ſubſtantia naſcitur *Euphonia. Analogia* partim ex ipſa, partim de foris: vnde *Similitudinis, Proportionis, Competentiae* nomina. *Inſcriptiones, Libri, Antiquitas, Auctoritas, Conſuetudinem pariunt,* & a *Conſuetudine,* velut a viperino partu ſingula intereunt, & nonnunquam vniuerſa. *Conſuetudo* inconſtantiae ſtabilis adiuta viribus *Variantiam* progenerauit. Per has, inquam, vias connitendum ad *recte ſcribendi ſcientiam,* quam interprete Quintiliano Ὀρθογραφίαν Graeci appellitant, Galenus Εὐγραμματίαν. Tu, Lector beniuole, vtere, fruere.

CAPVT SECVNDVM.

Origo.

SI C. Baſſi exſtarent hodie monimenta, quae de Origine vocabulorum compoſuit, Gell. lib 2. c. 4. ad id quod, quaerimus, indubie praeſidij multum, luciſque allatum eſſet: & *Deriuatiua verba, quorum dubia eſt Originatio,* (Eutychis verbo libro primo exeunte) firmari forte poſſet. Ea etſi non ſuperant: haut coepto animus demouendus. Originum igitur appellatione ſtirpem cuiuſque vocis primigeniam complector, & concinnam rationem nomenclationis, nec elementorum ſimilitudine abhorrentem, nec ſignificantia diſcrepantem admodum. Vt autem inſitione traducta ſuboles a parente nonnunquam vſque-adeo degenerat, vt ſucci prioris obliuiſcatur tota, totoque ramo, & cortice principialem truncum inficietur: ſic contra Vocabula hac, aut illa ſui parte, ſeu Sillaba, & Sillaba ipſa ſui parte, ſeu Elemento, aut etiam ſe tota parentem, vnde nata ſunt, referunt. Quae auctoris ſimilitudo cum in ſubole reuiuiſcit, Originem velut in ſpeculo recognoſcimus, cumque ea rectae ſcriptionis lineamenta. Pauca de multis documenta dabo.

ACHEMENIDES ſit ne ſcribendum, vt loco ſuo ſtatuemus, an aliter, vt Nannio placitum video: conſulta Origine nil dubites *Achemeniden* amplecti, quem τὰ ἄχη μένειν. Haec enim Origo certiſſima. Sic ex dolore *Vlyſſes*, Graecis Ὀδυσσεὺς ἐκ τοῦ ὀδύσασθαι: ſic ex Luctu *Pentheus,* Πενθεύς, παρὰ τὸ πενθεῖν.

AMBVBAIARVM COLLEGIA quo pacto apud Horatium? ſiccine, an vt alij *Ambubeiae*, vel *Ambubacae*? Vox eſt pura puta ab Origine Syriaca.

FORMIIS digammum praelocari nullus miraberis, ſi ad Originem animum referes: Plinius lib. 3. cap. 5. *Opidum Formiae, Hormiae dictum, vt exiſtimauere, antiqua Laeſtrygonum ſedes.* Feſtus paulum apertius. *Formiae opidum appellatur ex Graeco velut Hormiae, quod circa id crebrae ſtationes, tutaeq; erant.* Straboni vero lib. 5. Ὅρμιαι.

GALA-

GALATEA maris nympha Poëtarum optimo cuique cantata non aſperat T. Docemur Origine ab inſolenti patrico Γάλατ☉-, ex quo & *Galatae:* vterque ab oris colore lacteo. Neque diphthongum vltimae proxima admittit ſillaba: fit enim ex Ει, ſuper quo plura effudimus ad extremum Silij volumen, ac mihi vide ſeriatim collocata.

LAMSACVS delito P Carrionis Val. Flaccus oſtentat. Imago euanida, praeſertim ad ſolem. Mela lib. 1. cap. 19. *Lampſacus Phocaeis appellantibus nomen ex eo traxit, quod conſulentibus in quaſnam terras potiſſimum tenderent: reſponſum erat, Vbi primum fulſiſſet, ibi ſedem capeſſerent.* Ergo παρὰ το λάμψαι Λάμψακ☉-, & Ovidio:

Lampſacus hoc animal ſolita eſt mactare Priapo.

Nec ratione vlla, nec Vſu P decidit apud Thucydidem, Athenaeum, Demoſthenem, Flaccum, Ovidium, Plinium.

RABBINI Leuato P: nec enim Iudaei ſimiliter Graecis adſpirant רבים.

ROMA quoq; ſi Originem D. Hieronymo probatam probas, non aſperabitur, ex רבם. Neque vox illa ſacra *Vox in Ramah audita eſt*, eadem ex origine.

ORIGINEM tamen violentior Conſuetudo ſubiugauit. *Saturnus* T non aſpero ſcribitur: Origo Spiraculum poſtulabat a סתר. Nam vti:

Dicta fuit Latium terra latente Deo:

ita in Notis vberrimis ac doctiſſimis in Ennium Merula coniectat *Saturnum* a *Latebra* dictum, Origine Iudaica. Apte ad vocem, apte ad mythiſtoriam.

Graeca ab Origine vt ſcribantur.

QVAE pura puta Graeca ſunt flexu, ſillabis, textu ipſo, quin Graecis elementis conſcribantur, nulla ſatis eſt ratio vel in ſpeciem. Quare in Prologo Perſij ſcribe modo vſitatiſſimo Χαῖρε. in Plauto, *Argentum* ἐιχεται: in Suetonio, Καὶ σὺ τέκνον: in Lucretio Χαρίτων μια: In Martiale Τὸνδ' ἀπαμειβόμεν☉-: item Μίσυλλόν τ' ἄρα τ' ἄλλα: aliaq; prope modū infinita in Auſonio, Tullijque epiſtolis ad Atticum. Nec immerens Giſanij epiſtola ſecus ſtatuentis exſibilabitur: nec eum adiurint Codices Chirographi. Nam & noſtris moribus quibus ignara eſt lingua Graecia, ſunto ex Auctoribus Graecis delibatae ſententiae, omnia charactere vernaculo ſibive facili inarant. Sic & plerique veteres Notarij per imperitiam, quos omnes ad Ariſtarchi praetorium vadari volo, & peregrinitatis reos fieri. Quod ſi ciuitate Romana donatae erunt voces Graecae, ſtent Romano amictu, ore, colore; *Heliotropium, Amo, Lego, Doceo, Fero, Muſa, Melpomene, Procne, Pallas, Phoebus*, ſexcenta alia, quae Graecis elementis picta ſordeant. Nec diſſimulandus pulcerrimus Epiphanij locus in lib. περὶ μέτρων: Ο' Ω'ριγένης καλῶς ποιῶν ἐποίησεν ὄντως, καὶ περὶ τοῦ ὀβελοῦ τὴν σημείωσιν ἐποιήσατο. Εἶθ' οὕτω καὶ τὰ ἄλλα οὕτω καλῶς ἐποίησε τὰς γὰρ ἑρμηνείας, καὶ τὴν Ε'βραϊκὴν γραφὴν Ε'βραϊκοῖς σοιχείοις, καὶ ῥήμασιν αὐτοῖς ἐν σελίδι μιᾷ συντεθεικώς, ἄλλην σελίδα ἀντιπαράθετον δι' Ελληνικῶν μὲν γραμμάτων, Ε'βραϊκῶν δὲ λέξεων πρὸς κατάληψιν τῶν μὴ εἰδότων Ε'βραϊκὰ σοιχεῖα· εἰς τὸ διὰ τῶν Ε'λληνικῶν εἰδέναι τῶν Ε'βραϊκῶν λογίων τὴν δύναμιν. Hoc enim docendi gratia factum, fierine non incongruens eſt. Peculiaris Orthographia Tractorum a Graecis eſt, cum abire videntur a vulgata ratione Latinorum.

Thraecia compluribus locis apud Cor. Nepotem legit Giſanius per *Ae* prima ſillaba. Sic in Chabria: *Conon plurimum Cypri vixit: Iphicrates in Thraecia.* In Miltiade: *Namq; tum Thraeces eas regiones obtinebant.* Nec abnuo. Nam quid magis in procliui fieri, quam ex Θράκη, *Thraecia*? Non & Θράκι☉- gignit ex ſe Θρηΐκι☉-. *Threïciaq; fides* Aeneide ſexta? Non Θρῆσσα, Θρηΐσσα, *Threiſſa* Aeneide prima? Cur non coëant ποιητικώτερον diuulſa, & ab Origine coniuncta elementa vocalia, Θραχία, *Thraecia*: Θρᾶκες, *Thraeces*? In Cornelio tamen ex Sauaronis bibliotheca edito non paret ſuperior ſcriptio.

ORIGO denique tibi fundet *Variantiae* rationes Cur per E *Metropolis, Philometor, Ortygometra* in Exodo, *Metron* iuuenis vocamen Curtij lib. 6 Cur item per A *Mater*, Ovidio *Bimater, Matrix, Materia, Matralia* feſtum matronarum Faſtor. 6. Origo enim ipſa eſt varia. Μήτηρ vulgo: Aeolibus, Doribuſque Μάτηρ: ex altero, & altero. haec fluxere per A, per E illa. Sic *Demaratus*, vt *Demoſthenes, Demea, Nicodemus*, ſimilia. At Val. Maximus lib. 3. ca. 4. *Damaratus* primam obtinente prima vocali, vt *Damon, Damoetas, Damocles, Damium ſacrificium* Feſto. Nam Graecis Δῆμος, & Δᾶμ☉-. Libro 3. in Verrem, alibique *Philodamus*: Plutarch. tom. 1. Τὸ φιλοδήμου πάθ☉-.

VERSABILIS a praeterito *Verſabam*: *Verſatilis* a *Verſatum*, vt *Truſatilis* Plauto. Quare vt fors obtulerit, hoc, illudve ſcribi fas apud Curtium, alioſque Origine non indignante.

CAPVT TERTIVM.

Etymologia, ſeu Proprietas.

CICERO in Topicis: *Multa etiam ex Notatione ſumuntur: ea autem eſt cum ex vi nominis argumentum elicitur, quam Graeci Ἐτυμολογίαν vocant, id eſt, verbum ex verbo Veriloquium.* Mox ab Ariſtotele dicit appellari Σύμβολον, de quo mox explicatius. Obſtrepit Iul. Scaliger: *Veritas in oratione eſt*, inquit, *non in priuis verbis*. Ideo *Veriloquium* non recte dici opiniatur. O bone, cui rei vox Philippus reſpondet, non ea Philippum ſignificat, non autem Pſeudo-philippum? Idem de ſexcentis aliis iudicium. Neque is error in philoſophia puſillus: Tam enim priuis vocabulis ſingularum rerum veritas ſignatur, quam propoſitionum affirmatione, aut negatione. Eſt & falſitas in priuis vocibus, vnde Pſeudapoſtoli, Pſeudantoninus, apud veteres Pſeudo-prophetam, Ψευδαλέξανδρος, Ψευδηρακλῆς, Ψευδάργυρος. At vbi falſitas, ibi & veritas eſſe poteſt. Deinde in explicanda vi nominum ſaepe annuit quis, aut abnuit: praeſertim ſi ab Etymologia, ſeu Notatione ducit argumentum, quod Tullius docet. Pleniſſime Anaſtaſius Sinaita hoc explicat: Ἐτυμολογία ἐστὶν ἡ τῆς δυνάμεως τοῦ ὀνόματος ὀρθότης δι' αὐτοῦ τοῦ ὀνόματος ἑρμηνευομένη. Origine, vt alij: *Etymologia eſt recta ex ipſo nomine interpretatio, qua vis nominis explicatur*: non ex Aliquanto ſane melius, quam Alcuinus: *Etymologia eſt origo, & ratio vocabulorum*: quam Caſſiodorus: *Etymologia eſt aut vera, aut veriſimilis demonſtratio declarans: ex qua origine verba deſcendant.* Non enim Etymologia eſt Origo; ſed quod ait Anaſtaſius, *recta ex ipſo nomine interpretatio*. Quia vero Etymologia plerumque ſemper Originem repetit: ex eo nata confuſio. Et quia cuius Etymum refertur, ad Originem ſaepe refertur, Etymologiam Ariſtoteles Σύμβολον indigetauit. Vox namque cum ſuo principio Etymi ope συμβάλλεται. Et quia Etymologia cauſam nominis ſecum concludit: *Notatio* quoque a Tullio dicitur. Nota quippe eſt notionis, & rei per nomen indicatae: ſiue vox ea ſimplex ſit, ſiue compoſita, ſiue compoſitae imaginem repraeſentat aliquam. Porro Etymo nihil vti neque veritate verius. Quod vero cuiuſque ſit Etymum, id plerumque vel ſapientes latet. Quoties in hunc ſcopulum impactus eſt Varro aut non animaduerſa extra vocum Origine, aut non perſpecta vi? Eum cum aliis modeſte ridet Fabius. Iſidorus quoque minus laudatus, vel cum Etymologiae genera digerit in articulos: *Homo, quia ſit ex humo.* Putidiuſculum id Quintiliano viſum lib. 1. cap. 6. *Etiamne hominem*, inquit, *appellari, quia ſit humo natus?* Tum longe hoc amolitur: *Quaſi vero non omnibus animalibus eadem origo: aut illi primi mortales ante nomen impoſuerint terrae, quam ſibi.* Cum ratione meditata repellit receptiſſimum πανδημεί commentum Fabius; & nos Fabio fauemus. Senſere tamen cum vulgo Ambroſius lib. 3. Offic. c. 3. Lactantius lib. 2. cap. 11.

Praeterea ſi *Homo ab Humo*, eaque eſt Origo, & Etymologia: cum *Homo* veterrimi Latij ſit vox, non eſſet aſperanda: nam vetere in Latio *Vmus* ſcribebant, dicebant. Certe cum *Hominem* philoſophus pronunciarit *Animal ſociale*, pulcre ab Homerico Ὁμός, nomenclationem eſſe dixeris, ſimulque Spiraculum ante vocalem initialem cur praelocetur, intelliges. Verba porro Fabij indicant *nominis rationem* Etymologia deſignatam non fere latius re per nomen ſignificata patere oportere, quod in paucis reperias. Cum Fabio tamen ſenſiſſe veteres videntur, qui *Etymologiam* etiam *Proprietatem* dixere: quia quod rei proprium eſſet, explicat: non quod cum aliis commune. Apuleius fine libri de Mundo: *Haec illis conditio ex nominis eiuſdem proprietate contingit: vt ſit Atropos praeteriti temporis fatum*, ſeu *Inuerſibilis*, alibi vt loquitur.

Iſidorus lib 15. c. 2. *Plateae perpetuae ac latiores ciuitatum viae iuxta proprietatem linguae Graecae a latitudine nuncupatae.* Nonius: *Seditionis proprietas a M. Tullio manifeſtata eſt in lib. de rep. 6. Eaque diſſenſione ciuium, quod ſeorſum eunt alij ad alios, ſeditio dicitur.* Idem: *Superſtitioſi proprietatem ex hoc habent.*

Etymologiae autem aut ex cauſa dicuntur, vt Reges a regendo: Βασιλεὺς, βάσις λαοῦ, *Baſis populi*. Πλαταμὰς ἀπὸ τῆς πλάτης τῶν κωπῶν εἰρῆσθαι πιθανόν ſcribit libro nono Strabo. Ibidem: Ἕλος καὶ Ἐλεὼν διὰ τὸ ἐπὶ τοῖς ἕλεσιν ἱδρῦσθαι. Idem: Κώπας ἐκ τῶν κωπῶν, quae tria inter τὰ ἐτύμως λεγόμενα numerantur a Geographo. Haec ſunt: *Plateas a Plata, ſiue Palmula remorum dictas veriſimile. Item, Helos, & Eleon quod in* ἕλεσι, *ſiue in Paludibus ſedeant. Et Copas a Copis ſeu Remis. Pituita*, quod petat vitam. Aut ex Origine *Coena*, Κοινή: *Coenum*, Κοινόν. *Frater* non eſt *Fere alter*, vt Gellio viſum. Tunc enim prima natura corriperetur: eſt enim *Alter* ab obſoleto *Aliter*. Praua iſta Etymologia Origine corrigenda. Φρέαρ puteus eſt: & quia patria domus filiis in connubia noua ituris herciſcunda fuit,

ita

ita diuiſere primitus, vt *Puteus* remaneret vſus communis pluribus, quod in Arteſia non infrequens: hinc ex φρέατος, coacta voce, φρῆτος, φρήτρη, Fraternitas. Homerus: φρήτρη φρήτρηφιν ἀρήγῃ, & φρήτηρ, ſeu mauis Aeolice φράτηρ, φράτωρ, *Frater*. Quaedam Etymologiae ducuntur a ſono, ſeu voce per Onomatopoeiam, vt *Baubantur* de canibus. Quaedam ex contrariis. Sic *Lucus*: quia vmbra opacus minime luceat. Haec eſt opinio Iſidori lib. 1. c. 28. Fabio parum probata: etſi Ovidius 3. Faſtorum Iſidoro fauere videatur:

Lucus Auentino ſuberat niger ilicis vmbra.

Quaedam ex nominum deriuatione. Multa Graeciae debent Etymum: non pauca barbarorum nationibus. Eo fit, vt Etyma multa in ignoratione verſentur. Quod etiam accidit: *quia quaedam non ſecundum qualitatem, qua genita ſunt: ſed iuxta arbitrium humanae voluntatis vocabula acceperunt*, inquit, Iſidor. lib. 1. cap. 28. Exempla. *Annibal ἐτυμολογεῖται Gratia Dei*, ſeu *Bal*. Ex ea Etymologia adſpiratio iure recuſatur.

BARRABAM ex eadem lingua Hebraica, cui affinis Punica, *Filium patris* interpreteris, & gemino BB ſcripſeris: quia ſic *Abbas* propter B dageſſatum, vt magiſtri loquuntur.

EPHOEBVS ſcribi per Oe vetat Etymologia: eſt enim ὁ ἐφ' ἥβης, qui in pubertate eſt, *Ephebus*.

SVBOLES, non *Soboles* a *Sub*, *& Oleſco*, ita Feſtus. Cui Etymologiae, & ſcriptioni ſuffragantur Libri veteres Lucretij, Virgilij, Prudentij, Horatij, Ciceronis, Pandectae Florentinae. Et cum V, & O vicaria locorum poſſeſſione vtantur non raro: in praepoſitura *Sub*, ea viciſſitas non paret.

Denique, vt cum Fabio concludam, *Etymologia continet in ſe multam eruditionem ſiue illa ex Graecis orta tractemus, quae ſunt plurima, praecipueq; Aeolica ratione, cui eſt ſermo noſter ſimillimus, declinata: ſiue ex hiſtoriarum veterum notitia nomina hominum, locorum, gentium, vrbium requiramus: vnde Bruti, Publicolae, Pici. Cur Latium, Italia, Beneuentum: quae Capitolium, collem Quirinalem, & Argiletum appellandi ratio.*

CAPVT QVARTVM.

Analogia, ſeu Competentia.

VARRO lib. 9 de L L. *Cum ab his ratio, quae a ſimilitudine oriretur, vocaretur Analogia; reliqua pars appellaretur Anomalia*. Gell. l. 11. c. 25. *Duo autem Graeci Grammatici illuſtres Ariſtarchus, & Crates ſumma ope ille Analogiam; hic ἀνωμαλίαν defenſitauit.* Chryſippum Crates in eo ſequebatur, Varro l. 8. de L L. De Analogia libros ad Ciceronem conſcripſit Caeſar, Gell. lib. 19. ca. 8. Eam transferens in Latium *Proportionem* vocauit Tullius lib. de Vniuerſitate, Fabius lib. 1. cap. 6. Diomedes lib. 1. Priſcianus paſſim, Sergius in 2. edit. Donati, Conſentius in Arte. *Similium comparationem*. Tullius lib. de Vniuerſitate ἁπλῶς *Comparationem* Iſidorus lib. 1. c. 27. *Similium argumentum* Fl. Soſipater lib 1. Varro ipſe par librorum inſcripſit *de Similitudine*, itaque nominat Caſſiodorus. Ἰσότητα λόγου Ariſtoteles Ethic 5. hoc eſt verbatim, *Rationis* (Orationis inſtituto noſtro an accommodatius?) *paritatem*. *Similium ſimilem declinationem* Gell. lib. 2. ca. 2. Idem lib. 1. ca. 1. *Competentiam*. Placitum Varronis eſt lib. 8. de L L. *Quare qui negat eſſe rationem Analogiae, non videt naturam, non ſolum orationis; ſed etiam mundi. Qui autem vident, & ſequi negant oportere, pugnant contra naturam, non contra Analogiam. Et pugnant volſellis, non gladio: cum pauca excepta verba ex pelago ſermonis puri minus trita efferant, cum dicunt propterea Analogiam non eſſe Analogia autem eſt ſermonis a natura proditi ordinatio: neq; aliter barbaram linguam ab erudita, quam argentum a plumbo diſſociat*, inquit loco ſupero Fl. Soſipater. Graeci magiſtri ſic: Ἀναλογία ἐν συμπλοκῇ λόγων ἀκολούθων ἐν λέξει. Eius vis haec eſt, vt quod dubium eſt, ad aliquid ſimile, de quo non quaeritur, referat: vt incerta certos probet. *Quod efficitur duplici via*, inquit ante Fabius, *Comparatione ſimilium in extremis maxime ſillabis, & deminutione.* Comparatio in nominibus aut Genus deprehendit, aut declinationem. Genus, vt ſi quaeratur *Funis*, maſculinum ſit, an foemininum: ſimile illi ſit *Panis*. Declinationem, vt ſi veniat in dubium *Abbae*, an *Abbatis* dicendum, animaduertes *Aeneas*, *Pelias*, *Andreas* ire primo flexu; vtpote maſculina propria ex primo declinatu Graecorum: rurſus animaduertes *Arpinas*, *Noſtras*, *Supernas* ſimilia adiectiua inclinari per *Atis*: tum perfacilis erit iudicatio recte Plautum in Sticho ſcriptitaſſe: *Summatet viri*. Item licet ἀρχαϊκῶς: *Ego infimatis infimus*.

Deminutio genus modo detegit, inquit Fabius. Sic *Marmor* neutri generis eſſe *Marmuſculum* Indicat, inquit Iſidorus lib 1. Orig. c. 27. Nam capitis genus tranſit in ſubolem. Sed hoc non vbique obtinet: nam a *Piſtrinum Piſtrilla* eſt auctore Chariſio lib. 1.

Sex

Digitized by Google

Sex alios Analogiae modos Iſidorus docebit.

Analogiae autem vis quae ſit in Orthographicis, vt diluceat, pauca de multis in medium ſeponemus perquam inſtituto noſtro accommodata.

BRITANNIA plerique omnes duobus NN efferunt: Camdenus in prima Britanniae editione, ad vnguem doctus inclinat vi Competentiae ad alterum N obliterandum dicitur enim Luſitania, *Hiſpania, Carpetania, Hedetania, Aquitania, Mauritania* ſuper geminis vdis controuerſiam nullo mouente.

BVSEQVA, non *Bubſequa*: ſimile, *Bucedae* Plautini.

PENVARIVS, non *Penarius*, ob Analogiam. Siquidem Verrina quarta *Pecuarius*: alibi *Quaeſtuarius, Fructuarius, Arcuarius ab Arcu* (licet *Arcarius ab arca.*) Ergo dicemus in Plauto ſcriptum emendatius:

Tanquam ex penuaria cella depromar ad flagrum:

etſi Verrina quarta Sicilia reip. R. *cella penaria* ſcribitur. Quid ſi & hoc a *Penus penoris?*

REDHALO cum D interiuncto quid trepidem ſcribere Competentiae protectus auxiliis? *Redeo, Redhibeo, Redhoſtio, Redambulo, Redaccendo, Redintegro, Redamo, Seditio, Mederga.* Eſto, ſcribant in Lucretio:

Terraq; cum fumans humorem tota rehalet.

Sic *Redaccendo.* Atque ita veteres ad explendum hiatum amarunt.

SELINIS ſupremam ſillabam occupante I ſcribitur in omnibus Maronis Libris, quos equidem viderim, libro tertio. Quid tum? *Selinus* per V Proportio flagitat. Ὑδρόῦς, Ὑδρȣ̃ς, *Hydrus* lib. 11. ad Atticum epiſt. 21. ex quo *Hydruntij* Plinio: Ὀπόῦς, Ὀπȣ̃ς, *Opus Opuntij*: Τραπεζόῦς, Τραπεζȣ̃ς, *Trapezus, Trapezuntij*: Ἀμαθόῦς, Ἀμαθȣ̃ς, *Amathus, Amathuntij*: cur non aequo Proportionis examine Σελινόῦς, Σελινȣ̃ς, *Selinus*? Non & *Selinuntios* in Tullio, ac Geographis legimus? Atque ita rectiſſime in octauo Lucani:

Quo portu, mittitq; rates, recipitq; Selinus.

Cur non & in Marone ſcribamus vel contra Catholicam Librorum fidem *Palmoſa Selinus?*

CLAVDICAT interdum Analogia: nec enim tam ipſa ratione nititur, quam exemplo: neque tam ſcribendi lex eſt, quam ſimilitudinis obſeruatio poſtea enata. Quare Analogiam aut peperit, aut aluit Conſuetudo, quae cunctis legibus velut refractaria ſe dominam imponit, imperitatque. Quo de Varronem conſule, Gelliumque l. 2. c. 25. Id minus obſeruatum luculentis ſcriptoribus fraudi fuit. *Hydruntios, Opuntios, Sipuntios, Selinuntios* a ſuperioribus poſitionibus efformata vidimus: an a *Phlius Phlinutios* pari Analogiae momento ſcribemus? Nequaquam. M. Tullius lib. 6. ad Atticum epiſt. 2. *Phliaſios dici ſciebam, & ita fac, vt habeas* [in meis ſcilicet literis, quibus inaraueram *Phlinutios*] *nos quidem ſic habemus* [exemplari iam tum emendato] *Sed primo me Analogia deceperat* Φλιȣ̃ς, Ὀπȣ̃ς, Σιπȣ̃ς, *quod Opuntij, Sipuntij: ſed hoc continuo correximus.*

Nota iterum. *Tegee Tegeaeum* parit. Propertius:

—— Calami Pan Tegeaee tui.

Ergo ex comparatione ſimilis recte Ovidius a *Nemee Nemeaeum:*

Nempe ſub his etiam pellis Nemeaea lacertis.

Haec vt ſint, non propterea *Nemeus* propudioſum videri Erythraeo debuit. Inuenias enim apud Stephanum Νέμεος, Νέμεα apud Pindarum, ſaepiusque in Eliacis Pauſaniae: etiam apud Suidam Νέμεα pura vocali: nec procul inde: Θ' γὰρ τ̃ κατὰ τὴν Ἦλιν Νεμέας πολίτης, Νέμεος ἀναγράφεται, καὶ Νεμεαῖος. Quod ſi ſuſtuleris, quid fiet Νεμεονίκαις?

Eneruant porro & illa vires Analogiae. Nomina quamuis foeminina ſingulari nominatiuo VS finita nunquam genitiuo caſu in *Ris* ſillabam terminantur: tamen *Venus Veneris* quis negare audeat? Item finita in ES per varios exeunt genitiuos: nunquam tamen *Ris* ſillaba terminatos: ab hac Proportione non recedit *Ceres Cereris?* Quid *Volo Volus, & Volani*, aliaque propemodum infinita, ob quae Ariſtarcho ſeſe Crates obuiam tulit, aliique ab aliis diſſenſere. Haut mirum enon enim cum primum fingerentur homines, Analogia de coelo demiſſa formam loquendi dedit, aut ſcribendi. Dicere vero Analogiam ἀσύςατον eſſe cum Sexto Empirico lib. 1. aduerſus Mathematicos capite decimo, perdelirium eſt.

CAPVT

CAPVT QVINTVM.

Euphonia, ſeu Sonoritas.

SVAVITATEM *appellandarum literarum* Tullius in Bruto *Euphoniam* videtur interpretari, quam *Sonoritatem* Alcuinus dicit in Grammatica Priſciano haerens in Virgilium. & lib. 1. *Euphoniam, quam nos Sonoritatem poſſumus appellare.* *Euphoniam* Dionyſius Hal. περὶ συνθέσ. ὀνομ. dixit: ſecutus eſt Caſſiodorus: quis non? Ε᾽υσομίαν Plato nominauit in Cratylo. Verum alio ſi tenore ſcribi voces, enunciari fas eſt alio, Euphoniae vires in Orthographica ratione ſcrutanda proſtratae ſunt. Nam quibus viſum eſt ob Euphoniam hanc, aut hanc ſcribendi viam inire, ſcribendi, ac effandi alienas eſſe leges reſponderi poteſt. Vtrum igitur ita ſit, an vna eademque ſcriptionis, ac enunciationis regula ſit, diſpiciendum. Caſſiodorus: *Orthographia eſt rectitudo ſcribendi nullo errore vitiata, quae manum componit, & linguam.*

Ea certe *linguam* nequita eſt *componere*, ſi manus aliud elementum fingit, lingua fingit aliud. Idem in eodem de Orthographia libro diſertim velut e tripode: *Nam aliter ſcribere, & aliter pronunciare vecordis eſt.* Marius Victorinus Graecos incuſitat: *In quibus peccabant, quod aliis literis ſcribebant, quam quibus enunciabant, & aliter legebant, quam ſcribebant.* Iterato: *Bis peccatis, quod aliud ſcribitis, & aliud legitis, quam ſcriptum eſt. Quid enim facietis in his, quae veliꝭtis nolitis & ſcribenda ſunt, & legenda; vt ſcripta ſunt, vt exempli gratia Exiſtimo, non Exaeſtimo, & Conquinat, non Coinquinat, & ſimilia.* Papirianus: *Aliter ſcribere, & aliter pronunciare vecordis eſt.* Scaurus: *Ergo vox ſcribenda, quomodo & ſonat.* Cornutus apud Caſſiodorum in parte iuuat hos: *Quia vbi D. ſonat: ibi & ſcribitur.* Cur non de caeteris tantundem? Suetonius Auguſti cap. 88. *Orthographiam, id eſt formulam, rationemq́ ſcribendi a Grammaticis inſtitutam non adeo cuſtodiit: ac videtur eorum potius ſequi opinionem, qui perinde ſcribendum, ac loquamur, exiſtimant.* Auguſtus autem, vt circa res caeteras iudicio vſus eſt acri, ſic in ſcribendo, ſecurus alienae Conſuetudinis. Et Quintilianus cum ſciret ex Cicerone in Oratione *voluptati aurium moderari debere orationem*, ſic de re tota ſtatuit libro primo capite ſeptimo: *Ego, niſi quod Conſuetudo obtinuerit, ſic ſcribendum quodq́ iudico, quomodo ſonat.* Rationem apponit non praetereundam: *Hic enim eſt vſus literarum, vt cuſtodiant voces, & velut depoſitum reddant legentibus. Itaq́ id exprimere debent, quod dicturi ſumus.* Animaduerto tamen, & qui vis mecum Conſuetudini per Fabium ſuum ius integrum eſſe, quae alior ſum veteres flexit olim in pauculis: vnde illa ſunt a Terentiano Mauro notata:

Scribimus praenomen vnum, & C quidem praeponimus,
G Tamen ſonabit illic, quando CNEVM *enuncio:*
Aſperum quia vox ſonorem laeuiore interpolat.

Clauda eſt haec ratio: cur enim aſperius ſonet *Cneus* quam κνίζω, *Ac ne*, talia? Quare ſic ex alieno forſan locutus opinamento, cauſam ſubiicit alteram:

Vel priores G Latini nondum ab apice finxerant,
CAIVS *praenomen proinde C notatur, G ſonat.*
Sic AMVRCA, *quae vetuſte ſaepe per C ſcribitur,*
Eſſe per G proferenda crediderunt plurimi:
Quando Α᾽μοργὴ *Graeca vox eſt, Gamma Origo praeferat.*

Et haec ratio delumbata eſt. Nam cum C ſcriberetur nondum adinuento G, credibile cuiquam eſt C ſonuiſſe ſonore ipſius G? Non opinor: non enim erat: quonam igitur ore exprimerent? Dicere autem poſteros G effatos in Cneo, quamuis litera C ſcripto, propterea quod G ſerius in vſum venerit quaſi ἀχρηςίαν ſcribendi pronunciationis crebritate repenſare ſtuderent, inane eſt. At, ſi dicitur G inuento, in vna, alteráve vocula C fando ad ſonum ipſius G nouitatis amore quamproxime acceſſiſſe, neque Terentiano refragabor, neque Fabio lib. 1. cap. 7. idem inculcanti: *Quid quae ſcribuntur aliter, atque enunciantur? Nam Caius C litera notatur, quae inuerſa ɔ mulierem declarat: quia tam Caias eſſe vocitatas, quam Caios etiam ex nuptialibus ſacris apparet. Nec Cneus eam literam in pronominis nota accipit, qua ſonat.*

Seruius quoque *Amurcam* per C ſcribi vult, per G pronunciari.

Digitized by Google

Verum huic ſcito aduerſantur alij, quorum ſubobſcura mentio ante facta eſt a Suetonio, qui multa aliter notanda, aliter loquenda rati ſunt. Velius Longus notat veteres ſcripſiſſe *Conſol*, cum legeretur per V *Conſul*. In eodem de Orthographia libro Velij verba ſunt vbi de *Primitiuos*, & *Adoptiuos* in nominandi caſu agit: *Apparetq; eos hoc genus nominum aliter ſcripſiſſe, aliter enunciaſſe. Nam cum per O ſcriberent, per V tamen enunciabant Sed ratio illos praeſumpta decepit.* Pierius Valerianus Notis ad VIII. Aen. *Inpulit* per N ſcribatur praepoſitione incolumi admodum propendet: vt vero per M iſtud N pronuncietur, naturae concedit. Feſtus: *Torum vt ſignificet Torridum, Aridum, per vnum quidem R antiqua Conſuetudine ſcribitur. Sed quaſi per duo R R ſcribatur, pronunciari oportet: nam antiqui nec mutas, nec ſemiuocales literas geminabant.* Omnibus autem inter ſe comparatis nunquam, aut rariſſime pronunciatio diuertetur a ſcriptione, nec admittam illud Velij Longi: *Vnde fit, vt ſaepe aliud ſcribamus, aliud enunciemus.* Certum namque eſt mortalibus iam ad ciuilius vitae genus traductis odio fuiſſe paſtoralem ſcribendi, loquendique normam, & auribus dediſſe multa, multa politius Euphoniae, ſeu melioris concentus ſtudio deuitaſſe. Caſſiod. lib de Orthog. *Minutus labor ſillabis, literisq; tractandis modo factus ex nominum diriuatione, modo caſibus ſermonum, modo ex motu, atque ſitu, modo ex Euphoniae conſonantia, modo ex Graecarum literarum ſimilitudine* Ea re Marius Victorinus ait in Orthographia. *Nam vt color oculorum iudicio, ſapor palati, odor narium dignoſcitur: ita ſonus aurium iudicio ſubiectus eſt.* Eapropter idem Victorinus animaduerſa veterum Conſuetudine ſcribendi haec per G *Agceps, Agcilla, Aggustum*, ac talia: ſuis ob Euphoniam per N ſcribenda praecipit. *Sicut per duo G G, quoties duorum G ſonum*, inquit, *aures exigent, vt Aggerem, Suggillat, Suggrundum, Suggeſtum, & ſimilia.* Sic in Oratore Tullius: *Orcinos tamen, & Matones, Otones, Caepiones, Sepulcra, Coronas, Lacrymas dicimus: quia per aurium iudicium ſemper licet. Meridiem* cur non *Medidiem* ſcribimus? Reſpondet Tullius in Oratore: *Credo, quod erat inſuauius.* Priſcian. lib. 1. *Medidies, hodie Meridies.* Idem lib. 4. Cicero rurſus ibidem *Euphoniam* in ſcribendo, dicendoque commendat: *Quid ſi etiam Abſugit turpe viſum eſt? & Abfer noluerunt, Auſer maluerunt. Quae praepoſitio praeter haec duo verba nullo alio in verbo reperitur. Noti erant, & Naui, & Nari, quibus cum In praeponi oportet, dulcius viſum eſt Ignoti, Ignaui, Ignari dicere, quam vt veritas poſtulabat.* Qui locus Ciceronis docte a Gellio examinatur lib. 15. cap. 3. & Priſciano lib. 8. Gellius quoque lib. 13 cap. 19. velut *Euphoniae* tibicen: *Aurem tuam interroga, quo quid loco conueniat dicere: quod illa ſuaſerit, id profecto erit rectiſſimum.* Itaque aurium iudicio per E ſcribenda ſtatuit *Vrbes, Turrem, Securem, Tres,* quibuſdam locis, aliis per I illa omnia. Idem Cicero ſupra: *Ex vſu dicunt, & E republica, quod in altero vocalis excipiebat, in altero eſſet aſperitas, niſi literam ſuſtuliſſes: vt, Exegit, Edixit, Refecit, Retulit, Reddidit adiuncti verbi primam literam praepoſitio commutauit, vt: Subegit, Summutauit, Suſtulit. Quid in verbis iunctis? Quam ſcite Inſipientem, non Inſapientem? Iniquum, non Inaequum? Tricipitem, non Tricapitem? Conciſum, non Concaeſum.* Et poſt pauca: *Conſule veritatem, reprehendet: refer ad aures, probabunt. Quaere cur. Ita ſe dicent iuuari. Voluptati ergo aurium morigerari debet oratio.* Viden' Euphoniae in ſcribendo, ac loquendo Ciceroni rationem habitam.

Manutius in Orthographia verbo *Sylla*: *Quis dubitet eadem ratione Sylla potius, quam Sulla & ſcribendum, & pronunciandum.* Veteres Attici Ἕξπους, Ἕξκλινον, quae ſerior aetas Euphoniae amore inſerto A Ἑξάπους, Ἑξάκλινον.

CAPVT SEXTVM.

Epigrammata, ſeu Inſcriptiones.

INSCRIPTIONES Librorum, velut aedium, ſunt antepagmenta, & alias Tituli, Epigraphae, Lemmata, Librorum quaedam breuiaria. Vtroque igitur Libro in hac tractatione poſtferimus. Adeo tamen notus hic Orthographicae rationis Canon, vt qui familiam in literis ducunt, ſibique quodam modo principatum arrogant, eam pene ſibi ſolam, caeteriſque legem recte ſcribendi imponant, & lapidem e ſepulcro pro Apollinis cortina venerentur: haut tamen ſane ſcio an non poſtremae auctoritatis ſit hic Canon. Sunt enim, ſunt & vere in muſico ſtudio principes viri, ac iudicij integerrimi, qui longe ſenſerint, quam illi, aliter. Arrianus in epiſtola ad Adrianum commemoratis ad Trapezuntem aris, de earum Inſcriptione ſic Imperatorem monet. Τὸ δὲ Ἑλληνικὸν ἐπίγραμμα, καὶ ἡμαρτημένως γέγραπται, διὰ δὴ ὑπὸ βαρβάρων γραφὲν. *Graeca Inſcriptio perinde peccat ac ſi a barbaro ſcripta ſit.* Et quiſquam ſanus ex damnato Epigrammate

mate ſcribendi figat? I. Scaliger lib. 1. de Cauſis L L. *Multa marmora*, inquit, *barbariſſima fuere innouantibus poſteris in veterum contemtum.* Manutius in Orthographiae ratione, & ſi veteribus monimentis ſaepicule ſit *Contio* per T, ſequi nolle ſe profitetur. Idem in voce *Sylla* Lapides Capitolinos licet a Verrio Grammaticorum γραμματικωτάτῳ ſcriptos non ſequitur in ſcriptione ſupradicti nominis: *Cum auctoritates veterum*, inquit, *inter ſe comparantur, vnum Ciceronem Romae principem eloquentiae ſexcentis Verrijs facile antepoſuerim.* Pictores, lapicidas, marmorarios, ſcalptorum quiſquilias quo loco prae Verrio habebimus: ſi non a Manutij ſenſu abimus? Atqui is homo eſt, qui pene Antiquitatem adorat. Deſiderius Eraſmus aeui ſui Phoenix: *Rurſus alij ſiquam ſcripturam in carioſa charta, aut in ſaxo vetuſtate ſemeſo, aut in nomiſmate peruetuſto reperiunt, eam vocant in exemplum dicendi, ſcribendiq́;. Equidem hoc genus hominum ridere ſoleo, non odiſſe. Delectant enim nos antiquitatis ſtudio: nonnunquam & proſunt. Non permittam autem illis, vt e ſuis delicijs loquendi leges nobis praeſcribant. Siquidem Orthographiae ratio nec eodem ſeculo fuit apud omnes.* Exempla. Tergeſtae Lapis:

MVRVM. REEDIFICARI. IVSSIT.

E biuocali pars imperite deciditur.

Fabius lib. 1. c. 5. nimium Adſpirationis vſum, damnandumq́ue probat Inſcriptionum teſtimonio: *Erupit breui tempore nimius vſus, vt Choronae, Chenturiones, Praechones adhuc quibuſdam Inſcriptionibus maneant.* M. Tullius l. 6 ad Atticum Epiſt. 1. *At Hercule cum in turma inauratarum equeſtrium, quas hic Metellus in Capitolio poſuit, animaduertiſſem in Serapionis ſubſcriptione Africani imaginem, erratum fabrile putaui: nunc video Metelli: o ἀνιςορησίας turpem!* *Temptamenta* cum P omniũ fere Codicum habet congeries, & Marmorum. Error & ille Inſcriptionum *Pallans, Atlans, Aſprenans.* Marmorum: *Egraegius, Aeuocatus, Vtriuſquae, Venaeri, Funaeri* pro *Veneri, Funeri, Croeta* prouincia pro *Creta. Libes* pro *Libens, Praecatione* cum biuocali. Belluni rudi manu exaratum:

CVM SEDIBVS. LABEFACTIBVS

Romæ in impluuio Archiepiſcopi Rauennatis:

DEDICATA PRIDIAE NONAS NOVEMBREIS

Romae in Templo D. Mariae

PARENTES. AEIVS. SIBI. ET SVIS. POSTERISQVE AEORVM

Brixiae ad aquam Sanctam: MEN. XI. DIAES VII.

Via Flaminia: HOC MONVMENTVM EXTAERVM

HEREDEM. NON SEQVITVR

Diphthongos ita perperam oggeſtas vides. Neque ſatis eſt ſeculi alicuius Conſuetudine iſta tueri: nonnulla namque ſecula fuere barbariſſima. Neque per ea tempora qui mos fuit, vim Conſuetudinis obtinere potuit contra euidentem rationem, & recte recta ſentientium, hominum conſenſum. Quare nonnunquam deuium eſt Inſcriptionibus adhaereſcere.

His tamen inſuper habitis viri magni, & a plebecula eruditiorum ſeductiores nubila ſpecie Antiquitatis abrepti in Saxa, & ruderum quiſquilias impinguntur: nobiſq́ue nouas de Orthographia leges pro ingenio cudunt, calcatis veterum Oratorum, Grammaticorum, ac ſcriptorũ omnis poene aeui Inſtitutionibus. Quae non eo queror, quod Inſcriptiones inutiles exiſtimem ad rectam ſcribendi normam: ſed quia iudicium hic, vt omni alia in re interuenire velim. Non enim Imagines vetuſtas protero: non cum Saxis pugno: non Apſides rumpo: non Sepulcris religionem adimo: Pyramides, Columnas, Periſtylia non diſiicio, non diſpuluero: Trophaea non euerto: Nummos non omnes adulterinos iudico: Annulos non horreo: Pocula, Pateras, Vaſa, aliaq́ue *Inſcriptionum* ſuggeſta non proculco, non vniuerſam caelaturam abominor. Melior mihi mens! Scio Pauſaniam Inſcriptiones omni iactare pagina: Diogenem denſiſſima, Quintilianum non parca. *Latinis veteribus* (l. 1. c. 7. ſcribit) *D plurimis in verbis vltimam adiectam: quod manifeſtum etiam eſt ex columna roſtrata, quae eſt C. Duillio in foro poſita.* Idem cap. 4. *Quare minus mirum, ſi in vetuſtis operibus vrbis noſtrae, & celebribus templis legantur Alexanter, & Caſſantra.* Et quantum ſit Inſcriptionum pondus, vt noris, habe e Tirone Tullij liberto in epiſtola quadam: *Cum Pompeius aedem Victoriae dedicaturus foret, cuius gradus vice theatri eſſent, nomenq́; eius, & honores inſcriberentur: quaeri coeptum eſt vtrum Conſul tertio inſcribendum eſſet, an Tertium. Eam rem Pompeius exquiſitiſſime retulit ad doctiſſimos ciuitatis. Cumq́; diſſentiretur, & pars Tertio, alij Tertium ſcribendum contenderent: rogauit Ciceronem Pompeius, vt quod ei rectius videretur, ſcribi iuberet. Tum Ciceronem iudicare de viris doctis veritum eſſe, ne quorum opinionem improbaſſet, ipſos videretur improbare. Perſuaſit igitur Pompeio, vt neq; Tertium, neq; Tertio ſcriberetur: ſed ad ſecundum vſque T fierent literae Tert. vt verbo non perſcripto res quidem demonſtraretur: ſed dictio tamen ambigua verbi lateret.* Id autem quod & Varro, & Tiro dixerunt, inquit Gellius, in eodem nunc theatro non eſt ita ſcriptum. Nam cum multis annis poſtea ſcena, quae prociderat, refecta eſſet, numerus tertij conſulatus, non vti initio prioribus literis *Tert.* ſed tribus tantum lineolis III. inciſis

Digitized by Google

ſignificatus eſt. Victorius Codices quoſdam MSS. reſpuit, quibus eſt *Caſſatra* pro *Caſtra*. Atque vt friuolarum Inſcriptionum faciem repraeſentauimus: probatarum frontem intuere. Plinius lib. 7. ca. 58. *Veteres Graecas fuiſſe eaſdem poene, quae nunc ſunt Latinae, indicio erit Delphica tabula antiqui aeris, quae eſt hodie in palatio, dono principum Mineruae dicata in Bibliotheca.* Poſſe ſcribi *Cratera* primore caſu diſcimus ex altera tabella. Feſtus: *P. R. crateram fecerat, & eam Apollini Delphos miſerat, vt eſt teſtimonio index tabella.* Ex tabula aenea, quae Firmi in agro Piceno, docemur olim *Mircurio* ſcriptum cum I in ſillaba principe. Suidas Acuſilaum genealogias ex tabulis pertexuiſſe meminit effoſſis patria manu: Ἔγραψε δὲ γενεαλογίας ἐκ δέλτων χαλκῶν, ἃς λόγος εὑρεῖν τὸν πατέρα αὐτοῦ ὀρύξαντά τινα τόπον τῆς οἰκίας αὐτοῦ. *Scripſit Genealogias ex tabulis aereis, quas fama eſt a patre ipſius refoſſas ex quodam loco domeſtico.* Addo illuſtrem relatam a Priſciano lib. 1. Inſcriptionem, de qua ille lib. 1. *Epigrammata, quae egomet legi in tripode vetuſtiſſimo Apollinis, qui ſtat in Xerolopho Byzantij ſic ſcripta:* ΔΗΜΟϜΩΝ. ΛΑϜΟΚΑϜΩΝ Ibidem de eadem re lib. 6. etiam ingratiis audiendus: *Oſtendunt Epigrammata vetuſtiſſima, quae literis antiquiſſimis ſcripta in multis tripodibus legi, & maxime in tripode Apollinis, qui eſt Conſtantinopoli, in loco, quem Xerolophon vocant. Sunt autem ſcripta ſic:* ΔΗΜΟϜΟϜΩΝ pro Δημοφόων, Λαοκόφων pro Λαοκόων.

SEPVLCRORVM ex diſciplina veterum firmat, & ridet idololatriam Prudentius lib. 1. contra Symmachum:

Et tot templa deum Romae, quot in vrbe ſepulcra
Heroum numerare licet —— Ibidem:
Ipſa patrum Monumenta probant: DIS. MANIBVS *illic*
Marmora ſecta lego, quacunq; Latina vetuſtas
Cuſtodit cineres, denſiſq; Salaria buſtis.

Sepulcra igitur variae cognitionis voto adiri poſſunt, viſi, legi, in teſtimonium ſcripti, ſcriptionisve proferri.

TROPHAEA quoque Orthographiae rationem iuuerint. Sic Plinius hiſtoriam gloriarum Pompeij, & victoriarum confert in literas ex Trophaeis eius, quae ſtatuerat in Pyrenaeo: tum gentium Inalpinarum nomina lib. 3. cap. 3. exactius vt transſcribat, refert Inſcriptionem e Trophaeo Alpium, eamque bene promiſſam.

STATVAE eodem contulerint. Ideo Terent. Scaurus in Orthographia memorat foedus Graeciae camelo aereo in hortis Caeſaris inciſum, vbi forma poſita ſit antiqui Kappa, quo vſa Graecia.

NVMMOS denique literatos Occo ſuggeret affatim: Gorlaeus annulos: Gruterus Inſcriptiones omne genus, a quibus cui libido, petat: nos modus iuuerit.

CAPVT SEPTIMVM.

Libri.

LIBRI, quorum penſiculatis impulſa momentis regitur τοῦ ὀρθογράφου manus aut publici iuris ſunt, aut priuati cuiuſque; partem editi, partem inediti. Nec facile ſtatuas, vtris plus deferas. Publicati plurium cenſura caſtigatiores videntur: aut certe plurium cenſuram ne incurrerent, caſtigatiores eſſe debuerant. Inediti (qui cuiq; felici ſorte obtigerint) ſunt interdum caſtiores, & fere a librariorum inconſulta transſcribendi praecipitantia meliore fato vindicati. Tanto namq; longius ab Archotypo refugit, ſecundi, tertijque notarij opera, quanto auctoris manus in principe libro exſtat expreſſior. Ea re Fabius vnicus ſcribendi artifex vt S vocalibus porrectis geminum ſubiectũ olim fuiſſe perſuadeat in his *Caſſus, Cauſſas, Diuiſſiones* Tullij, Maroniſq; manum exoſculatur capite ſeptimo. Gellius item lib. 2. c. 3. vt *Ahenus* interiuncto ſpiritu ſcribi comprobet, fidem aduocat Libri Aeneidos ſecundi mirandae vetuſtatis emti in Sigillariis XX. aureis, quem ipſius Virgilij fuiſſe credebat multi nominis Romae Grammaticus. Idem Gellius lib. 1. c. 21. legit non —— *Senſu torquebit amaro*: ſed *Amaror* Librum praecipue ſecutus, qui fuerat *ex domo, atq; familia Virgilij*, vti loquitur. Vt enim ſata in alienum ſolum traducta degenerant: ita Libri a non auctore exarati. Cur Sibyllini verſus parum abſoluti, perfectique ſunt? Cur a modo muſico quandoque abeunt? Reſpondet Suidas: Ὅτι δὲ οἱ ςίχοι αὐτῆς ἀτελεῖς, καὶ ἄμετροι εὑρίσκονται, οὐ τῆς προφήτιδός ἐστιν ἡ αἰτία, ἀλλὰ τῶν ταχυγράφων οὐ συμφθασάντων τῇ ῥύμῃ τοῦ λόγου, ἢ καὶ ἀπαιδεύτων γενομένων, καὶ ἀπείρων γραμματικῆς· ἅμα γὰρ τῇ ἐπιπνοίᾳ ἐπέπαυτο ἡ τῶν λεχθέντων μνήμη, καὶ διὰ τοῦτο εὑρίσκονται οἱ ςίχοι ἀτελεῖς, καὶ διάνοια σκάζουσα. Haec ſunt: *Nam quod verſus eius imperfecti, & a metrica lege deniq; reperiuntur, non hoc vatis crimen eſt, ſed Notariorum, qui orationis fluxum minus adſecuti, ſunt, aut quod indocti, & in arte ſcribendi parum experti. Nam vt inſpiratio deſijt, & dictorum memoria. Quare verſus eius imperfecti reperiuntur, & ſententia claudit.*

Par

Par Antonij Mureti querela lib.2. Variarum c.16. *Multos enim nanciſcor mutilos, laceros, corruptos, euaneſcentibus literis: tum, quod moleſtius eſt, deſcriptos ab hominibus imperitiſsimis, ideoque* ἄλλοισι βρύοντας, *vt in iis legendis incredibilis quaedam moleſtia exhaurienda ſit*. Idem Muretus lib.15. cap.9. pertinacia librariorum fixas fuiſſe mendas bonis auctoribus pertendit: *Solebant enim homines imperiti, qui auorum, aut proauorum noſtrorum temporibus victum ſibi deſcribendis Libris quaeritabant, quae perperam ſcripſerant, non delere: ne Libros ſuos, multis lituris deformatos minus vendibiles redderent; iterumq́ totas paginas deſcribere cogerentur: ſed iis, vt erant, omiſsis caetera perſequi. Atque ea res innumerabilem eorum copiam in omne ſcriptorum genus inuexit*. Haec ille. Vt autem notarij ſinguli praepropere dicentem, quamuis expediti, minus adſequuntur: ſic & ipſi citiſſima manu vſi, quod praeuident exſcribendum, non ſatis nonnunquam peruident, & minus exacte imitantur. Ex quo ſparguntur in Libros mendae arena crebriores. Cui incommodo ſi acceſſerit eorum imperitia: malum fit immedicabile. Nam alij deinde, qui ex incorrectis nouum parant exemplar, refertiſſimos errorum Libros poſteris tranſmittunt. Fabius hoc dequeritur lib.7. cap.2. *Caeteras* [actiones] *quae ſub nomine meo feruntur, negligentia excipientium in quaeſtum notariorum corruptae, minimam partem mei habent*. Ex iiſdem fontibus nata in Libris Variantia. Autographa ipſa quidem vniuſmodi ſunt: antigrapha, pluriformia. Cum igitur dubitatum erit de genuina lectione, aliis Libris collatis iuuabimur. Sic Euſtathius vir multijugæ eruditionis, & in legendo circumſpectus factitaſſe deprehenditur. In Dionyſium: Νωρικίων δὲ τὸν πρὸς τῷ μυχῷ τοῦ αὐτοῦ κόλπου κατά τε τὸν γεωγράφον, καὶ κατὰ πολλὰ τῶν ἀντιγράφων τοῦ Διονυσίου, Haec ſunt: *Noriciorum in ſinu ipſo interiore ſecundum Geographum, & ſecundum multa Dionyſij Exemplaria*. Iterum correctioribus inhaeret antigraphis: Διὸ καὶ γράφουσι τῶν ἀντιγράφων ὀρθότερα,

Οἵτ' ἄμφω ἀσίηθεν ἀναβλύζουσι ῥέεθρα.

Haec ſunt:

Quare correctioribus Exemplaribus ſcribitur, Οἵτ' ....

En vt alia cum aliis Exemplaria comparat vir accuratiſſimus, & meliora deligit. Neglige hanc inter ſe Librorum compoſitionem: in foeda prolaberis errata. Strabo lib.13. Βιβλιοπῶλαί τινες γραφεῦσι φαύλοις χρώμενοι, καὶ οὐκ ἀντιβάλλοντες, ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων συμβαίνει τῶν εἰς πρᾶσιν γραφομένων βιβλίων, καὶ ἐνθάδε, καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. Latine: *Bibliopolae nonnulli ſcribis ſceleſtis vſi, & non comparantes inter ſe libros, quod aliis etiam accidit Libris, dum vt vendantur, ſcribuntur, & hic, & Alexandriae*. Quod ſi haec plurium inter ſe Librorum collatio, cum de verbis ſtatuendum eſt, aut Orthographia, opus eſt: quanto magis cum ſententiam venamur? etſi difficile eſt diuerſis ſub verbis non diuerſam tegi ſententiam. D. Hieronymus in Matth. cap. 24. *De die autem illa, & hora nemo ſcit, neque Angeli coelorum: niſi ſolus Pater*, teſtatur in quibuſdam Codicibus Latinis additum olim fuiſſe: *Neque Filius*: in Graecis, Pierij maxime, non fuiſſe idem docet. Quo ſuper Diuus Bernardus in retractatione: *Nam cum textus habeat tantummodo: Neque Filius ſcit: ego deceptus magis, quam fallere volens, literae quoque immemor, ſed non ſenſus: Nec ipſe, inquam, filius hominis ſcit*. Cum igitur ſuper ſententia quaeſtio erit, non dubitabis S. Auguſtinum imitari, cuius induſtria lib.15. de Ciuit. cap.13. explicatur: *Nam in quibuſdam etiam Codicibus Graecis tribus, & vno Latino, & vno etiam Syro inter ſe conſentientibus inuentus eſt Mathuſalem ſex annis ante diluuium fuiſſe defunctus*. Sicut autem Exemplaribus, quam ſibi, plus tribuens Auguſtinus, ea in conſilium adhibet: & Diuus Baſilius Magnus Homil. 4. in Hexaem. Πρόκειται δὲ ἔν τισι τῶν ἀντιγράφων. *Eſt palam in quibuſdam Exemplaribus*. Item: Τὰ τοίνυν ἀκριβῆ τῶν ἀντιγράφων ὠβέλισται· ὁ δὲ ὀβελὸς ἀθετήσεως σύμβολον. *Accuratiores Libri Obelo confixi ſunt. Eſt autem Obelus diſpungendi nota*. Animaduerte correctionis genus veruculo ſignare voces inducendas, quod a librarij, aut lectoris prudentia fuit. Hinc illa Librorum commendatio Gellio non oblita: lib.1. cap.7. *In oratione Ciceronis quinta in Verrem Libro ſpectatae fidei, Tironiana cura, atque diſciplina facto*. Cap. 16. *Verſabatur, non Verſabantur, quod in Libris minus accuratis ſcriptum eſt*. S. Gregorius, Homil. 3. in Euangelia: *Septem quippe filios, ſicut in geſtis eius emendatioribus legitur, ſic poſt ſe timuit viuos relinquere*. En ſanctiſſimi viri prudentiam, qui non τοῖς τυχοῦσιν adhaereſcit: lectiora legit, *emendatiora* ſequitur. Pleraque enim Antigrapha incorrecta, nec a mendis immunia. Ea ſuſpicio Plinium tetigit lib.6. cap.29. *Iuba, qui videtur diligentiſsime proſecutus, omiſit in hoc tractu (niſi Exemplarium vitium eſt) alteram Berenicen, quae* πάγχρυσος *nominata eſt*. Liuius lib.38. *In L. Scipione, malim equidem Librarij mendum, quam mendacium ſcriptoris eſſe, in ſumma auri, atque argenti*.

D. Hieron. li.1. Commentariorum in Matthaeum: *Librariorum hic error eſt. Putamus enim ab Euangeliſta primum editum, ſicut in ipſo Hebraico legimus Iudae, non Iudaeae. Quae eſt enim aliarum gentium Bethlehem, vt ad diſtinctionem eius hic Iudaeae poneretur? Iudaeae autem idcirco ſcribitur: quia eſt alia Bethlehem in Galilaea*. Non male tamen Librarios hoc loco tuetur Pontacus, & *Iudae* retineri poſſe perſuaſus eſt.

Idem Hieronymus praefatione in quatuor Euangelia: *Ea quae vel a vitioſis interpretibus male reddita, vel a praeſumtoribus imperitis emendata peruerſius, vel a librariis dormitantibus aut addita ſunt, aut mutata, corrigimus.* Ibidem ardentior eſt querimonia: *Magnus ſiquidem hic in noſtris codicibus error inoleuit, dum quod in eadem re alius Euangeliſta plus dixit: in alio, quia minus putauerint, addiderunt. Vel dum eundem ſenſum alius aliter expreßit: ille, qui vnum e quatuor primum legerat, ad eius exemplum caeteros quoque exiſtimauerit emendandos. Vnde accidit vt apud nos miſta ſint omnia.*

Quid? non Max. Victorinus Commentario de metrorum ratione affert ex Aen. 5:

Oſtentas artemq́, pater, arcumq́, ſonantem?

Atqui certiſſimus, & ἀμάχητος error eſt. Gellius lib. 7. cap. 20. *Qui Ebrios autem Catullum dixiſſe putant, aut Ebrioſos, nam id quoq́, temere ſcriptum inuenitur, in Libros ſcilicet de corruptis Exemplaribus factos inciderunt.* Idem lib. 9. cap. 14. *Corruptos autem quoſdam Libros reperi, in quibus Faciei ſcriptum eſt, illo, quod ante erat, obliterato.* Iulius Facius, vbi de Enthymemate, dicit in quibuſdam Ariſtotelis Libris non eſſe τὸ ἀτελής adiunctum τοῦ Συλλογισμός: alij dicunt eſſe in aliis Codicibus fide dignis.

Stephanus Eugenij ſcripturam non amplexus in Ἀνακτόρζα, cauſam ſubiicit: Ἔοικε δ᾽ ἀγεννεῖ ἐντετυχέναι βιβλίῳ. ἡμεῖς γὰρ διὰ τοῦ Ι εὕρομεν. Latine: *Videtur in Codicem incidiſſe degenerem. Nos autem per I ſcriptum inuenimus.*

Hotomanus e neoteris in Verrinam tertiam: Veteres Libri: *Quos nunquam liberos homines duxerit, ſolitus ſit appellare.* In quo mendum eſt manifeſtiſſimum, inquit. Idem in 6. Verrinam: *Reticebunt, quae poterunt, libenter: dicent, quae neceſſe erit, ingratis.* Hotomanus profitetur Libros omnes veteres habere *Gratis*, contra quorum omnium auctoritatem ſe tuetur. Idem pro Caecina: *Quid ais? iſtius ille fundus eſt?* Sic omnes, quos vidi, & ſcripti, & impreſſi, inquit Hotomanus, addito: *Ego contra omnium auctoritatem ſic reſtituo: Tuus ille fundus eſt? Neque eſt cur meam ſententiam, quae aperta eſt, pluribus confirmem.* Verba ſunt Caecinae, vt apparet, quibus Ebutij reſponſio ſubiecta eſt.

Erythraeus: *Manuſcriptorum Codicum Romanorum conſenſus damnabilis.* Confidenter dictum!

P R O S P E G M A

DE PANDECTIS

Piſanis, ſeu Florentinis.

PANDECTARVM Florentinarum, ſeu Piſanarum auctoritatem nec eleuo, nec fidem vbique amplector. Ita iudicium vbique opus. Ecquis enim ſequatur ſcriptum habentes locis prope infinitis:

Adpulſerit,	*Relinquerint,*	*Relinquiſſent,*
Contingerunt,	*Obtingerunt,*	*Confunderant,*
Reſcinderant,	*Rumperit,*	*Rumptum,*
Accederat,	pro	*Acceſſerat,*
Decederit,	pro	*Deceſſerit.*

TVLLISSE geminis vdis. Nam ſi Antiquitatem reſpicis, illa *Tolo* ſcripſit, ſeu *Tulo*: ſi ſeclum recentius, *Tollo* quidem illa; ſed *Tuli, Tuliſſe* ſemper vniformiter. Item *OBLINVERIT*, aliaque in Parerga Briſſonio collata. *Partos*, pro *Parthos* eius ſeculi more, quo nondum Pandectae, vel nomine tenus cognitae, erant. Ad Parergorum calcem hoc Briſſonij iudicium eſt: *Nec tamen ex omni parte integros Florentinos Libros praeſtare velim Quippe, compertum habeo,* inquit, *Multa illis vitia vel in tranſcriptione commiſſa, vel ex prima origine tranſmiſſa inſidere: quorum aliqua ſenſus noſtros ſpecie recti facillime fallunt: aliqua labem ſuam manifeſte produnt.*

Budaei vox in legem tertiam: *Tametſi lectu ſunt perdifficiles, literis iam multis locis exoleſcentibus, verbisq́, non interpunctis.*

Boëthius Epo Academiae Duacenae lumen, eas *Graeculi alicuius manu exaratas ſuſpicatur*, audetque non ſequi eas exarando *Poſthumus*.

Torellius Praefatione in Pandectas: *Adhaec Orthographiam vocum perpetua, conſtantiq́, ratione ſcriptarum omnino obſeruauimus. Siquidem non modo non veremur illam doctis viris ſordere, quinetiam iucundam fore confidimus. Accedit, quod non ita facile, a tam antiqua, tamq́, accurata obſeruatione recedendum eſſe cenſuimus:*

mus: praeſertim cum in multis reſpondeat ea quam vetuſtis literis conſcriptam videmus in Medicea Bibliotheca, indeq; olim editam in primis quinq; iis Cornelij Taciti libris quos ſcripſit ab exceſſu D. Auguſti: tum quae ex antiquis diuerſis marmoribus, ac tabulis nobis ſunt ſaepius oblata. Quo magis mirati ſumus Gregorium Haloandrum virum doctiſſimum, deq; Digeſtis alioqui bene meritum, Praegnas praegnatis, & Vrgueo, taliaq; quamplurima conſulto reieciſſe: contra vero nonnulla tanquam ex Pandectis accepta retuliſſe, quae aliter in eis habeantur. Quae varie in eo volumine ſcripta ſunt, ſiquidem ſine vitio pariter varie reddidimus: vnde Compraehendere, & Comprehendere, Extare, & Exſtare, Pebiſcitum, & Plebiſſcitum inuenietis.

Cuiacius lib. 2. Obſeruat. cap. 1. *Ea re ſum omnibus ſtudioſis auctor, vt etſi editis Pandectis Florentinis nihil ad Pandectarum reſtitutionem praeterea quidquam deſiderandam eſſe pleriq; vociferentur. quotquot poterunt alias tamen quaſcumq; manuſcriptas Pandectas conquirant, certoq; iudicio earum ſcripturam expendant, & examinent: nec enim fidem habendã eſſe cenſeo his, qui caeteras omnes ex Florentinis dimanaſſe profitentur.* Non ſunt ergo de Cuiacij ſententia Archetypae, qui rurſus l. 6. c. 23. earum retegit imperfectionem.

De quibus politiſſimi Politiani teſtimonium, fidemque praeteritam nolui. Ille Miſcellan. cap. 41. *Atqui volumen ipſum Iuſtiniani Digeſtorum, ſeu Pandectarum, dubio procul Archetypum in ipſa curia Florentina a ſummo magiſtratu publice adſeruatur, magnaq; veneratione, quanquam raro id, etiamq; ad funalia oſtenditur. Eſt autem Liber haut quota ſpoliorum, praedaeq; Piſanae portio, ſaepe a conſultis citatus maioribus, characteribus, nulliſq; interuallis dictionum, nullis item compendiariis notis, quibuſdam etiam ſaltem in praefatione, velut ab auctore plane, & a cogitante, atq; generante potius, quam a librario, & exceptore inductis, expunctis, ac ſuperſcriptis, cum Graeca epiſtola, Graecoq; etiam pulcerrimo hoc epigrammate in prima fronte:*

Βίβλον Ἰουστινιανὸς ἄναξ τεχνήσατο τήνδε,
Τὴν ῥα Τριβωνιανὸς μεγάλῳ κάμε παμβασιλῆϊ.
Οἷά τις Ἡρακλῆϊ πανάιολον ἀσπίδα τεύξας,
Ἧι ἐπιμαρμαίρουσιν ἀγάλματα πάντα θεμίστων.
Ἄνθρωποι δ' Ἀσίης τε, δορυκτήτου τε Λιβύσσης,
Εὐρώπης τε πίθονται ὅλου σημάντορι κόσμου.
Condidit hunc Librum rex Iuſtinianus, eumq;
Ipſe Tribonianus magno regi expolit, ac ſi
Amphitryoniadae varium clypeum arte laboret.
Omnigenae legum effigies exinde coruſcant:
Ex Aſiaq; viri, ex Libya Mauorte ſubacta
Europaeq; ſimul parent mundo imperitanti.

Cuius tamen voluminis legendi, ac verſandi per otium mihi eſt vni facta copia Laurentij Medicis opera, cauſaq; qui vir ſuae reipub. princeps, dum ſtudioſis obſequatur, etiam ad haec vſq; officia ſe demiſit. Igitur in Pandectis his, non iam Piſanis, vt quondam, ſed Florentinis, in quibus pura ſunt verba, nec vt in caeteris plena maculis, & ſcabie diffiſſum reperio, non diffuſum.

ORTHOGRAPHIAE
A Libris Exempla.

GELLIVS lib. 9. c. 14. Quod autem ſupra ſcriptum eſt in Q. Claudij verbis: *Propter magnitudinem, atq; immanitatem facies,* id nos aliquot veterum libris inſpectis explorauimus, atq; ita eſſe, vt ſcriptum eſt comperimus. Sic enim pleraque aetas veterum declinauit haec *Facies,* huius *Facies,* quod nunc propter rationẽ Grammaticam *Faciei* dicitur. Corruptos autem quoſdam libros reperi in quibus *Faciei,* ſcriptum eſt, illo, quod ante ſcriptum erat, obliterato. Meminimus etiam in Tiburtij bibliotheca inuenire nos in eodem Claudij libro ſcriptum vtrumque *Facies,* & *Faciei:* ſed Facies in ordine ſcriptum fuit, & contra per II geminum *Facij.* Neque id abeſſe a quadam Conſuetudine priſca exiſtimamus. Nam & ab eo, quod eſt hic *dies* tam huius *dies,* quam *dij*: & ab eo quod eſt haec *Fames,* tam huius *Fames,* quam *Famy,* dixerunt. Q. Ennius in XVI. Annali *dies* ſcripſit pro *diei* in hoc verſu: *Poſtremae longinqua dies vbi fecerit aetas.* Ciceronem quoque affirmat Ceſellius in oratione, quam pro P. Seſtio fecit, *dies* ſcripſiſſe pro *diei.* Quod ego impenſa opera conquiſitis veteribus Libris pluſculis, ita vt Ceſellius ait ſcriptum inueni. Verba ſunt haec M. Tullij: *Equites vero daturos illius dies poenas.* Quocirca factum hercle eſt, vt facile iis credam, qui ſcripſerunt idiographum librum Virgilij ſeſe inſpexiſſe, in quo ita ſcriptum eſt:

Libra dies, ſomniq; pares vbi fecerit horas. Id eſt: *Libra diei, ſomniq;* —

Sed ſicut hoc in loco *dies* a Virgilio ſcriptum videtur: ita in illo verſu non dubium eſt, quin *dij* ſcripſerit pro *diei*:

Munera,

Munera,laetitiamq́; dij——— Quod imperitiores *Dei*, legunt, ab inſolentia ſcilicet vocis iſtius abhorrentes. Pierius ex συνηθεία, & omnibus fere vetuſtioribus Libris probat,& amplectitur: *Munera,laetitiamq́; Dei* ——— Sed ab vno in alios Libros religione,vt fit,error ſpargi potuit. Vtut legendum ſit, conſtat de inclinatu vario iſtius genitiui. Sic autem *Diei dij*, a veteribus declinatum eſt: *Fames, Famij, Pernicies, Pernicij*; *Progenies, Progenij*; *Luxuries, Luxurij*; *Acies, Acij*. M. enim Cato in oratione, quam de bello Cartaginienſi compoſuit, ita ſcripſit: *Pueri, atque mulieres extrudebantur famij cauſa.* Lucilius in XII. *Rugoſum,atque famij plenum.* Siſenna in Hiſtoriarum libro VI. *Romanos inferendae pernicij cauſa veniſſe.*

Pacuuius in Paulo:

Pater ſupremae noſtrae progenij patris.

Cn. Matius in Iliadis XX.

Altera pars acij vitaſſet fluminis vndas.

Idem Matius in tertio-decimo:

An maneat ſpecij ſimulacrum in morte ſilentum.

C. Gracchus de legibus promulgatis: *Ea luxurij cauſa aiunt inſtitui.* Et ibidem infra ita ſcriptum eſt: *Non eſt ea luxurij quae neceſſario parentur vitae cauſa*, propter quod apparet enim ab eo quod eſt *Luxuries Luxurij* patrio caſu dixiſſe. M. quoque Tullius in oratione, qua Sextum Roſcium defendit *Pernicij* ſcriptum reliquit, verba haec ſunt: *Quorum nihil pernicij cauſa diuino conſilio, ſed vi ipſa, & magnitudine rerum factum putamus.* Aut *Facies* ergo in caſu patrio, aut *Facij* Quadrigarium ſcripſiſſe exiſtimandum eſt. *Facies* autem in nullo veteri Libro ſcriptum reperi. In caſu autem dandi, qui puriſſime locuti ſunt, non *Faciei*, vti nunc dicitur, ſed *Facie* dixerunt.

Lucill. in Satyris:

Et primum inquit facie honeſtas accedit.

Idem Lucillius in libro ſeptimo:

Qui te diligit, aetati, facieq́; tuae ſe
Fautorem oſtendat, fore amicum polliceatur.

Sunt autem non pauci, qui vtrobique *Facij* legunt. Sed C. Caeſar in Libro de Analogia ſecundo *huius die*, & *huius Specie* dicendum putat.

AVERNVS in omnibus antiquis Codicibus Pierij, & priſca Conſuetudine receptiſſimum eſt. Quo tamen inducto nouatorum pruritu irrepſit *Aornus* millenis iam locis. *Ἄορνος Graecorum eſt. Veteres autem ad explendum hiatum adſpirationem injiciebant Τάως, Ἄβορνος, & eius in locum tandem digammum: tum O puſillo in E abſcedente, interpolatam vocem habes *Auernum*. Hinc *Auernalis*. Ab iſto altero nihil fit.

APRVGNVM vulgo dicimus: Lucillius tamen *Viſcus aprinum*. Et hodie ſic eſt in Plinij Geleniana editione. Hoc mihi vt probet Fl. Soſipater, Libros allegat. Idem in Neleī Carmine priſco legit:

Saucia puer filia ſumam.

Sic & Aelius Stolo, & Aſinius: Varro autem legit *Puera*.

CODETA MINORE, non, In *Morem cochleae* ſcribendum in Suetonij Iulio δακρολοδξατεῖ Caſaubonus auctoribus Libris vetuſtioribus, ac melioribus, quos viderint Beroaldus, Ranconetus, Turnebus, Torrentius, Petrus Pithoeus, Groſlotius, Yuo Villiomarus.

IMBERBI, an IMBERBES? Libri dijudicant. Chariſius lib. I. *Imberbi autem dicuntur, non Imberbes. Sic enim & Varro de Actionibus ſcenicis: Imberbi iuuenes. Sed & Cicero Imberbum protulit non Imberbem.* Ex Calendis Ianuariis de lege Agraria: *Imberba iuuentute*. Titus Hiſtoriarum 18. *Imberbi vulgariter.*

MILVIVS Latinum non putat Giſanius Chirographis Libris affixus: ſed *Miluus* binis V V, & ſillabis tribus. Sic ex vetere Codice, & Donato in Phormione ſcribit:

Quia non rete accipitri tenditur, neque miluo.

Sic in Codice optimo, inquit, Ouid. 2. Transfor:

Vt volucris viſis rapidiſſima miluus extis.

Sic in Plauti Aulularia.

Pulmentum pridem ei eripuit miluus, &
Vt ſibi liceret miluum vadarier.

Sic in Horat. Epod. 16.

Adulteretur & columba miluo.

Sic omnibus hiſce locis habere veteres Libros teſtatur, & ſequitur Giſanius; an ſequendus, loco vide ſuo infra.

OBSONAT, non *Scortatur* in Ter. Adelphis Politianus amplectitur in Miſcellaneis ſtans Codicum omnium fide contra Varronis memoriam, qui *Scortatur* inde allegabat.

Q. OGOLINVS Suſij Codex, & Pulmanni: *Q. Vgolinus* per V, Cauchianus, Colonienſis, Vuinchelianus. Q. *Ogolnius*, vt L excipiatur ab N, duae primae per O, Atrebatenſis. Q. *Vgulnius* alij Val. Maximi Codd.

OBVNCVS dicatur, an *Abuncus*, an *Aduncus*, cum nullum horum lex verſus reſpuat Aeneidos ſexto: diuinabis e Libris. Primum offerunt Libri vulgarij: ſecundum Romanus, & antiqui aliquot: poſtremum Codex Mediceus.

PISAT, PISITNE legendum ſit in Perſio, ambiguum pronunciat Diomedes lib. 1. Librorum copia, aut praeſtantia, tollat ambiguum.

STITISSES VADIMONIVM, non *Stetiſſes*, Librum Catonis veterem teſtatus legit Gellius lib. 2. c. 14. *contra falſos, & audaces emendatores*, inquit.

VOMER, VOMIS. Variantia Libris ſtat. Georg. 1.

—— Sulco attritus ſplendeſcere vomer.

Idem: *Vomis, & inflexi primum graue robur aratri.*

SVCCINCTAM *pharetra, & maculoſae tegmine lyncis.* Antiqui Codices aliquot *Pharetram* accuſandi caſu repugnantibus Libris vulgatis. Priſcianum iudicem capiam, qui non indiligenti opera ſuccurret, aut memoria. Dicto namque copulatiuarum eſſe caſus eoſdem ſociare, & quaſdam auctoritates huic regulae inimicas reperiri, in exemplum ponit hunc Virgilij verſum:

Succinctam pharetram, & maculoſae tegmine lyncu.

Neque tamen inficiatur melius in quibuſdam Codicibus abſque M *Pharetra* ſexto caſu reperiri. Alibi namque ab eodem Virgilio dictum: *—— Palla ſuccincta cruenta.*

Quo vero accuſatiuum alij tueantur, exemplum eſſe: *—— Magicas inuitam accingier artes.*

Addit variae conſtructionis cauſam, quod *Succingor hanc rem, & hac re dicimus*: ſaepeque hoc de induſtria fieri ab Auctoribus, vbi anceps ſit conſtructio dictionum. Eodem lib. 17. Priſcianus:

Quod ſcelus aut Lapithis tantum, aut Calydone merente?

quoſdam ſecutus Codices praefert huic lectioni:

Quod ſcelus aut Lapithis tantum, aut Calydona merentem!

Ibidem dubiam ponit a Codicibus lectionem: *a*

Iuſtitiáne prius mirer, bellíne laborum?

Idem: *Iuſtitiáne p. m. b. l.* Lib. 8. quibuſdam Libris Aen. 11. eſſe.

—— Nec inundant ſanguine foſſas.

Quibuſdam: *—— Nec i. ſ. foſſae.* Idem lib. 10. ex Georg. 2.

Quibuſdam: *Mollibus in pratis vnctos ſaliere per vtres.*

Quibuſdam: *Saluere per u.*

SCABIES nihilominus interdum Libros occupat. Aen. 6. *Voluptant*, pro *Volutant*. Plura piget referre: omnibus res experta. Quare vti *—— nunquam deſunt conſulia duobus*: ſic Sigiſmundus Gelenius Praefatione in Plinium: *Quid enim certius, quam duo peruetuſta Exemplaria inter ſe conſentientia ſequi?* Secutus eſt Gellius lib. 13. c. 19. *Hoc enim ſcriptum in vno, atque altero antiquiſſimae fidei libro Tironiano reperi*, inquit, *Peccatu* ſcilicet per V. Ea non ex tripode pronunciauit Gelenius: duobus tamen vires nonnullas addet Antiquitas, quam ille reſpicit, & de qua ordimur dicere.

CAPVT OCTAVVM.

Antiquitas.

ANTIQVITAS Libris, Auctoribus Inſcriptionibus precium conciliat. Vidiſti ſupra: Cauſa: quia priſcorum iudiciis approbata, vt perennent, vires acquirunt: probari autem non ſolent, niſi optima quaeque: boni namque viſio voluntatem adhamat. Futilia contra, prudenter deſpuimus, ac ne admittenda quidem iudicamus, & ſponte vaneſcunt. Quod ergo de fabulis praecipue Plautus in Caſinae Prologo, nos in Libros vſurpemus:

Qui vtuntur vino vetere ſapientes puto,
Et qui lubenter veteres ſpectant fabulas.
Antiqua opera, & verba cum vobis placent,
Aequum placere eſt ante veteres fabulas.
Nam nunc nouae quae prodeunt comoediae
Multo ſunt nequiores, quam noui nummi.

AEDITIMVS per M poſtulat Antiquitas: recentius eſt, nec adſpernabile *Aedituus* duobus V V. Poſt e Gellio, Varrone, Lucretio luculentis eorum verbis aperietur. Hotomanus in Verrinam ſeptimam: Libri veteres, in his Aldinus: *Primo homini*, quorum auctoritatem ſine cauſa nunquam repudiabimus. Id enim animi male conſiliati. Fabius lib. 1. cap. 4. *Quae in veteribus Libris reperta mutare imperiti ſolent: & dum librariorum inſcitiam ſectari volunt, ſuam confitentur.* Nam *vetera maieſtas quadam, & vt ſic dixerim, religio commendat*, idem Fabius lib. 1. cap. 6. Paucula de multis exempla libemus. M. Tullius in Oratore: *Fruges*, non *Phryges* Ennij antiqui declarant Libri.

Priſcianus lib. 12. *Vnde hocc quaſi duabus conſonantibus ſolent Poëtae producere, vt*

Hocc erat alma parens, quod me per tela, per ignes.

Et ſic in antiquiſſimis Codicibus, inquit, *inuenitur bis C C ſcriptum, quomodo & apud Terentium in Andria.*

Hoccne eſt credibile, aut memorabile?

Idem lib. de Accentibus. *In vetuſtiſſimis Libris inueniuntur proferri Larinatis, Maecenatis.* Idem libello de Figuris Ponderum: *Horum pleraque in Verrinis Ciceronis licet inuenire antiquiſſimae ſcripturae emendatis Codicibus.*

Galenus lib. 6. Epid. Ἐπεὶ δὲ ἐνίοτε καὶ κατ' ἄμφω σφάλλονται, πολὺ βέλτιον ἔδοξέ μοι φυλάττειν τὴν ἀρχαίαν γραφὴν, ἀεὶ μὲν σπουδάζειν ἐκείνην ἐξηγεῖσθαι, μὴ δυνηθέντι δέ ποτε τοῦτο πρᾶξαι πιθανὴν τὴν ἐπανόρθωσιν αὐτῆς ποιεῖσθαι, καθάπερ ὁ Ἡρακλείδης ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν ἐποιήσατο κατὰ τὴν λέξιν ἐκείνην, ἣ γέγραπται· Πρὸς δὲ τὸ ἀφροδίσιον αἱ οὐραὶ ἔβλεπον. Ἐπειδήπερ τοῖς ἐξηγησαμένοις τὴν Οὐραὶ γραφὴν ἀπιθάνως ἑρμηνεύεται, τάχα φησὶ Θύραι μὲν ἦν γεγραμμένον διὰ τοῦ Θ. τῆς μέσης δὲ γραμμῆς ἐν αὐτῷ διαφθαρείσης ἔδοξεν ὁ βιβλιογράφος Οὐραὶ γεγράφθαι. *Quandoquidem in vtroque fallantur aliquando, multo melius mihi viſum eſt ſeruare Antiquam ſcripturam: ſemper quidem vt eam exponam opera danda: ſi quando autem non quiuero hoc praeſtare, probabilis correctio facienda erit. Sicut Heraclides in ſecundo Epidemiorum fecit, in ea ſermonis parte, vbi ſcriptum: Ad Aphrodiſium αἱ οὐραὶ ſpectabant. Namque cum interpretantibus ſcripturam eam* Οὐραὶ, *improbabiliter dictum eſſe videatur, Forte, inquit Heraclides* Θυραὶ *ſcriptum fuit per Θ: cum vero permeans in medio Linea in ipſa litera Θ aeuo obliterata fuiſſet, putauit libri ſcriptor* Οὐραὶ *prius ſcriptum fuiſſe*

Laërtius lib. 10. Ἄρατον πυθέσθαι αὐτοῦ πῶς τὴν Ὁμήρου ποίησιν ἀσφαλῶς κτήσαιτο· τὸν δὲ εἰπεῖν [Epicurum] Εἰ τοῖς ἀρχαίοις ἀντιγράφοις ἐντυγχάνοι, καὶ μὴ τοῖς ἤδη διωρθωμένοις. Latine: *Rogabat Epicurum Aratus, Qui Homeri Poëſim emendatiſſimam compararet, Si antiquos libros nanciſceretur, & non nouiter correctos, ſubiecit Epicurus.*

AVTOGRAPHA commendat & Antiquitas mater Antigraphorum, & alumna. Talia fuere Numae monumenta, ſuper quibus copioſe, pleneque Plinius lib. 13. cap. 13. D. Auguſtin. lib. 7. de Ciuit. cap. 24. & lib. 8. cap. 5. Liuius lib. 50. Tales epiſtolas Pauli vidit Tertullian. lib. 1. de Praeſcript. Liber Aeneidos ſecundus mirandae vetuſtatis emtus in Sigillariis X X. aureis, *quem ipſius Virgilij fuiſſe credebat multi nominis Romae Grammaticus*, Gellij lib. 2. cap. 3. Adde Palladium Hiſtoriae Lauſiacae ſectione 147. *Inueni autem haec in antiquiſſimo Libro ſcripto verſibus, qui quidem ſcriptus erat manu Origenis. Hunc Librum inueni ego apud Iulianam virginem in Caeſarea, qui apud ipſam erat occultus. Dicebat eum ſe accepiſſe a Symmacho interprete Iudaeorum.* Sectione 148. *In alio Libro antiquiſſimo ſcripto ab Hippolyto, qui fuit familiaris Apoſtolorum inueni talem narrationem.* Graeca, quae Meurſij diligentia prodiere, habent: Ἐν ἄλλῳ βιβλιδαρίῳ, Antiquitatis mentione nulla.

CAVTIO tamen prudentiorum fuerit, ne vel Antiquitatem, vel Autographos Libros pro ara colant. Nam etſi

Ἀνδράσι δὲ προτέροισιν ἐριζέμεν οὐκ ἐθέλησα:

Nolim equidem ipſe mouere viris maioribu' litem.

Autographos tamen non prorſus a vitiis excuſabo, idque Auctorum ipſorum confeſſione: Ratio. Animi noſtri motus praeſertim incaleſcentis, citiſſimi ſunt, & meditationem praeuertunt. Manus item adminiſtra volat in obſequium, & accuratione ſepoſita quandoque ſcribit animo diuerſa. Hinc liturae: hinc incorrecta ſcriptio. Indicium faciunt illa Ouidij ingenij amoeniſſimi, & hactenus illaudati.

Triſtium quarto:

Siqua meis fuerint, vt erunt, vitioſa libellis.

Primo de Ponto:

Cum relego, ſcripſiſſe pudet: quia plurima cerno
Me quoque, qui feci, iudice digna lini.
Nec tamen emendo: labor hic, quam ſcribere maior.

Scilicet

Digitized by Google

Scilicet incipiam lima mordacius vti
Vt ſub iudicium ſingula verba vocem?

Libro 2. de Ponto Eleg. 4. ad Atticum:

Vtq; meus lima raſus liber eſſet amici,
Non ſemel admonitu facta litura meo.

Litura in verbo incondito, incorrecto, ſic, aut ſic ſcripto. Suppparia lib. 3. Eleg. 9. Lib. 4. Eleg. 12. 13.

ANTIQVITAS Variantiae pomoeria protulit. En tibi Daiiuos (quorum poſteritas eſt per H, vel Ω) quibus Graecos I puſillum adieciſſe notiſſimo notius eſt. Verum id a Romanis factitatum pene ignotum eſt. Ita veteres tamen Latinos etiam ſcriptitaſſe declarat Marius Victorinus ex Antiquis Libris: *Ita noſtri, vt apparet ex Libris Antiquis Foederum, & ex Legum: qui etiamſi ex frequenti tranſſcriptione aliquid mutarunt, tamen retinent antiquitatem*, de qua ſcilicet actum proxime.

Priſcianus *Faſtos*, & *Faſtus* ſcribi recte docet ex eo quod vtrumque legatur in illo Horatij 3. Carminum:

Per memores genus omne faſtos.

Hoc exemplar vnum illi repraeſentauit; *Faſtus* per V alterum. Vnum tamen diſcretim fuit ab Horatij manu. Idem lib. 7. teſtatur quibuſdam Ciceronis Codicibus eſſe *Complura*: in aliis *Compluria*.

CAVTIO ALTERA. Ne nimium φιλάρχαι ſimus, vt aduſque nauſeam nonnulli, in quis Victorinum Subdoctorem ponit Auſonius epiſtola 58.

——— *Ignoratis*
Aſſidue in chartis, nec niſi operta, legens,
Exeſas tineis, Opicasq; euoluere chartas
Maior, quam promtis cura tibi in ſtudiis.

D. Hieronymus Praefatione altera in Iob: *Tanta eſt enim Vetuſtatis conſuetudo, vt etiam confeſſa pleriſq; vitia placeant, dum magis pulcros habere volunt codices, quam emendatos.*

CAPVT NONVM.

Auctoritas.

NEQVE vero tam Libris ſcribendo regimur, quam Grammaticorum iudiciis omnis aeui, qui Orthographiae leges aequalibus poſteriſque tradidere. Sed & a Scriptoribus omne genus ea diſciplina aliqua propoſita eſt, & cum accuratione, nouoque iudicio ſuſcipienda. Potiſſimum autem Auctoritas ab oratoribus vel hiſtoricis peti ſolet. Nam quod metri neceſſitas Poëtas excuſet, non ab eis fida iacta videtur ancora. Fit tamen interdum, vt nihil impediente modo pedum, alterum prae altero illis placeat. Qualia ſunt:

——— *Imo de ſtirpe reciſum*
Et,
——— *Aeriae quo congeſſere palumbes.*

Silice in nuda, conſimilia. Sic enim ſummorum in eloquentia virorum iudicium pro ratione; imo error Ipſe magnos duces ſequentibus honeſtus eſt. Haec paene ex Fabio lib. 1. cap. 6. Neque ſatis audet eo loco Fabius ſummis Auctoribus *Ebor*, *Robor* ex obliquorum proportione

ſcribentibus deliberate obſtrepere: etſi neque eam ſcripturam per O probet, neque ſatis eorum rationem. Tantopere animis imperat praeſumta de Auctorum iudiciis, aut eruditione opinio cum reuerentia. Scit enim quiſque, vt ſibi, ſic aliis mentem diuinitus datam. Hinc ſit vt non ſolum a plurium iudiciis, opinionibus aut ſcribendi methodo pendeamus: ſed prope a cuiuſque.

Nam cum valide ſit, & abunde probatum loco ſuo *Cauſam* vnica conſona media ſcribendum: tamen certo certius in Cicerone SS geminanda eſt. Nos enim Tullij ſcriptis legem non dabimus de mente noſtra: dabimus de ſua: ipſe autem ſigmata duplicauit. Atque etiam in *Auctoris*, *Auctoritatiſne* ſcribendo verbo vnius Dionis Auctoritate nitimur. Menandrum eo in verſu Μάραγδον εἶναι ταῦτ' ἔδει, καὶ σάρδια Σ detraxiſſe de capite, neque carminis lege detraxiſſe vt credamus ab Euſtathij teſtimonio, iudicio, atque Auctoritate pendet.

Fuit & ſua Catoni, Varroni, Plauto, Lucretio, Caeſari, Maroni, Quintiliano, aliiſque peculiaris in depingendis vocibus ratio: cui niſi in eorum deſcribendis Codicibus paremus, perperam ſcribimus: licet in noſtris aliter liceat, vbi Origo nobis, Etymologia, Conſuetudo, aut alius patrocinatur Canon. Iniuria igitur ex Ennio diſpliceat *Endo pauimento* apud Tullium: in Lucretio *Endogredi, Endoperire*: apud Feſtum *Endoſtrius*. vt vulgo minima mutatione *Induſtrius* de eo, qui ad ſtruendum quidpiam appoſitus eſt.

Auctoritatis Maronianae viribus non ſolum

Inarime Iouis imperiis impoſta Typhoeo:

verum ſcribentibus praeiuerat Homerus alia via in Catalogo: Εἰν Ἀρίμοις, ὅθι φασὶ Τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς. Puſillus Scholiaſtes: Τὰ Ἄριμα, ὄρος. Tantundem maior. Cum ergo Latine vnica complexione ſcribitur, erratum non vnicum eſt. Primum Praepoſitura, & caſus obliquus in vnum coëunt, quae natura diſtraxerat. Deinde τὸ Εἰν cum altera vocali abiecta, altera breuis eſſe debuiſſet, longa reſtat ſillaba: vtpote verſa ex diphthongo tota, non ex ea partis inſtar auulſa. Praeterea vltima diſcedit ab ingenio ſuo: nam vel in ipſa coïtione S abiicienda fuit cum ſua diphthongo, & ſcribi *Inarima*, vel retinenda vox tota: neutrum factum: ſed vt *Demoe, Cleruminoe, Euoe*, ſcriptum oportuit *Inarimoe*. At neque ſic voluit Poëta ſummus. Scripſit *Inarime*, idque flexu primore, & vltimam pura vocali tendente. Deuiatio tam varia Auctoritate tanti viri ſpecioſa euadit, recipitur, vires ſumit.

Sequuntur certatim magna aemulatione Poëtae reliqui.

Papinius:

——— *Victam ſupera ad conuexa leuari*
Inarimen ———

Silius noſter:

Non Prochyte, non ardentem ſortita Typhöeum
Inarime ———

Idem:

Apparet procul Inarime ———

Claudian. 3. de Raptu Proſerpinae:

——— *Rupiſne Typhöea ceruix*
Inarimen ———

Lucan. lib. 2.

Conditur Inarimes aeterna mole Typhöeus.

Quemadmodum Homerum ſecutus erat in Theogonia Heſiodus.

Neque debilitat horum Auctoritatem Plinius lib. 3. cap. 6. *Homero Inarime dicta*. Nam Auctores iſti ſingulatim rogati, Aenaria ab Homero qui dicta? Reſpondeant: *Inarime*. Qui cum Homeri vocem ſuo modulo confinxerint: finxit & ſeculi ſui modo Plinius. Eam autem vocem prorſus inuariatam Homeri eſſe nullus dicere voluit. Rimatur alias Plinius non minus verborum, quam naturae arcana.

Aeneidos 12. legendum ſit:

Sanguineus Mauors clypeo increpat, ——— an *Intonat*?

quaeritur. Seruij, Donatique Auctoritate recipietur *Increpat*. Auctoritatem tolle: qua vi repudiabitur alterum?

Ibidem:

Ibidem: *Inter ſe coïiſſe viros, & decernere ferro*

in omnibus eſt Libris antiquis, ex quibus vnus copula deſtituitur. Auſis vero Libris adhaereſcere contra Seruij, ac Senecae Auctoritatem? Hic libro ſeptimo, Epiſt. 1. *Ne te longe differam quaedam ſimplicia in vſu non erant, ſicuti, Cernere ferro inter ſe dicebant. Idem Virgilius hoc probabit tibi, Inter ſe coïiſſe viros, & cernere ferro, quod nunc Decernere dicimus.*

Exuere, an Exire hominem ſcripſerit Solinus Priſciano lib. 18. credi poteſt ſic legenti: *Poſtquam Tatius hominem exuit.* Idque in anterioribus Libris allegauit. Nouiores *Exuit* ſcripturiant.

ALVVS foeminei generis eſt: maſculeum etiam Auctoritate defenditur. Caluius:

—— Partus grauido portabat in aluo.

Aelius Cinna:

At ſcelus inceſto turpe creſcebat in aluo.

Sic Laberius, ſic Accius non infrequenter.

OLEAROS vocali ſecunda cur minus probem Aeneid. 3. facit aliorum Auctoritas Ovid. Metam. 7.

At non Oliaros, Didymeq; & Tenos, & Andros.

Stephani, Strabonis, quibus eſt Ὠλίαρος.

ODOS, non *Odor*, in Captiueis legendum Fabij probat Auctoritas lib. 1. & Priſc. lib. 1. ſeu Plauti potius:

Quorum odos ſubbaſilicanos omnes abigit in forum.

REDVCIT, RECIDIT, REFVGIT, REMOTA vnico D, C, F, M ſcribo vel cum ſillaba princeps protrahitur, ſola ſcriptorum Auctoritate ſubnixus.

Lucret. lib. 4.

—— Crebras reducunt naribus auras,

Horat. lib. 2. Sat. 3.

Dij tibi dent capta claſſem reducere Troia.

Minime *Redducere.* Ita Giſanius ad Lucretium, Riuius in Hecyram Terentij, Fabricius. Gram. lib. 1.

Lucret. lib. 1.

At neque recidere ad nihilum res poſſe —— —

Lib. 5. *Recidere aſsidue, quoniam fluere omnia conſtat.*

Lucret. lib. 4.

Refugiſſe volunt longe ————

Ibidem: *Diſtare a ſpeculo tantum remota videtur.*

Nec ſua defuit Auctoribus ratio. Nam paſtorale neſcio quid ſonat *Redducunt, Reccidit, Reffugio, Remmotus.* Inſtabis, Cur haec duplicata potius ſonent ſubruſticum, quam *Ecce, Eccum, Effugio?* Ob ſtridulum R, quod caput eſt, atque ob vaſtitatem V ſubiectae vocalis in duobus. Qua ratione ſi non eos ſtetiſſe autumas: nudam in iis Auctoritatem, qua id factum agnoſce.

SVRRIPIO probe ſcribitur. Probat & veterum Auctoritas *Surpio* ſillaba media truncatum. Plautus. Poenulo:

Puer ſeptuennis ſurpitur Cartagine.

Horat. *Quae me ſurpuerat mihi.*

Idem: *—— Vnum me ſurpite morti.*

Cur vero non hoc erit iuris, vſuſque promiſcui, vt *Surgo*, cum Maro *Surrigit* ſcripſerit? vt *Praebeo*, cum in Pſeudolo *Praehibeo* Plautus? Conſuetudo, de qua mox, obluctatur. Illa tamen nunquam caſſam efficiet Horatij Auctoritatem, neque nos ab imitatione reuocabit.

MYRTETA, MYRTETAE dici ſcimus Auctoritate Priſciani lib. 4. ſic legentis in Plauti Vidularia:

Neſcio qui ſeruus e myrteta proſiluit.

LEVIORA illa, nec abiicienda, quae primitus a communi vſu aliena. in Vſum v. Auctoritatis recepta ſunt. *Conſuerunt* tribus ſillabis extulit in Quintiana, & Roſciana Tullius: in Cluentiana *Conſueſſet*, & 5. Verrina, in qua & *Commoſſet*, vti in 7. *Decreſſe.*

SVBVS ex *Suibus* deminuerunt Varro lib. 1. de Re R. c. 38.

Bubus, & ſubus vt fiant pingues.

Lucret. lib. 6.

—— Setigeris ſubus acre venenum eſt.

Iterumque fines huius capitis reget Soſipater lib. 1. *Auctoritas in regula loquendi nouiſſima eſt: namq; vbi omnia defecerunt, ſic ad illam, quemadmodum ad ancoram ſacram decurritur.*

CAPVT DECIMVM.

Conſuetudo.

CONSVETVDO ſcribendi, dicendiq́ue magiſtra eſt: qua praerogatiua tam ſe magnifice circumſpicit, ac tantopere effert, vt Canonum ipſa Canon eſſe videatur. Non illa Originem reſcindit? non Etymologiam euertit? non Analogiae turbat aequabilitatem, Inſcriptiones obliterat, Libros abrogat, Antiquitatem ſpernit, Auctoritate ſcriptores ſpoliat, Variantiam parit, & ipſa Conſuetudinem quandoque Variantia? Plane violenta res Conſuetudo: nec alia fere violentior. Neque id magis a ratione deuium, quam cum natura Conſuetudini paret, aut legum poteſtas. Verum quidem eſt Conſuetudinem, quae legem habet reclamantem, corruptelam potius videri. Tamen & corruptela ipſa ſi tempore corroboretur, vires obtinebit, vt in male partis quandoque accidit. Varro lib.8.de L L. *Quare qui ad Conſuetudinem nos vocant, ſi ad rectam, ſequamur: in eo enim quoque eſt Analogia: ſi ad eam inuitent, quae eſt deprauata, nihilo magis ſequemur niſi cum erit neceſſe. Sequar in caeteris rebus mala exempla: nam ea quoq; cum aliqua vis vrget, inuiti ſequimur.* Inibi attexuntur pluria. Addo verba: Soſipatri li. 1. *Conſuetudo non ratione, Analogiae, ſed viribus par eſt. Ideo ſolum recepta, quod multorum conſenſione conualuit. Ita tamen vt illi ratio non accedat: ſed indulgeat.* Victorinus: *Cum Antiquitatem igitur poſterior Conſuetudo vincat.* Varro lib.8.de L L. vult Analogiam nos ſequi praeterquam in quibus verbis offenſura ſit Conſuetudo. Itaque Fabij verbo *Conſuetudini ſeruit Orthographia: & cum praeclara miremur ingenia, Conſuetudinem tamen ſequimur ducem.* Fabius lib. 1. cap. 6. *Conſuetudo vero certiſſima loquendi magiſtra: vtendumq́; plane ſermone, vt nummo, cui publica forma eſt.* Atque vt Ouidio *ſermonis publica forma placet*: ſic mihi ſcriptionis. Ea re totis hiſce Orthographicis vel a vulgi Conſuetudine abire refugit animus; nedum a doctiorum Vſu velim. Cur quaeſo ab audientium corona riſus eſt Demoſthenes anhelata voce, ac defecto ſpiritu pronuncians Νὴ τ̃ Ἀσκλήπιον? quod accinere debuiſſe videbatur ſupremae ſillabae vulgi more, vti Plutarchus, ac Libanius memoriae prodiderunt. Sepone Conſuetudinem: ab oratore ſtabit Analogia de Euſtathij ſententia in Catalogum. Quare ſapiens illa Tullij dijudicatio: *Quod ſi indocta Conſuetudo tam eſt artifex ſuauitatis, quid ab ipſa tandem arte, & doctrina poſtulari putamus?* Propritim tamen Fabius lib.1. cap. 6. & ſeuerius: *Conſuetudinem ſermonis vocabo conſenſum eruditorum: ſicut viuendi conſenſum bonorum.* Idem Euſtathius primis in Homerum Commentariis tradit primos, qui neutra pluratiua cum verbo ſingulario conglutinauerunt, σολοικίσαι. Verum Vſus hunc errorem ſic direxit, ſic erexit, id etiam vt elegantiae numero ab Atticis Graecorum politiſſimis ſit habitum. Arnobius lib. 1. haut diſpar exponit. *Haec paries forſitan, & Hic ſella dici ſine vlla reprehenſione potuiſſet; ſi ab initio ſic dici placuiſſet, & a ſequentibus ſeculis communi eſſet in ſermocinatione ſeruatum.* Varro lib. 8. de L L. *Quare qui ad Conſuetudinem nos vocant: ſi ad rectam, ſequamur: ſi ad eam inuitent, quae eſt deprauata, nihilo magis ſequamur.* Namq́ue *grauiſſimum eſt imperium Conſuetudinis* Laberio, de qua D. Auguſt. lib. 3. de Muſica. *Nomina vero, vt cuiq; placuit impoſita, quorum vis auctoritate, atque Conſuetudine maxime nititur.* Gellius lib. 12. cap. 13. *Sed nimirum Conſuetudo vicit, quae cum omnium domina rerum, tum maxime verborum eſt.*

ORIGINEM igitur Conſuetudo reſcindit. Ab *Echedemo* primum *Echedemia*: deinde *Ecedemia* more veteris Italiae abſque Flatu: tandem Conſuetudo procudit *Academia*. Non obſcurum ex ſerie verborum collocanda.

REMVS ſimiliter abſque Flatu ſcribi Vſus obtinuit. Origo ἐκ τῆς Ρώμης, & Graecis Ρῶμος. Ita Strabo lib.5. Dionyſius Antiquit. lib. 1. Plutarch. alij.

Strabonis Epitome Ρῆμον. Forte nec defuit ratio petendi diſtinctus a *Romo*, qui poſt deminutione *Romulus* dictus eſt per adulationem, quod Seruius docet in lib.1. Aen. Et Ρώμυλος plane dicitur *Forticulus*, vt ab Αἰσχρὸς Αἰσχύλος, *Turpiculus*, & παραγωγῇ a Στόμα, ςωμύλος, *Loquax*. Vt autem ex *Romus* deminutione *Romulus* in vtroque prima porrecta: ſic ex *Remus*, *Remulus* ea breui Aen.9. Sic *Caere* ex Χαῖρε, Straboni lib.5.& l.8. Silianorum a me. Contra *Hortor ab Ore*, Pontan. lib.1. de Adſpir. *Hercules* cum Spiritu. Etymum abſque eo, ſi non fallit Cortina Phoebi:

Ἡρακλῆν δέ σε φοῖβος ἐπώνυμον ἐξονομάζει.
Ἥρα γὰρ ἀνθρώποισι φέρων κλέος ἄφθιτον ἔσχες.

Neque ignorauimus aliis ab Ἥρα ortum videri, quod & nobis. Sed nunc docendi cauſa aliter.

Aeternus,

Digitized by Google

Aeternus, non *Aethernus*: etſi eſt ab *Aethere* teſte Iſidoro lib. 7. Orig. cap. 1. ſuffragante I. Scaligero in Libb. de Cauſis L L.

REFERT *eum dicimus, errare nos ait Verrius: eſſe enim rectum Rei fert, datiuo ſcilicet, non ablatiuo caſu: ſed eſſe iam Vſu poſſeſſum*, Feſtus.

INDVLGERE eſt a Conſuetudine: licet ortum ex *Dulci*.

STVPIDVS, OBSTVPEO in Vſu ſunt per V, obſtrepente Origine a *Stipite*.

LIPONTINOS ſcribi Origo depoſcebat, ὅτι Ἐλίποντο. Plinius Conſuetudinem ſecutus per E primam delineat lib. 3. cap 20. *Caeteri fere Lepontinos relictos ex comitatu Herculis interpretatione Graeci nominis credunt, praeuſtis intra ſinus Alpium niue membris.*

Conuellit hanc Plinij Originem Cluuerius in ſua Italia. Quaſi vero Plinius his in oris natus Cluuerio alienigena rectius, veriuſque non norit ciuitatum Italicarum, in quibus commoratus, aut natus nomina. Sic Italica Hiſpaniae dicta ab relictis ibi vulneratis, ac foſſis a Scipione. Cluuerius conatur ſe Strabone tueri, cui ſcriptum ſit Ληπόντιοι ex qua ſcriptione inualide conficit Catonem ſuperiora narrentem non admiſſum a Strabone. Neſcit Cluuerius pleraque Latinis tertia vocali I ſcriptitata, quae Graeci amant per H reſcribere? Exempla. Aeneidos 3. & apud Silium *Petilia*: Strabo lib. 6. Πετηλία. *Pariſii* per I in medio Caeſar lib. 7. Strabo lib. 4. per H. Οἱ Παρήσιοι νῆσον ἔχοντες. Caeſar verbis paene totidem: *Opidum Pariſiorum poſitum in inſula*. Et alij. Liuio *Comminius*, eſt Dionyſio Κομήνιος. Eidem: Ἑρμήνιος ὁ συμπολεμήσας Ὀρατίῳ. Liuio, *Herminius*. Socrates lib. 5. cap. 8. Μάγκηπες, Latinis *Mancipes*. Ianus Guilielmus *Eteſias*, *Eteſiasq;* admittit. Paſſim ſcriptum inuenias *Paraclitus*, *Paracletus*. Labida igitur eſt Cluuerij collectio. At cur potius in *Euganeis* Plinium admittit Cluuerius, quam in *Lipontinis*, ſeu *Lipontijs*? Sic *Nigritae*, Νιγρῆται.

ETYMOLOGIAM euertit Conſuetudo. *Serapis*, aut *Sarapis*, tam per A, quam per E: non per O debitum Origini, de quo ex Varrone D. Auguſtin. lib. 18. de Ciuit. cap. 5. *Quia enim arca, in qua mortuus ponitur quod omnes iam σαρκοφάγον vocant, σορός dicitur Graece: & ibi venerari eum coeperunt, priuſquam templum eius eſſet conſtructum: velut Soroſapis, vel Sorapis primo, deinde vna litera, vt fieri adſolet, commutata Serapis dictus eſt.*

EVGANEI per A in ſecunda ſillaba cognitiſſimi ſunt Silio lib. 12. Lucano, Iuuenali, Plinio, Liuio: licet ἐκ τῆς εὐγενείας nomen ortum ſit, indicium faciente Plinio lib. 3. cap. 20. *Graios fuiſſe poſitos in tranſitu Graiarum Alpium incolas, praeſtanteſq; genere Euganeos, inde tracto nomine.* Conſuetudinem refuge, non id magis per A ſcribi fas fuerit, quam *Gens, Genus*, γένος.

NASAMONAS per N primore ſillaba Dionyſio de ſitu orbis, Euſtathio, Straboni, Plinio, Silio, Lucano, cui non? At Plinius denominatos olim *Meſammonas* tradit, *medias inter arenas ſitos*. Sic ἐτυμολογεῖ quaſi en Μέσῳ τῆς ἄμμου. Conſuetudo diſcerpſit Etymologiam.

ANALOGIAE turbat aequabilitatem. Velius Longus in Ortographia: *In Antiquo videmus locum V literam habere, & in Poſtico non habere: nam & Anticum ab eo, quod eſt Ante, quod apparet ex ſcriptione temporum.* Diſcrepantiam Conſuetudo inuexit. Quare Varro attentiſſime lib. 9. de L L. *Analogia eſt verborum ſimilium declinatio ſimilis, non repugnante Conſuetudine communi.*

AVCTORITATEM *Conſuetudo ſuperauit*, inquit Fabius lib. 1. cap. 10. & 5. Cominianus docens non dici *Faculter*, etſi *difficulter*. *Ridiculum eſt*, inquit, *legem aduerſus Conſuetudinem fore quae ſola in noſtro ſermone dominatur*. Atque etiam *indocta Conſuetudo artifex eſt ſuauitatis*, verbo Ciceronis.

CAPVT VNDECIMVM.

Variantia.

CONSVETVDO peperit ſcripti Variantiam. Tullius in Oratore: *Loquor, vt neceſſe eſt, cum Triumvirum, non Virorum: cum Seſtertium nummum, non Nummorum: quod in his Conſuetudo varia non eſt.* Vbi autem Conſuetudo varia, ſcribendi non vno me modo teneam. Fabius lib. 1. cap. 13. *Verum Orthographia quoque Conſuetudini ſeruit: ideo ſaepe mutata eſt.* Notat in quibuſdam propriis nominibus Strabo libro 16. vbi *Arimaeos*, *Arimos* nominat. Adſtruit & barbarorum nominum colorem non vnum, qui *Darium*, *Darmecem*; *Parzitim*, *Paryſatin*; *Atargatam*, *Atharam*. Conſuetudine paullum robuſtiore.

Idem

Idem lib. 12. Ἀλύβη, Ἀλόπη, Ἀλόπη, *Alube, Alope, Alope.* Tantam Variantiam producunt veteres, admittuntque. At formarum nouatrix poſteritas curto iudicio clamitat. Sic eſt Libris chirographis: editiones ergo perperam aliter obtinent. Sic diſertim, ſic verbatim, & literatim (ſi fas eſt dicere) ex huius, aut illius Auctoris diſciplina hauſimus: ergo nefas aliter ſcribi. Criticorum, talia paſſim legas opinamenta, ſeu verius nugamenta. Flagitium rationis! Quid enim? non D. Auguſtinus in Libris de Ciuitate varietate magna agnoſcit *Stenelas, Steneleus: Stenelaus, Stenelus?* Et Critici triobolares nihil in Orthographicis varium agnoſcent, cum ſit haec tractatio χρῆμα λυγκὸς αἰολώτερον? *Lynce res magis varia.* Non Dioſcorides lib. 1. cap 22. Νάρκαφθον, & Νάσκαφθον. cap. 126. Κίσθος, Κίσθαρος, Κίσαρος. Libro 3. Κιρκαία, οἱ δὲ Διρκαίαν καλοῦσι. Quanta accuratione iſta Stephanus? Ἀδραμύττιον πόλις τῆς κατὰ Καΐκον Μυσίας· ἡ γραφὴ διχῶς διὰ τοῦ Τ, καὶ διὰ τοῦ Δ, καὶ διὰ διφθόγγου, καὶ διὰ τοῦ Ι, καὶ δι' ἑνὸς Τ, καὶ διὰ δύο. ἀλλὰ καὶ δι' ἑνὸς Τ, ὅταν ἔχῃ δίφθογγον, καὶ διὰ δύο σὺν Ι μόνως. *Adramyttium Myſiae ciuitas ad Caicum. Scribitur dupliciter & cum T, & cum D, cum diphthongo, & cum I ſimplici, & vnico T, & duobus. Imo vero & cum vno T, quando habet diphthongum, & duobus cum I tantum.* Eidem Περυσινοί, Περυσινοί; Περκώτη cum T, & Περκώπη cum Π. Vide *Allobroges.*

DRVSINVS, DRVSIANVS a *Druſus.* Competentia poſcitur *Druſinus*, vt a *Bruto Brutina conſilia.* Epiſt. Tullij 15. ad Brutum: a *Plauto Plautinae* comoediae Gell. lib. 3. cap. 3. ex Varrone. Vnde *Druſinam foſſam* in Claudio vocat Suetonius, quae *Druſianae foſſae* Taciti lib. 2. dicuntur, & *Druſiani horti.* Epiſt. 25. lib. 12. ad Atticum.

LIBYCA, *Libyſſa, Libyſtis, Libyſtias* cantatiſſima luxuria.

PRISTIS nauis eſt, piſcis eſt, ſignum eſt. Apud Seruium παρὰ τὸ πρίζειν. Radit iter huius ortus Maro in 5.

—— *Secat aequora priſtis.*

Sed & R deuecto in vlteriorem ſinum *Piſtris, & Piſtrix.*

Cicero in Arateis.

Andromedam tamen explorans fera quaerere piſtris.

Idem:

—— *Sparſam ſubter caudam piſtricis adhaeſit.*

Nec enim ex loco in locum literam quam tranſiaci nouum eſt. Sic a *Corylo Colurnus* literarum metatheſi dicitur.

VIRETVM, VIRECTVM cum C: abſque C Aen. 6. *Amoena vireta.* Ita Proportione flagitante, *Roſetum, Penetum, Palmetum, Quercetum, Coryletum, Virgetum, Carduetum, Iuncetum.* At Feſtus auctor eſt veteribus ſcriptum *Dumecta*, vt *Carecta* Maroni, *Salictum* vulgo. Sed anne *Dumex* Antiquitas vſurpauit, ex quo *Dumicetum*, poſtea *Dumectum?* Haut dubita. Feſtus: *Dumecta* antiqui, quaſi *Dumiceta* appellabant, quae alij *Dumeta.* Quod e Philoxeni Gloſſis cur ſcalpturiunt? Sic *Frutex, fruticis, fruticetum, Frutectum, Frutetum.* Plinius lib. 18. cap. 6. *Frutecta igni optime tolluntur.* Ita legit Gelenius. *Filex, filicis, Filicetum paſsim* Columellae, & Palladio, cui l 9. tit. 3. *Carecta, atque filicta:* niſi nos editio recentior ludificat. *Virecta* ſimiliter inclinari videntur a *Virice* (quam ſane vocem Politianus vſurpauit vndeunde) *Viricetum, Virectum.* Notat Pierius ad lib. 6. Aen. *In antiquis Exemplaribus Virecta per CT, & a Viridi actu Virectum dictionem eſſe Grammatici tradunt.* Alij cum Iſidoro lib. 17. Origin. cap. 6. *Virectum vbi virgulae nouellae, & virentes.* Mirum eſt non dixiſſe *Virgulae rectae.* nec alius abnueat.

Verum-enim-vero, quoniam Variantia ex Conſuetudine pendet: haec ex aeui vſu vario, ideoque & ipſa variata: nonnulla primum de *veteris Latij* Orthographicis diſputanda ſunt: tum ad Variantis Orthographiae viridaria gradum faciemus,

A N-

Digitized by Google

ANDREAE TREVISIO
MEDICO PRINCIPALI.

QVem te dicam, vir termaxime? quo affabor ore? qua fronte ad te veniam? Cadmus de Phoenice literas in Graeciam intulit. Facti laudandus! Tu in vrbem Italiae Caſalenſem: & de capite tuo Pallas orta eſt. Tu inibi colegium opere ſpectatiſsimum exaedificaſti: ſumtu regio exornaſti: ſtudiorum adminiculis affatim inſtruxiſti. Caſalenſes, quod iuuentutem ſuam optimis praeceptionibus informari vident, tibi vni acceptum ferunt: quod in ea iam ſunt adoleſcentes, ac viri ad omnigenae virtutis effigiem ficti, munus agnoſcunt tuum: literarum temperamento furorem armorum demitigari prudentiae tuae adſcribunt, ac benigniſsimae liberalitati: Quem te dicam, niſi literarum Patronum, Fautorem, Propagatorem? Ecce tibi in Hannonibus apud Athenſes Scholae ſemper hactenus nobiles, & praeclariſsimorum ingeniorum feraces tibi ſe dedunt. Ad interitum vergunt: in te volunt inclinari. Meminerunt, quid in Italia perfeceris: Belgium a te idem in Hannonibus Athi exſpectat. Louanium antiquitas commendat, & Fama nominis: vtriq; ne conſeneſcat, atque intereat, Treuiſi, *conſultiſsime, tu proſpicis. Prytaneum Louanij excitas, vbi Doctorum laurea viri nobiles confoueantur. Tu vnus alteram Sorbonam (nequid amplius: parcat Nemeſis) erigis: opes negligis: Deum reſpicis, & publicam rem. Ergo quanto propenſiore in literas, ac literatos animo es: tanto te impenſius aequum eſt conſulere, coepta vrgere, ac ad faſtigium perducere. Tu nouos illic Baios procreabis: alteros Mercerios proſeminabis, pater pauperum clues, parensq; ſtudiorum. Tanta haec tua merita cogunt me, vel vltro volentem te adire, affari, conſalutare. Ex hoc igitur myrothecio noſtro adſpergine aliqua lucubrationum mearum gaudere te volui: certo vt tibi perſuadeas tuis conatibus, ſi modo ematuruerint, ſimiles tandem fructus legi poſſe. In hunc ergo Tractatum oculos demitte, &* Antiqui Latl Orthographica Principalia *penſita, examina.*

TRACTATVS SECVNDVS.

ANTIQVI LATI ORTHOGRAPHICA PRINCIPIALIA.

SECTIO PRIMA.

MESSALA Fabio auctore libro primo, capite ſeptimo, totos libellos non de verbis ſingulis, ſed ſingulis de literis dedit. Marius Victorinus in Orthographica re ordinanda eadem propemodum ratione progreſſus eſt. Eos igitur ſequi, dum Antiqui Latij antiquatam in ſcribendo formam retexo, atque ennbilo, operepretium erit. Fauete linguis Veteris, Nouique Latij amantes.

Priſci aeui characterem animo contemplatus Fabius libro 1. cap. 7. *Nec ſimiles, inquit, his noſtris earum* [literarum] *formae fuerunt, & vis quoque diuerſa.* Qua ratione factum arbitror, vt pro temporum mutatione verbis, literiſque mutantibus nepotes plerumque maiorum tabulas aut vix aegreque, aut penitus non ſint adſecuti. Polybius Megalopolitanus libro tertio, vbi de foedere Cartaginienſium, & Romanorum icto Iunio Bruto, & M. Horatio Coſſ. Ἃς καθ' ὅσον ἦν δυνατὸν ἀκριβέστατα διερμηνεύσαντες ἡμεῖς ὑπογεγράφαμεν. Τηλικαύτη γὰρ ἡ διαφορὰ γέγονε τῆς διαλέκτου, καὶ παρὰ Ῥωμαίοις τοῖς νῦν πρὸς τὴν ἀρχαίαν, ὥστε τοὺς συνετωτάτους ἔνια μέλις ἐξ ἐπιστάσεως διευκρινεῖν. *Quas, quantum licuit, diligenter interpretati nos ſubſcripſimus. Talis namque fuit dialecti differentia Romanis veteribus, & huius aeui, vt doctiſſimi quique, inſtantius incumbentes vix dignoſcant. Et Saliorum carmina vix ſacerdotibus ſuis ſatis intellecta* pronunciat Fabius libro primo. Quae, qualis, quantave fuerit diſſeritas paene ignoratur: nec multum a Graecanico charactere diuertiſſe ſcitur: nam Romanae literaturae Graecia parens, ac procreatrix ſemper eſt habita: ac literarum ipſarum facies, atque ingenium fidem faciunt: Iſidori, Victorini, aliorumque traditiones vt praetermittamus. Plinium, Tacitumque produxiſſe ſat erit. Plinius lib. 7. cap. 58. *Veteres Graecas fuiſſe eaſdem pene, quae nunc ſunt Latinae, indicio erit Delphica tabula antiqui aeris, quae eſt hodie in palatio, dono principum Mineruae dicata in Bibliotheca.* Tacitus annali 11. *Formae Latinis literis, quae veterrimis Graecorum. Sed nobis quoque paucae primum fuere: deinde additae ſunt. Quare ad nos vſque proprios gentis ſuae vultus, formamque cuſtodiunt.* Quis autem Latio literas primus importauerit, nec ambitioſe inquiro, nec vllius ſententiam in tanta rerum antiquarum caligine diſpungo. Potuit enim ruſticanis occupationibus & Martis, literarum inuentarum in Latio forſan olim euiluiſſe, & quodammodo flacceſcere gloria, tum vindex pro repertore iactari: illarum item amplificator, aut interpolator. Huic opinionum ſectae, reperti literarum Latinarum laudem quibuſdam Iano adſcribentibus Carmentae, Mercurio, Enandro, Herculi, Pelaſgis, Saturno quibuſdam. Vt autem paucarum olim gentium reges, & exigui numero magiſtratus: ſic Latinorum elementorum ſeries parum denſa, eaque ſedecim capitum numero Victorino teſte abſoluta erat, aut ſepiemdecim ex Iſidori teſtimonio. Quippe veteri Latio defuere: F, G, H, K, Q, Y, X, Z.

F.

F Literam Quinctilian. lib. 1. cap. 7. Claudio Imp. acceptam refert: *Nec inutiliter Claudius, inquit, Aeolicam illam ad hos vſus F literam adiecerat.* Quos vſus? ad ſcribendum CerFom, SerFem. De qua Cornutus: *Eſt quaedam litera in F literae ſpeciem figurata, quae Digamma nominatur, quae duos apices ex Γ litera habere videtur, Fotum, Firgo, pro Votum, Virgo.*

Alter

Alter *vſus* vt Ph vices expleat, quas voces Latini vtebantur, vbi Φ Graecorum anteferebatur, Priſc l. 1, *In Latinis dictionibus nos quoq; pro Ph coepimus F ſcribere, vt Filius, Fama, Fuga.*

Graece φιλὸς, φάμα, φυγά. Romae mons Coelius inſcriptas offert *columnas purpuriticis* pro *Porphyreticis*. Veronae Inſcriptio:

CORNELIAE. FENGVSAE pro *Phengusae* opinor, φεγγούση.

Tertius *Vſus* Flatus aſperioris obire partis: *Felena* pro *Helena*, Priſcian. lib. 1. Et pro eodem *Belena* eidem Priſciano ex antiquitate.

Etiam pro validiſſima adſpiratione X. Ovid. 5. Faſt.

Chloris eram, quae Flora vocor: corrupta Latino
Nominis eſt noſtri litera Graeca ſono.

NOTAT Digamma Aeolicum in ſepulcris multis inuerſum Petrus Diaconus, SERꟻVS ꟻVLGVS, ꟻALAE, ꟻIXIT. Videturq; hac Claudij aeuo fuiſſe figura: ſed Priſcianus, & Donatus F recto digamma, perpetuo tenore ſunt vſi. Praeneſte fragmentum DIꟻI. AVG.

Non procul campo Florae:

AVCTIS. POPVLI. ROMANI
FINIBVS. POMERIVM
AMPLIAꟻIT. TERMINAꟻITQ. de ipſo Claudio Imp. huius literae heurete. Romae ante aedes Alexandri Columnae XVꟻIR. VIIꟻIR

G.

G primitus non fuit. Pro ea C omnia obibat munia. Auſonius:

Praeualuit poſtquam Gammae vice functa prius C

Qua ex antiquitate ſunt iſta per C ſcripta. In tabulis XII. REM. VBI. PACVNT. Ita ſcriptum Xuiris notat in Orthographia Ter. Scaurus. In iiſdem ACNATVS pro *Agnatus*, ARIETEM. SVBICITO pro *Subigito*. Ibidem, *Fruces, Secetem*. Xuirorum namq; lingua G ignoratur teſte Plutarcho Roman. quaeſt. Victorino Afro in Orthogr. Feſto in *Orcus*, cuius & in fragmento *Prodicia* notantur ſcripta veteribus quae poſteris *Prodigia*. Sic Ecloga Virgiliana, vbi in proletariis Libris eſt *Mulgeat hircos*: in ſanctioribus, hoc eſt in Romano, alioque peruetere ab ea ſubſcriptione eſt per G *Mulceat h.* Ita G cum poſceretur Origine, literae inopia non ſignabatur in *Frumento a Frugibus*, aut *Fructibus*, quod notauit Onuphrius libello de nominibus antiquis, vbi & *Frugmentum* poſtea quandoque ſcriptum teſtatur. Sic antiquitus *Cabinus ager*, pro *Gabino, Lece, Acna* ſcripta notat Victorinus Feſto *Clumae*, poſt *Glumae*. Dionyſio Hiliar. cap. 4. Λάρκιος, qui Liuio lib. 2. eſt *Largius*. *Procraxe* ab ἔκραξα. Lucret. lib. 5. --- *Morbo delirantes procraxe feruntur.* Verum in Aſinaria Plauti non veretur ſcribere potiſſimus Barbarus. *Age nunc reſide: cave modove graxis*, ἵνα μὴ κρώξῃς, *Ne perſtrepas*. Inde numeri *Ducenti, Trecenti, Sexcenti* perpetua ſeſe Conſuetudine Latio adſeruerunt, cum ex eadem cognatione, ac gentilitate alio viſantur ore *Quadringenti, Nongenti*. Diomedes lib. 2. *G noua eſt conſonans, in cuius locum C ſolebat apponi*. Inde C. *Caeſar*, non G. *Caeſar*. Inde C Latinis tertium dignitatis locum in elementorum ordine obtinet, vti Graecis Γ. Inde ruris inſtrumentum *Pertica a Pertingendo*. Tullius in 2. de Natura D. *Mater autem eſt a gerendis frugibus Ceres, tanquam Geres, caſuq; prima litera itidem immutata, vt a Graecis. Nam ab illis quoq; Δημήτηρ quaſi γημήτηρ nominata eſt.* Varro lib. 4. Inuentam autem G noua forma a Sp. Carbilio Scaurus, Victorinus, Plutarch. in 44. Rom. affirmant. Καὶ γὰρ τὸ κ πρὸς τὸ γ συγγένειαν ἔχει παρ' αὐτοῖς· ὀψὲ γὰρ ἐχρήσαντο τῷ Γ, Καρβιλίου Σπορίου προσεξευρόντος. *Sunt enim C, & G cognatae literae, & G litera ſero vti coeperunt, a Sp. Carbilio adiecta reliquis*. Inuenta ſic auxit, alias vt literas loco demouerit. Hinc a *Strido, Striges* Faſtor. 6.

Eſt illis Strigibus nomen: ſed nominis huius
Cauſa, quod horrenda ſtridere nocte ſolent.

Hinc *Gnarus, Gnauus, Gnatus, Gnatura, Gnotus*. In quibus etſi poſteri G neglexere in compoſitis tamen non omiſere *Ignarus, Ignauus, Agnatus, Cognitus, Cognoſco*. In quo poſtremo G non adoptatum volunt alij: ſed ab intertrimento factum reliquum ex Γινώσκω, Γνώσκω. Iul. Scaliger l. 1. de Cauſis L L. cap. 34. N ex *In* abiici putauit, ſeu mutari in G in *Ignauo*, ac ſociis.

Sed in hoc Ciceronis vtamur teſtimonio in Oratore: *Noti erant, & Naui, & Nari, quibus cum In praeponi oporteret, dulcius viſum eſt Ignoti, Ignaui, Ignari dicere, quam vt veritas poſtulabat*. Hoc & Priſcian. indicat lib. 1. & ſequitur Scaliger lib. 1. de Cauſis L L. cap. 34.

Valerius Probus libro de Notis antiquorum notas loco G a priſcis ſurrogatas reponit, quas non facile typothetae nobis repraeſentent.

Ex eo more legas in Gloſſariis antiquis: *Acilla, Clans, Clandiferi*. In Epigrammatis vetuſtis *Cartacini, Cartacinienſes*.

H.

H Flatus ſit,an litera,futilibus veterum liticulis, ne nouas comminiſci videamur, contenti ſimus. Certe Iouianus Pontanus l.1.de Adſpiratione,ampliſſime probat H non eſſe literam. Hanc notam veteribus defuiſſe *Vmus,Vmidus, Vmor* in Romano Virgilij Codice ſatis notificant,& Quinctilianus *Oedos, Ircosq;* abſque H ſcripſiſſe veteres conteſtatus. Affert etiam Vel. Longus in Orthographia *Coclea,Cocleare* abſque nota hac. *Erus* pro *Herus* in Titinnij Barbato reperias: *Phrygia fui primo,beneq; id opus ſciui: reliqui acus, aciasq; ero, atq; erae noſtrae.* Ita veteribus Libris eſſe dictitant Notae ad Nonium Marcellum. Adiuuant Pandectae Florentinae, quibus eſt *Vmor, Vmerale, Trocleas, Aënum.* Parmae Inſcriptio:

RERVM. VMANARVM
OPTIMO. PRINCIPI

Auximi in Piceno: AESCVLAPIO. E. YGIAE SACRVM

Pro *Hygiae.* Deſideratur H in his veterum Inſcriptionum vocabulis:

AGATOPVS, ASTATVS, BRACIVM, CLOE, ERODES, IC, OMINI, OMVNCIO, ONESTVS, ORAS, PANNYCVS, PILARGYRVS, POSPHORVS, SPARISTERIVM.

Luculentum eſt M.Tullij Teſtimonium in Oratore: *Quin ego ipſe cum ſcirem maiores ita locutos eſſe,vt nuſquam niſi in vocali adſpiratione vterentur,loquebar ſic, vt Pulcros, & Cetegos, Triumpos, Cartaginem dicerem:aliquando,idq; ſero conuicio aurium cum extorta mihi veritas eſſet,vſum loquendi populo conceſſi ſcientiam mihi reſeruaui.*

Chariſius nihilo ſecius barbariſmum vocat ſcripto *Vmus* deſolata vocali, aut *Vius* pro *Huius.* Ara in Vaticano:

I O M D
AVR. IVLIANVS
EQ. R. SACER
DOS. VIVS
LOCI. D.D

Atque vt mutantur vniuerſa,

Nedum verborum ſtet honos, & gratia viuax,

H tandem increbruit,lateq; obtinuit. Ita ſcriptum *Helpis* pro *Elpis.* Romae apud Matthaeos:

CLAVDIA. HELPIS

In aliquot Lapidibus: REIPVBLICAE
PANHORMI

Inſcriptiones aliae praeferunt: CHROCALE, CHORINTHO, DHIDYMVS, EVMOLPHVS (quod eſt poſtrema quoq; in Petronij editione) HARETVSA, HEVCHE, HILYRICVM, HOBITVM, HORIVNDVS, HORNAMENTIS, PONTHEIS, PROCHNE, PROTHESILAVS, SCHYTHAE, SYMPHOSIVM, alia ſexcenta.

Ex eo & H intercalarium *Aala, Ahala: Aënum, Ahenum,*

Defuit H nota priſcis: huic igitur alia ſurrogata. F in primis, vti praemonſtraui,idque teſtatur Priſc.l.1. Ita ſcriptitatũ *Foedi, Firci, Farena, pro Hoedi, Hirci, Harena.* Apud Feſtũ *Hanula* pro *Fanula.*

Item *Ofrena,* pro *Orthena.* Ibidem Priſcianus *Fabaris,* pro *Habaris* in x11. At ſi *Ofrena* pro *Orhena* eſt, cur non potius ſcripſeris *Orfena*: nam poſterius R adſpirationem comitem habet, & prius Antiquitati fuit incognitum.

S quoque flatuoſae notae in locum intulit ſe. *Semis, Sex, Septem, Se, Sal,* quae Graecis ſunt Ἥμις, ἕξ, ἑπτά, ἕ, ἅλς. Saxum Tiburtinum Tibure:

EXHEDRAM. ET. PRONAON

Serpyllum, ἕρπυλλον, Varro lib. 4. de L.L.

Plura contulimus in id Silij Italici, *Sedontana cohors, Selene* pro *Helena.* Sic poſt Irenaeum Auguſtinus,& Cyrillus ſcribunt Simonis magi meretriculam. Iuſtin. Tert. Euſeb. Epiph. *Helenam*

Notat nihilominus Priſc. Boeotos exaraſſe *Muha* pro *Muſa.* Scriptum quoque non vetuſtiſſimis *Choronas* e Cicerone notum. Neque ratio eos fugit. Nam Graeci dixere χορωνός. Simonides:

——— Ἄμετροι τέττιγες ἐπημείψαντο χορευτᾷ.

Cicacae modorum ignorae [ſeu vates ignari] *vicana corona ornarunt.* Caſaubonus corrigit Ἐπεσί-ψαντο. Alibi ſcriptum Ἐπι·ψαντο. Vide ſeriem in *Corona.*

NOTO deniq; Aeolenſibus adſpirationem plenam fuiſſe inuidiae, nec iniuria. Nihil enim helluonem magis ſapit, aut barbarũ, quam e gutture aduerſus eum, qui cum loquare, inſufflare.

Varro

K.

Varro dixit lib. 1. nec K, neque Q. neque H in numero literarum, Priſcian lib 1.

Petrus Diaconus libro de Notis Romanorum : *Sane literam K Salutius magiſter primus Romanis adiecit, vt in ſono duarum literarum diſcretionem faceret C, & Q.*

Iſidorus lib. 1. Orig. c 22. *Salluſtium* nominat auctorem τȣ K. Frequentata deinde vſu litera, vt in nouis quibuſce repertis amat fieri: praeſertim in antiquis Inſcriptionibus. In Senatuſconſulto de Tiburtinis SVB. AEDE. KASTORIS. Crebro in aliis inuenias *Karus, Kaſtitas, ParKarum, PaliKanus, EuoKatus, DediKauerunt.*

E Sibyllinis Τρία κάππα κάκιστα, qui in tres Cornelios Cumam Syllam, Lentulum iecerunt, ſales ſuos huius vſu literae condiuerunt. Tandē euiluit haec litera pene poſt Punica bella ex coniecturis arbitrante Lipſio, vti ante ea natam ariolatur. Ac minime neceſſariam magiſtri vociferantur. Terentianus: *K perſpicuum eſt litera quod vacare poſſit,*

Et Q ſimilis namq; eadem vis in vtraq; eſt:
Quia qui locus eſt primitus, vnde exoritur C,
Quaſcunq; deinde libeat ſugare voces
Mutare neceſſe eſt ſonitum quidem ſupremum
Refert nihil K prior, an Q fiet, an C.

Paria Priſcianus: *Nulla ratio videtur, cur A ſequente, K ſcribi debeat: Cartago enim, & Caput ſiue per C, ſiue per K ſcribantur, nullam faciunt nec in ſono, nec in poteſtate eiuſdem conſonantis differentiam.*

Diomedes paucis lib. 2. *Ex mutis quidem ſuperfluae videntur K, & Q. quod litera C earum locum poſſit implere.* Impleuit autem in his *Cuius, Cui*, quae per Q quondam expreſſa. *Nos autem & ad breuitatem feſtinauimus ſcribendi, & illam pinguedinem limare maluimus*, inquit Papirianus. Vide Quinctilianum lib. 1. c. 4. & 7. Lubrica ſane ſubſtitutio τȣ C pro K: vtrumque ſiquidem eodem ortu ex Kappa deciditur. Quae cum exoleuerit litera, in pauculis retentam volunt. Pene omnes in *Kalendae.* Iſidorus lib. 1. etiam in *Karta.* Terent. Scaurus imaginem ponit breuitatis Papirianae *Krus, Knus*, pro *Carus, Canus.* In quibus ſcripto C fuerit *Cerus, Cenus.* Certe in *Kaeſone* ſignificando neceſſitate poſcitur K: nam ſi C adhibeas *Caius*, non *Kaeſo* ſignificatus erit. Sic cum deſignant Faſti Capitolini: ſic Terentianus:

Tunc in vſu eſt, cum Kalendas annotamus, aut Kaput:
Saepe Kaeſones notabant hac vetuſti litera.

Neque *Scribebant* dicit: dicit autem *Annotamus, & Notabant:* verbi ſcilicet compendio, vt inſinuauimus, cum non totis ſuis elementis voces integrantur; ſed capitali, aut principalibus literis indicantur.

Kartago hiſce pauculis a Sergio coeptis per K ſociatur. A Mar. Victorino haec ipſa, & *Kanna.* Sparſim veteres Inſcriptiones: *ArKa, DediKauerunt, EuoKatus, Kandidatus, Kaninius, Kapitolia, Kara, Karcer, Kaſibus, Kaſtra, ParKarum, VolKano.* Veteribus vſitatiſſima fuere duo K K pro *Kalumniae Kauſa.* Verum de ſingulis accuratior erit tractatio in ipſa ſerie literaria.

Q.

Literae huius inuentio, aut vſus non magis, quam K deſideratur. Aeque Q in literarum numero ſuperuacaneum putant, quibus id curae fuit diſquirere. Vnus inſtar omnium Capella: Q *quidam literam non putabant: & vincerent, niſi in Equo & Equitatu appareret expreſſe.* Adde ex Fabio *Aequum.* Item *Quando*, Ab *Equo* tamen tam *Eculeus*, quam *Equuleus* ſcribitur, vt olim *Cis, Cem* pro *Quis, Quem.* Vide ſeriem inchoantium a Q Adde *inquinaro* a *Cunu*: *nam Cunire eſt ſtercus facere*, inquit Feſtus.

PAVLVS AQVITVR pro *Acuitur*, vt vallus fiat, in Kalendario vetere.

Romae iuxta aedem crucis Ieroſolym. AMBITV ACVAE PRAEStandae. Inſcriptionibus aliis Q pro C in hiſce: *Liquebit, Manqupum Mequm, Pequlatu, Quoſquomq;, Qurpus, Qurtius, Sequlum, Sequritatem.* Apud Feſtum *Teſca, Teſqua.* Item *Coaxare, Quoaxare.* Paſſim *Sectus, Sequtus.*

Eſt etiam antiquis creberrime cum Q *Oqulus* teſte Priſc. l. 1. Contra huius literae inſolentiam indicant illi in Romano, vt Longobardico Libris Ecloga 5. -- *Syluaeq; locuuntur* teſte Pierio Valeriano. Item *Locutus, Secutus, Secutor, Inſecutor*, aliaque a *Loquor, & Sequor.* Eademque Proportione, qua *Poſticum* per C ſcribitur, eſt in antiquo admodum Virgilii Libro Aen. 3.

Hoſpitium anticum Troiae --- In vno *Anticuum* duplici V V. Et vero C poſcitur Origine: Priſcianus enim lib. 14. ab *Ante* format *Antiquum* eadem fictura, qua *Poſticus a Poſt.* Cyrilli Lexicum: *Καλάθωσις, Laquear, Lacunar.*

Caſſiodorus: *Reliquae & Reliqui per C ſcribebantur: & ſicut Relicuus, & Vacuus: ſic Relicui, & Vacui. . . At nunc Reliquae, vel Exſequiae per Q ſcribuntur.*

Sic *Delicuum*, & *Deliquum* in Feſto. In eius Epitoma *Aquipedius* pro *Acupedius*. Olim *Pequinia* poſt *Pecunia*. Theleſiae in Samnitibus Inſcriptio pervetus:

LANARIAS. ET. QVAE. IN. IEIS

SVNT. SVA. PEQ. FECER

Altera apud Iouianum Pontanum libro 1. de Adſpiratione:

SVA. PEQVNIA. FECIT

Y.

Y Graicorum nondum in aliarum literarum admiſſa conſortium, priſcum Latium V ſurrogabat. Quo exemplo ſunt illa *Muſtica*, *Corcura* in antiquo Liuiano Codice. *Corulum* Georg. 2. in antiquis Libris. Idem *Ludia*, *Murta*, *Cumba*. Aeneid. 3. in veteribus aliquot Codicibus: —— *Viridemq; Donuſam*: in vulgariis *Donyſam*. Eſt & *Donuſa* in iis Taciti Libris, quos Leo Pontifex X. ab interitu vindicauit hac ipſa in Inſula. Notat & in veterum Libris Cornutus apud Caſſiodorum, *Suriam, Suracuſas, Sumbola, Sucophantas: quod in noſtris*, inquit, *corrumpi non debet*. Similiter *Xuſtici, Purrus, Sulla, Pituocampas*. Iſidorus Hiſpalenſis lib. 1. Orig. cap. 4. *Y. & Z apud Romanos vſq; ad Augusti tempora non ſcribebantur: ſed pro Z ſſ ponebant vt Hilariſſat: pro Y vero I ſcribebant.* Equidem primulum V pro Y ſcriptum opinor: deinde victa opimitate literae ſuffectum gracile iſtud elementum. Hoc ipſum ex Velio Longo Lib. de Orthogr. paulo magis dilucebit: *Verrio Flacco videtur eandem eſſe apud nos V literam, quae apud Graecos Y. Namq; his exemplis argumentatur. Quod illi dicunt κύμινον, nos Cuminum: quam illi κυπάρισσον, nos Cupreſſum: illi κυβερνήτην, nos Gubernatorem. Necnon ex eiuſmodi Theſeus, Monoeceus, Peleus, & ſimilibus affirmat.* Ridicularium etiam cacoëthes ſurrepſit, vt paſſim V ſcribatur in voculis Graeciae, vbi I exile eſſe debuit. Patauij Inſcriptio cum hac macula:

T. PVBLICIVS. PHRONYMVS.

X.

X *Litera vſque ad Augusti tempora non erat: ſed pro ea Ch ſcribebant*, inquit Paulus Diaconus, cui Iſidorus idem. Aut *G S* teſte Diomede lib. 1. Qui male addit eſſe nomina, in quibus neque C, neque G poſſit proferri, vt *Nix, niuis, Senex, ſenis*. Nam falſum id in hiſce rectis. Dictum enim fuit *Niugus*, vt pluries aperimus, & *Senecta* dicitur, & *Senici* pro *Seni* Apuleio, in quibus C, ac G comparet. Tertio pro X ſcriptum veteribus *Conings*, *Legs* teſtis eſt Victorinus. Idem notat Nigidium antiquitatis aemulatione non vſum X litera. Quae ſi ſunt, apud Plautum, Terentium, & Auguſto ſuperiores X exulare debuerat. Aeque Saturnia illa Capri diſcretio: *Calcs dicendum, vbi materia eſt per C S: at cum pedis eſt Calx*. Res diuertunt, non ſcribendi rationes.

G quoque ſolum pro X fuit. Aemilius Macer in 16. Annalium: *Omnium noſtrum neglegerit auctoritatem*, Ita Priſcian. legit lib. 10.

Verum-enim-vero conſtat ante Auguſtum X fuiſſe vſitatiſſimum ex antiquiſſimis Numimis, ex columna roſtrata Duillij, ex aeneis Legum tabulis Auguſto longe ſuperioribus, ex Cicerone in Bruto, & Oratore, vbi *Axilla, Maxillae, Taxilli, Vexillum, Paxillum*.

Parergon ſit cuiusvolenti ex Plutarchi Marcello: Λόγχας τινὰς ἐδείκνυσαν, καὶ κράνη χαλκᾶ, τὰ μὲν ἔχοντα Μηριόνου, τὰ δὲ Ὀδλίξου, τουτέστιν Ὀδυσσέως ἐπιγραφάς. *Lanceas quaſdam monſtrabant, & ex aere galeas quibuſdam inſcriptus erat Meriones, quibuſdam Vlyxes, ſeu Vlyſſes.*

S pro X fuit etiam. Silij iudicium ſubobſcurum:

—— *Senonum de nomine Senae. Senones* autem quaſi Ξένονες. *Praeteſtatus* in veteribus Inſcriptionibus Cortynae: ΑΓΟΡΙΟΝ ΠΡΑΕΤΕΣΤΑΤΟΝ Romae Inſcriptio ſupra forum Traiani:

VITRASI PRAETESTATI

Sic *Eſquilinus collis, lucus, Eſquiliae* Varrone lib. 4. de L L. ἀρχαϊκῶς. Sic *Eſcendo Eſcriptum*, quae

ſuis

Digitized by Google

ſuis vide locis: *Aſcella* pro *Axilla* apud Marcellum Empiricum ſitum redolet, vt *Nepos pauſillus* pro *Pauxillus* Afranio in Priuignon. Inde eſt *Iuſta* pro *Iuxta* in quibuſdam Virgilij Libris Aen. 3. —— *Horrificis iuxta tonat Aetna ruinis*, vt praeter alios agnoſcit Carrion. Et Iulij Scaligeri vox eſt e primo de Cauſis L L. cap. 8. *Neque enim praepoſitio Iuſta per hanc duplicem ſcribenda eſt*. *Sereſco* primore breuicula apud Lucretium: —— *Diſpaſſae in ſole ſereſcunt*. pro *Exſiccantur*: quia ex Graeco Ξερὸν diſſoluto ex Ξηρὸν ſcripſere veteres Latini *Serum* pro *Arido*, & *Serenum* ſcripſere pro *ſicca*, commodaque tempeſtate. Giſanius, & Lacerda eo paene mentem ſuam penetrarunt. Quo ſuper in ſua ſerie pluribus In eodem Aeneidos tertio Libris aliquot eſt *Naſon* pro *Naxon*. *Piſtrix* ex *Piſtris* Graecorum, inquit, Priſcianus. Ratio: quia Doras, & Aeolienſes maxime ſecuti Latini: Dorum autem eſt Ὄρνιξ pro Ὄρνις. In muro Tergeſtinorum:

SIBI. VNIVERSOS. OBSTRINSERIT

In tabula puſilla duplex SS pro X apud Ful. Vrſinum:

IN. PROELIO. CONFLISSISSET

CT ſextum in locum X ſubuenire. Apud Varronem lib. 3. de R R. cap. 3. *Omnia ſepta, affićta villae quae ſunt*.

CS ſimiliter loco X. *Eſcribere* in antiquis notes codicibus.

X loco non ſuo.

Porro hac in Vſum recepta duplici, *qui Nucs, Trucs, Ferocs in nouiſſimam literam dirigunt, peccant*, inquit Ter. Scaurus: *cum alioqui duplex ſufficiat, quae in ſe C, & S habet*.

Liberalius quoque κακογράφοι ſunt, qui ad *X S* apprimunt, vt Romae in aede S. Ludouico ſacrata.

D. M.

TIMOTHEO. CANTABRIO

QVI. VIX SIT. ANNIS

Expreſſim enim *Vixiſſet* abſque S Caeſellius Vindex ſcribendum praecipit. Bononiae Inſcriptio:

IMPVBERES. VTRIVSQVE. SEXSVS

Aeque vitiata ſunt illa in antiquiſſimis legum Tabulis, *Maxſumus*, *Proxſumus*, *Dixſerint*, *Faxſit*, *Deduxſit*, *Exſigatur*: hodieque talia non parce viſuntur. Miror FAXSIT in lege Agraria a Q. Fabio poſita. Romae in Lapide Tiburtio:

TEMPLVM. EXTRVXSERVNT. MAXSIMIANVS
& MAXIMIANVS

vna eademque Inſcriptione. Inſcriptiones variae VXSOR. Romae in Quirinali in aedibus Pomponij Laeti:

MILEX. CORTIS. PRAETORIAE

Ixi pro *Ipſi* tam rudis, & indocti viſum eſt Auguſto, vt legato conſulari, cuius manu ita exaratum fuerat, ſucceſſorem dederit, Sueton. in Auguſto.

Z.

Z nec olim in Latio. Quinctil. lib. 12. cap. 9. *Iucundiſſimas ex Graecis literis non habemus vocalem alteram, alteram conſonantem, quibus nullae apud eos dulcius ſpirant: quas mutuari ſolemus, quoties illorum nominibus*

nominibus vtimur. Quod cum contiugit neſcio quomodo velut hilarior renidet oratio, vt in Zephyris, & Zopyris, quae ſi noſtris literis ſcribantur, ſurdum quiddam, & barbarum efficient, & velut in locum earum ſuccedent triſtes, & horridae, quibus Graecia caret. Hoc nomine Y *vocibus auia Latinis* pronunciatur a Terentiano. Ideo *Peregrinas* Max. Victorinus, Y & Z quibus non admiſſis ſcribendum ſit *Depherus* pro *Zephyrus*, & *Hoelas* pro *Hylas*. Idem notat priſcos in Latio *Meſſentium*, aut *Meſdentium* impreſſiſſe pro *Mezentio*. Vide Vel. Longum in Orthogr. Certe ex Graecorum Ζεῦγος fecere *Iugo*, ex Ζάκυνθος, *Sagunthus*. Cornutus apud Caſſiodorum: *Z in antiquis Libris modo ſcripta eſt, modo non: ſed pro illa duae S S ponebantur, vt: Crotalizo, Crotaliſſo: Malacizo, Malaciſſo, & his ſimilia. Sed viderint illi, qui cum verbis integris Graecorum vti non erubuerint, erubeſcendum crediderunt literas Graecas intermiſcere. Nobis ſatius eſt alieno bene vti, quam ineleganter noſtra appetere.* Quae verbatim in ſuam Orthographiam tranſtulit Curtius Valerianus praetermiſſo verbo *Malacizo*. Notat & veteres ad Auguſtum vſque *Patriſſat* ſcripſiſſe, non *Patrizat* Iſidor. lib. 1. Orig. c. 4. nec paulo ante tacuimus.

Φ.

Varro: *Literarum partim ſunt, & dicuntur, vt A, & B: partim dicuntur, & non ſunt, vt H, & X. partim ſunt, neque dicuntur, vt* Φ, Ψ. Conſtat ex huius abſentia literae *Bruges*, in veteri Latio regnaſſe, non *Phruges*, neque *Fruges*. Similis fictura *Fui*, ex Ἔφυν.

Mantiſſa de Literis Claudianis.

Tacitus Annali vndecimo: *Quo exemplo Claudius tres literas adiecit, quae vſui imperitante eo, poſt obliteratae adſpiciuntur etiam nunc in aere publicandis ſcitis per fora, ac templa fixo.* Quas tres? Digamma, Antiſigma, ſeu Ψ, & Φ I ad Lipſium hic.

SECTIO SECVNDA.

Nullae Conſonae Priſcis geminabant.

SEMIVOCALES *non geminare diu fuit vſitatiſſimi moris*, inquit Fabius lib. 1. Inſtitut. cap. 7. Καθολικώτερον, fundit Verrius Flaccus apud Feſtum in *Solitaurilia*: *Per vnicum L enunciari non eſt mirum: quia nulla tunc geminabatur litera in ſcribendo. Quam Conſuetudinem Ennius mutauiſſe fertur; vtpote Graecus Graeco more vſus: quod illi aeque ſcribentes, ac legentes duplicabant Mutas, & Semiuocales.* Idem in Fragmento Farneſiano: *Torum vt ſignificet Torridum, Aridum per vnicum quidem R ſcribitur: ſed quaſi duobus R R ſcribatur, pronunciari oportet. Nam antiqui nec Mutas, nec Semiuocales literas geminabant, vt fit in Ennio. Arrio, Annio.* Quare iidem *Aruns*, & *Aruntius* exarabant. Eundem repetit Morem Feſtus docens ex *Anno Anum* χαλδίον. Item in *Polet*, ſaepiusque. Idem docent Chariſ. lib. 2.

Romae in aedibus Epiſcopi Aquinatis:

SPERATQ. FILIO. SVO.

Q. VIXIT. ANIS. III

TERA *in augurum libris ſcripta cum R vno*, M. Varro lib. 4. de L L. Vide ſeriem Alphabetariam contra Manutium.

Ex hoc more non geminantium olim Conſonantium legitur ex XII. Romanorum tabulis:

QVI. FRVGES EXCANTASIT

Item: SIQVIS. OCCENTASIT

Item: MALVM. CARMEN. INCANTASIT.

In iiſdem: LEGASIT, & LIBRAS. FARIS.

Liuius

Digitized by Google

Liuius Andronicus: *Topper facit homines veris ſueris* pro *Verres ſues.* Accius in *Helenibus.* Antiquitatem magis redolet quam *Hellenibus.*

Contra ab Enniano ſcribendi more ſunt illa in editi Plauti Moſtellaria: *Liberaſſo, Exicaſſo, Seruaſſo.* Ibidem: *Nihil me curaſſis, &, Ne occupaſſis.* Ex veterum more rurſus *Suſtulo* pro *Suſtollo* apud Chariſium lib. 2. Ex eo in Longobardico Maronis Codice:

Velit, & ammonuit ——— pro *Vellit.* In aliis antiquis eius Libris:

Iamq́; fere ſico ſubductae litore pupes pro *Sicco Puppes.*

Imo omnibus Virgilij Exemplaribus eſſe.

Parnaſus vnico S teſtatur Pierius quod alioqui Latinorum, Graecorumq́ue Conſuetudini inimicum eſt.

Πάρνησος, *Parnaſus.* Ex eo *Ab oloes* pro *Ab illis* teſte Feſto, eamq́ue Conſuetudinem reponit. S autem non duplicandi peculiarem affert rationem Velius Longus: *Veteres neque quidem in his: Fuiſſe, Iuiſſe, Abeſſe, & ſimilibus S gemmaſſe: adeo putarunt eam literam vel vnicam ſatis per ſe ſonare.* Quae ratio ſi vim obtinet, cur Sicilicon ſuperimponebant more, vt index eſſet eſſandi geminas? Certe illis fuiſſe *Iuſi* vnico S Fabius nos docet. *Niſus* apud Velium Longum per eadem itans veſtigia ſcribendum cenſuit *Comeſe, Sueſe,* Ex eo Latini ex φύλλον, *folium* deminute, & *Porigam* vnico R, de vtroque Feſtus.

Aletrij Tabula de marmore: ESE. IOVSIT.

Ibidem: HOROLOGIVM. MACELVM. BASILICAM.

In Agrariae legis fragmento: RETVLIT. REFERIVE. IVSIT.

In aliis: *Colega, Comodus, Eficax, Eſe, Immitere, Intromitat, Inſerit, Macelum, Philipi, Poſidebunt, Profeſos, Suma, Supelex.* Quare demicatus ſum iſta donati in Hecyram: *Remmotus ſecundum antiquos, qui omnes in verbis liquidas duplicabant.*

In compoſitis quoq; altera conſonarum fuere contenti. Vnde antiqua fere Maronis Exemplaria Aen. 3.

——— *Pyrrhin' conubia ſeruas,* non *Connubia.*

Graecis vnico N contra Originem ſcriptum Τινιδος pro Τιννουιδος Stephano credo. Certe Τίννις, a quo inſulae nomen, ſcribunt puſilli in Homerum Commentarij. Aelianus in Politiis, Graeci reliqui.

VVARIVM habuit abſens Conſona Sicilicon. Mar. Victorinus In Orthographia: *Conſonantes literas non geminabant, vt in his Annius, Lucullus, Memmius, & caetera his ſimilia, ſed ſupra literam, quam geminari oportebat ſcilicet Sicilicon imponebant.* Quod quid ſit, vide inter priſcas ſcribendi Notas.

Huic aduerſatrix Conſuetudini fuit illa Mario Victorino memorata in Orthographia: *Iidem voces, quae preſſ ore ſono eduntur Auſus, Cauſa, Fuſus, Odioſus per duo* SS *ſcribebant.* Fabius l. 1. ca 7. *Quid quod Ciceronis temporibus, paullumq́; infra fere quoties S litera media vocalium longarum, vel ſubiecta longis eſſet, geminabatur: vt Caſſus, Cauſſae, Diuiſſiones. Quomodo & ipſum, & Virgilium quoque ſcripſiſſe manus eorum docent.*

Longulas Vocales ſcribendi ratio.

QVINCTILIANVS lib. 1. c 7. *Ad Accium, & vltra porrectas ſillabas geminis, vt dixi, vocalibus ſcripſerunt.* Victorinus: *Naeuius, & Liuius, cum longa ſillaba ſcribenda eſſet, duas vocales ponebant.* Priſcianus lib 1. *Antiqui ſolebant geminare eandem literam II & Maius, Peius, Eius, ſcribere.* Vbi addit *Pompeij* olim tribus III. abſolutum, idq́ue etiam Caeſari artis Grammaticae doctiſſimo placitum, & a victore in arte Grammatica comprobari. Idẽm tradit lib. 7. cuius antiquitatis veſtigium figit in his *Ij dij, Ijs dijs.* Idem Priſcianus lib. 10. vetuſtiſſimis tribuit *Aiio.* Idem Priſcianus in 1. Virgilij *Troiia, Maiia, Aiiax.* Romae in Monumento:

LIBERTIS. LIBERTABVSQVE. SVIIS

Sic *Major agit Deus* ———

&,

Troiiaque nunc ſtares ———

ſic enim iſta ſcribi per geminum II *ratio metri depoſcit,* inquit Max. Victorinus, cui ſcribuntur, *Aiio, Troiia, Gaiius, Aiiax. Miicum* pro *Micum* apud Paulum Diaconum. Et hoc vetuſte pro *Mecum.* Hac ſcribendi ratione vſum Ciceronem in *Aiiax, Maiia, Troiia* teſtis eſt Velius Longus. Fabius item lib. 1. c. 4. *Sciat etiam Ciceroni placuiſſe Aiio, Maiiamq́; ſcribere.*

Neque

Digitized by Google

Neque vero in hac ineunda Antiquitatis orbita haerendum erat: niſi vir ter-maximus ca.5. 8: 8. de Recta Pronunciatione L L. id negitaſſet, adſeruiſſetque in Notis haec: *Dixi initio I non duplicari, & eſt id ex mente omnium literatorum, etiam ex Vſu: niſi quod interdum deuiat vnus, aut alter lapis, vt ecce ille ab aeuo Auguſti*: HERODIAN. PRAEGVSTATOR. DIVII AVGVSTI. Ex hoc more *Abala* ex *Aala*, *Mehe* ex *Mee*, *Mihi* ex *Mii* pro *Mi*. *VV* pro *V* in veterum Inſcriptionibus: *Arbitratuu, Conuentuus, Domuus, Iuus, Muucius, Peculatuus, Vuti.*

In Nummis: FAVSTVS FEELIX. In Lapide: SEEDES

Cur non aequiter vltima ſcribitur? In altero Aletrij:

L. BETILIENVS. L. F. VAARVS

Ab hoc more poſteri receſſere. Velius Longus: *Nam nec Accium ſecuti ſumus ſemper vocales geminantem, vbicunq; producitur ſillaba: quoniam expedita debet eſſe conditio ſcribendi.*

Longioris ſillabae indicium in exarando alterum Apex eſt, de quo Terentius Scaurus: *Cum alioqui adiecto, vel ſublato Apice longitudinis, & breuitatis nota poſſit oſtendi. Apex linea tranſuerſa vocalibus longis ſuper-impoſita.* Exempla: *Docēmus, Audīmur, Totiēs, Quotiēs, Vīſum.* Pariter ſuper hoc audi Fabij iudicium lib. 1. cap. 7. *Longis ſillabis omnibus apponere Apicem ineptiſſimum eſt: quia plurimae natura ipſa verbi, quod ſcribitur, patent.*

I quoque producti nota porrectius notabatur, vt in ſupera Inſcriptione, & ea, quae Romae in burgo ſancti Petri:

LIBERO. PATRI. Romae altera:
PORTII LVCILLII. LVCILLI
VITRASI PRAETESTATI

Idem Romae ante aedes Caeſias: CVRATOR ALVEI. ET. RIPARVM. TIBERIS ET. CLOACARVM. VRBIS. TERMINAVIT RIPAM R. R. PROXIMO CIPPO. P. CCCLXXXVI. S.

Fabius lib. 1. cap. 4. *Atque vt vocales iungantur: aut enim vnam longam faciunt, vt veteres ſcripſere, qui geminatione earum velut Apice vtebantur: aut duas: niſi quis putat etiam ex tribus vocalibus ſillabam fieri, quod nequit, ſi non aliquae officio conſonantium fungantur.*

NOTA ſaepe etiam geminum II pro E fuiſſe. Quo ex more ſunt illa Inſcriptionum veterum: ANNAIIA, AVRELIAII, GALLAII, CARCHIIDON, CLIIMIINTI, COCCIIIVS, DIIIBVS, IIT pro *Et*, FIICIT, FIILIX, HIIDISTVS, MIISIBVS, pro *Menſibus*, SIIVIRI, VIIRVS pro *Verus*, BIINII:

Sic Mediolani in D. Lucae coenobij limine:

D. M.
L. M. VA
LIIRIANV
S. C. SIIXTILI
O. TIIRIOLO. P
ATRII. IIT. SIIX
TILIVS VIIVIR
VS. P. BIINII
MIIRVNTI

I breuiculum geminant Inſcriptiones parcae, vti vides. Adde Ad Tabernas Montanas:

VOGESO. MACXII. MINVS

Idem Caſtali in Hiſpania:

D. M. S.
MEMMIAE. CARETOSAE
VIC. ANNIS. LXXXX. M. III
F. F. PIENTISSIIMI

EI quoque pro I longo fuit, quo de ſuo mox loco: Contenti erimus Monumenti fruſto:

MONVMENTVM. FECIT. SIBI. ET. SVEIS
IN XII. ROGVM. ASCIA. NE. POLEITO

SECTIO

Digitized by Google

SECTIO TERTIA.

Vocalium priſca Demutatio,

ſeu

ΜΕΤΑΣΤΟΙΧΕΙΏΣΙΣ.

APRINCIPIS ſonorae maieſtas in his atteritur per E reſcriptis: *Defetiſcor, Defetigor, Depeciſcor, Depectus, Aequipero, Sepero:* quae per E ſcribenda cenſent Palmerius in Spicilegiis, Carrion lib.2. Emendat. cap.5. alij. Duobus poſtremis reliqua ſunt infrequentiora.

A pro E poſitum in *Euganeis* Aen.1. Sic enim appellitati, quod *εὐγενεῖς*. Plin. lib.3. cap.20. *Praeſtanteſq́, genere Euganeos, inde tracto nomine.* Videſis Siliana noſtra, & anteriora.

E τῷ A ſurrogatum.

Olim *Edor* pro *Ador*, Origine ab *Edendo* patrocinante ſcriptum. Feſtus, qui Catoni *Recipiem, & Attingem* imputat. Fabius lib.1. cap.7. *Quid? non Cato Cenſorinus Dicam, & Faciam, Dicem, & Faciem ſcripſit, eundemq́, in caeteris, quae ſimiliter cadunt, modum tenuit? Quod & ex veteribus eius Libris manifeſtum eſt, & a Meſſala in libro de S litera poſitum.*

Halitus, Anhelitus Priſcian. notat lib.1.

Priepus, ὁ Πρίηπος pro *Priapus*. Albae Iuliae Inſcriptio:

PRIEPO

PANTHEO

Attici *Λεώς* pro *Λαός*. Iones *Γέμμα* pro *Γάμμα*. *Subtel, τὸ κοῖλον τοῦ ποδὸς,* Priſcian. lib.5. ex eo quod *talo* pars proxima. Sexcenta paria in hoc Orthographicorum opere.

Eculeus κέντρον μελίσσης Vett. *Gloſſae* pro *Aculeo*. Nimis molliter.

E loco I.

Leparenſes pro Liparenſes, Feſtus.

Fabius lib. 1. cap.7. *Sibe, & Quaſe ſcriptum in multorum Libris eſt: ſed an haec voluerint Auctores, neſcio. Titum Liuium ita his vſum ex Pediano comperi, qui & ipſe eum ſequebatur. Haec nos I litera finimus.* Idem cap.4. *Quid? non E quoque loco I fuit? vt Menerua, & Leber, & Mageſter, & Diioue, & Veioue pro Diioui, & Veioui?* Graeci Πλέκω, Latini *Plico*.

In Kalendario vetere SACRVM. SPEI

SALVTI. DEANAE

pro *Dianae*. Sic *Leparenſes* pro *Liparenſes*, *Amecus* pro *Amicus*. *Pectenatum tectum* recte ſcribit de Veterum ſententia Feſtus. Fruſtra ſolicitant, fruſtra per I ſcripturiunt, qui ſenſum ſuum nobis pro regula venditant.

Aletrij Tabula de marmore:

FISTVLAS. SOLEDAS pro *Solidas*.

Ibidem:

BASILICAM. CALECANDAM

SEDES. LACVM. BALNEARIVM

pro *Calicandam*, calce liniendam. Item Feſto *Aedificia calicata*: ſi modo rectum. In roſtrata illa nobili Duillij columna CEPET. PVCNAVET pro *Cepit*, *Pugnauit*. *Diſſenſus* pro *Diſſinſus*,

E &

& hoc pro *Diſſiſus*, rurſusque hoc pro *Diſſiſus*. *Fendo* priſcis, quod nepotibus *Findo*. In XII. Tabulis.

DIFFENSVS. ESTO

Gloſſae veteres: *Infindit*, Σχίζει, ἐπιτείνει. *Fendo* meminit Priſcianus lib.11. cap.3.

Redarguesse pro *Redarguiſſe* fuit Scipionis Africani. *Me* pro *Mi* tertij caſus fuit. Ennius lib.2.

Siquid me fuerit humanitus, vt teneatis.

Lucillius: *Nunc ad te redeo, vt quae res me impendat, agatur.*

Inſcriptio prope Aemiliam intra aedem S. Secundi:

IOVE

OPTVMO

MAXSVMO

T. PETTIVS T. F. T. N

D. D. L. M

Alia ad portam Capenam, in qua Scipionis laudes:

DEDET. TEMPESTATEBVS. AIDE. MERETO

pro *Dedit Tempeſtatibus aedem merito*. Ibidem *Fuese*, *Fuet*, pro *Fuiſſe*, *Fuit*. Tabula marmorea Eborae COMPETALIBVS pro *Compitalibus*. In aliis: *Aedetus* pro *Aedituus*, *Condedit*, *Fecet*, *Flameni*, *Lepedi*, *Macercam*, *Meneſtrator*, *Methrae*, *Porteſecum*, *Reddedit*, *Sacreficium*. Briſſonius notat ex L. 27. D. de Euictionibus in Pandectis Florentinis *Noxale* pro *Noxali*: *Defenſione* pro *Defenſioni* L.39. §.1. D. de Noxalibus.

Exceptione pro *Exceptioni*.

Sic *Armeas*, *Armellas* pro *Armiis*, *Armillis* dixere veteres. Inde ſunt in Trebellio *Apenarij* ex *Apinis*. Vetus Epigramma:

HIC. POSITVS. EST. ANTIOCHOS. CANDIDATVS. PRIMICER.

E locum O inuaſit.

Priſcianus lib.1. teſtatur veteribus ſcriptum *Compes* pro *Compos*. *Apellinem antiqui dicebant* pro *Apollinem*, inquit Feſtus. Dores Ἀνδρεφόνος pro Ἀνδροφόνος. Item ad imaginem Graecanicae αὐξήσεως *Memordi*, *Peposci*, *Spepondi*, pro *Momordi*, &c. Gellius, ac Nonius.

Dermio ἐκ τῶν δερμάτων priſci ſcripſere, *Dormio* nepotes. Iidem maluere *Pecudes* ex Πόκος, Ποκάδες.

Ὀλέστιον Dioſcoridi lib.4. quod ex Etymi ratione ſit Ὀλόστεον. *Helus*, *Heluſa*, *Hemona*, *Hemo* pro *Holus*, *Holera*, *Humana*, *Homo*, Feſtus. Adde ſingulatim veterum teſtimonia: turgebit opus.

E pro V.

Priſcianus lib.1. *Auger*, *Augeratus* pro *Augur*, *Auguratus*.

In

In Antiquitatis promtuario Romae Inſcriptio ad D. Petri:

DEO FVLGERATORI
ARAM
ET. LOCVM HVNC
RELIG
EX ARVSPIC. SENT
Q. PVBLICIVS. FRONT
POS. ET. I
D. D

Iterumque in Quirinali Romae in vinea Card. Carpent. *Fulgeratoris.*

E pro Y.

Graeco ſurrogauit aetas ſequior annotante elegantiſſimo Claudio Salmaſio ad Spartianum ex veteri Tabula Pentingerorum.

Cenocephali pro *Cynocephali*, *Poleptichu*, pro *Polyptycha*.

I biuocalis primae locum inſedit.

Vt *Laedo, Collido: Caedo, Concido:* ſic olim *Pertiſum, Diſtiſum* pro *Pertaeſum, Diſtaeſum* ſcripta notant Feſtus, & M. Tullius. Idem Feſtus producit ex Ennio *Conſiptum clauis* pro *Conſaeptum.*

Obſipio veteres pro *Obſaepio.* Caecilius Hymnide:

Habes Miletida: ego illam huic deſpondebo, ex nato ſaltum obſipiam. Ita factum *Pridie* quaſi *Praedie.* Ita *Exquiro, Inquiro.* Plautus immutatum ſcripſit *Exquaere.* Ita *Sempiternus* pro *Sempaeternus. Priuilegium* ex *Praeuilegio* nonnulli volunt. Formiis in Tranſtiberina:

QVOD. PRAEVILEGIA. EORVM. NON. MODO
CVSTODIERIT. SED. ETIAM. AMPLIAVERIT

Videtur autem *Primus*, *Singulus*, ducis eſſe, ac ductantis exercitum, ex eo, quod *Praeinit*.

I pro E.

I cum E magnam habet communitatem, inquit Varro lib. 5. de L L. Magna ſcribendi, ac pronunciandi affinitate, & commercio alteram in alterius locum immigrare tradunt Gellius lib. 10. cap. 24. Donatus in Phormionem, paſſim Feſtus, ac Fabius. Igitur I pro E in ſubiectis. *Mios, vel Miui* veterum fuit pro *Meus*. Notant Chariſius, Celſus, Priſcianus.

P. Victorius comperit in veteribus Ciceronis Libb. *Et ſis in tuis multo minus diligens, quam in miis*, ita inquit lib. 13. ad Atticum. Item ex Epiſtola ad Catonem: *Nil poteſt eſſe laudabilius, quam ea tua oratio, quae eſt ad me perſcripta à miis neceſſariis.*

Velius Longus legit apud Terentium:

Atenim iſtoc nihil eſt magis Syre miis nuptiis aduorſum.

Idem antiquis tribuit *Commircium, & Mircurius per I, quod mirandarum rerum eſſet inuentor.* *Verberit* pro *Verberet* in Lege Romuli apud Feſtum verbo *Plorare*. Tabula ex aere Firmi in Piceno:

L. PESCENNIVS. T. F.

MIRCVRIO. DONO. DEDIT. MERETO

In variis item Inſcriptionibus, *Ardiatina, Ariola, Cauias, Ciniratium, Exiat, Filicula, Oblaquiatio, Pontifix, Quirilla, Sicet, Vmiae*. Iones Ἐπίςιο pro Ἐφέςιο.

Sic hodie apud Prudentium lib. 2. contra Symmachum edunt:

Impediat ſentix ſcelerum peccamine crebro.

Sic & veteres Gloſſae.

I pro O.

Diequinti, Dienoni, Diepriſtini, Diecraſtini, Dieperentini, Dieproximi, pro *die quinto*, & ſic de caeteris. Vide a Gellio memorata ex Antiquitate lib. 10. cap. 24. quamuis ampliter.

Siſpitem Iunonem dixere veteres, auctore Feſto, pro *Soſpitem*.

I pro Oi, vel Oe

poſuit aetas ſequior. Spartiani editio Mediolanenſis *Picilen Tempe vocaret* pro *Poecilen*. Sidonio Apollinari *Mirae* ſunt *Moerae*, Μοῖραι: Auſonio *Solicismus* Σολοικισμός, quod non tam verſui, quam aetatis ſuae Conſuetudini indulſit. Sic in vetuſtiſſimo Libro Rhetorices ad Herennium, conſtanter ſcriptum inuenit politiſſimus Claudius Salmaſius, ex Puteanorum bibliotheca: *Synaliphe* pro *Synaloepha*. Sic *Metici* pro *Metoeci*, Μέτοικοι apud Sidonium Apollinarem. Sic vetuſtis Martyrologiis eſt *Cimiterium* pro *Coemeterium*. Sic apud Capellam *Aulidus* pro *Auloedus*. Gloſſis *Tragidi* pro *Tragoedis*: veteri Epigrammati *Idipus* pro *Oedipus*: *Haec fecit thalamos Idipum conſcendere matris*. Apud Caſſiodorum *Inoniam* pro *Oenoniam*.

I pro V.

Simus, pro *Sumus* ſcripſere quondam Meſſala, Brutus, Agrippa teſte Mario Victorino, & Auguſtus apud Suetonium. Inſcriptionibus ſunt *Contibernalis, Etriſcis, Manibiis, Reciperatis*. Sic fit *Similis* ex *Simul*, vt a *Flexu Flexilis*.

I loco Y.

Βίϐλο pro antiquato Βύϐλο: *Tibris* pro *Tybri*: *Silua, Sillaba* pro *Sylua, Syllaba*. Ita bifariam ſcripſere Graeci Τρίζω, Τρύζω, Σκίφο, Σκύφο.

O, τὸ Au

ampla de poſſeſſione deturbauit. Claudius octauo Hiſtoriarum: *Flacco Opicatur* pro *Auſpicatur*.

Eadem

Eadem imagine *Ploſtrum, Cloſtrum, Codex, Sodes, Origa. Sodes, Si audes, Lotus, Cotes, Clodius, Corus, Rodus*. Feſtus: *Penim antiqui Codam vocabant* pro *Caudam*.

Plin. lib. 11. cap. 52. *Oricularum magnitudo loquacitatis, & ſtultitiae nota eſt*, pro *Auricularum*.

Priſciani lib. 1. *Aula* priſcis pro *Olla*: ex quo Plauti *Aulularia*, & Feſto *Aulicoqua exta*, quae in olla cocta.

Deborire pro *Debaurire* ſcripſit Cato.

Orata pro *Aurata* Macrob. lib. 2. cap. 11. *Sergius Orata cognominatus eſt, quod ei piſces, qui Auratae vocantur, cariſſimi fuerint.*

Recte igitur Pauſaniae in Phocicis ſcriptum Πῶρος ὀρίχα Κυρίωαῖος: aeque recte ab Euſebio pro eodem Παῦρος: praeſertim cum a Graecis ſcriptoribus ſua ſit Euſebius mutuatus: qua cauſa, quae commemorat propria nomina, ab aliorum auctorum ſcriptione perſaepe diuertuntur. Sic *Colis, Colei* ex Graecorum Καυλός, aut Dorico Κωλός. *Oſculari* in vſum venit, cum fuiſſet *Auſculari* prius, Feſtus.

O pro E.

Quinctilianus lib. 1. cap. 7. *Quid dicam Vortices, & Vorſus, caeteraq; ad eundem modum, quae primo Scipio Africanus in E literam ſecundam vertiſſe dicitur?* Chariſius lib. 2. *Non quia negem Voturios pro Veturios, & Vorſus, & Olli, & contra dictum eſſe.* Poſt paucula: *Oſceatinis, & Marrucinis eſſe moris E literam relegare, O videlicet pro eadem litera claudentibus dictionem.* Priſcianus lib. 1. *Antiqui quoque Amplocti pro Amplecti dicebant, & Animaduorti pro Animaduerti.* Sic a *Tegendo Toga*. Apud Cornutum *Votare* pro *Vetare*, & *Conuollere* pro *Conuellere*. Sic ex *Pendeo, Pondus: Diuerto, Diuortium*.

Marius Victorinus *Voſter, Vortit* reiicit, vt vetuſtiora, & ſimilia, quae per E ſcribenda praecipit. Quae tamen paſſim occurrunt in Plauto. Et *Vorticoſus* omnes ſcribunt: per E *nemo hercule, nemo*. M. Caſſiodorus in Orthographia: *Voſtra olim ita per O, hodie per E. Vt, Aduorſa, Aduerſa: Peruorſa, Peruerſa: Votare, Vetare: Vortex, Vertex: Conuollere, Conuellere: Amploctere, Amplectere.*

Sic *Modium* ex *Medio* fieri reor, & *Rhoeſum* Latinorum ex Ῥῶγος Graecorum adſciticia vocali altera. *Officium, Officioſus* ab *Efficiendo*. Vide Seriem Volumine II. in *Lagena*.

O loco V.

Quinctilianus ſupra: *Noſtri praeceptores Ceruom, Seruomq;, O, & V literis ſcripſerunt: quia ſubiecta ſibi vocalis in vnum ſonum coaleſcere, & confundi nequiret: nunc V V gemina ſcribuntur ea ratione, quam reddidi.* Haec capite ſeptimo: iſta quarto: *Quid O, atque V permutatae inuicem? vt Hecoba & Notrix: Culchides, & Pulyxena ſcriberentur. Ac ne in Graecis tantum id notetur, Dederont, ac Probaueront. Sic Ὀδυσσεύς, quem Ὀυδυσσέα fecerunt Aeoles, ad Vlyxem deductus eſt.* Spoleti quaedam literata Lamina eadem docet vtcunque:

DEDERONT. PROBAVERVNTQ.

Forte vox altera ex Quinctiliano corrigenda. Aletrij in Lapide:

SCRIPTA. SONT

Lamina Spoleti altera ſub moenibus:

FACIONDAM. DEDERONT

In ſimilibus Inſcriptionibus, *Aorelius, Edocatus, Flouium, Intoleront, Poblicus, Primitiuos, Sont, Spiritu, Tolit* notes.

Terentius Scaurus in Orthographia *Equom, Auom, Seruom* veterum ignorantiae tribuit. Audax cenſura! Talium en tibi digeriem, an rectius congeriem? *Adolat*, κολακεύει. Adolatus, κολακευθείς, Gloſſae. *Adolabilis* Ennio: *Huic eſt animus propitiabilis, ira & adolabilis.*

Baiolare pro *Baiulare* in MSS. duobus Plautinis exemplaribus fuit, Gruteri bona fide.

Colpa apud Mar. Victorinum, & Priſcianum lib. 1.

Com antiqui pro *Cum* teſte Priſciano lib. 14. Ex hoc apud Ter. Scaurum in Orthographia *Mecom, Tecom, Secom*.

Conſol pro *Conſul* Velio Longo in Orthogr. Inſcriptioni ad portam Capenam repertae anno M. D. XVI.

CONSOL. CENSOR. AEDILIS. HIC. FVET. A

Dauos in Terentio.

Diuom

Diuom pro *Diuum* caſu pluratiuo in caſtigatioribus Maronis Libris:

— *Inclementia Diuom*

Has euertit opes — Nemauſi Epigramma:

FVLGVR
CONDITVM
DIVOM

Duom pro *Duum*: ex quo *Duomuir* Coranae Inſcriptioni eſt.

Fonus pro *Funus* Origine poſcitur, φόνος. Ita infuiſſe XII. Tabulis Victorino credo. Alij etiam *Founus* ſcriptum volunt.

Hercolem addit Papirianus in Orthogr. & Priſcian. lib. 1. repraeſentat Medis Tabula aedium Clerenantiarum:

I. O. M
IVNONI. MAĞNAE
HERCOLI
ET. GENIO. LOCI

Euolſum vetuſtiſſimus Vrſini Liber habet lib. 2. Tullij de Natura D. Suffragatur Fabius.

Hoc pro *Huc*. Feſtus: *In aduerbiis per V, O plerumq; maiores ponere conſuetos. & ſic pro Huc, Hoc veteres dicere ſolebant, ſicut pro Illuc, Illoc dicimus.* Notat Seruius ad octauum Aen. veteribus vſitatum. *Hoic* pro *Huic* Mar. Victorinus.

Indoſtruum Feſtus.

Magiſtratos Nauebos ſunt in columna Duilliana.

Moles παρὰ τὰς μύλας.

Piacolom e XII. Tabulis affert Victorinus.

Poblicum Papirian. lib. de Orthogr. Curtius Valerianus, Priſcianus lib. 1. Ex eo *Poblicola*, ſiue *Poplicola*.

Volgus in MSS. Liuij peruetuſtis. Lib. 23. *Hinc non apud volgum modo fides fuit.* Notat & Priſcianus lib. 1. Paſſim ita Comici.

Volteius, Volcanus, Volturnus apud Fuluium Vrſinum in Ciceronem.

Volop pro *Volup* Naeuij eſt in Agitatoria.

Volnus pro *Vulnus*. Quo ſuper audi M. Caſſiodorum: *Itaq; quod ante ſcribebatur per V, & O, per duo VV modo ſcribere nobilis rectitudo ſcribendi per vias certiſſimas inueſtigata eſſe videtur: & ideo praeſens opus non deſit directum, vt Volnus, Vulnus.*

V loco A.

Tripudium ex *Pauio*. At ex eo Lucillius lib. 2.

— *Palmis depuuit me miseram.*

Scalpo, Sculpo. Plauto *Sculponeae.*

V pro B.

Vulga pro *Bulga*. Nonius ex Lucillij lib. 2.

— *In vulgam penetrare piloſam.*

Varro Sexageſi: *Eo vt viaticum ex arcula adderem in vulgam.* Pandectae Flor. lib. 28. *SiVi vel aliis adquirere poſsint*, pro *Sibi*. Ibidem: *Venigna interpretatione. VideVatur AlVeſcente coelo*, pro *Albeſcente. Tribus verVis teſtari.*

V.

Idem tamen Nonius ex Auctoribus iiſdem alios profert locos, in quibus *Bulga* inconſtanter ab iiſdem ſcribi *erat credam, hodie nihil.* Et Piſanis ineſt Pandectis *Fauia lex*, & actio *Fauiana*, pro *Fabia*,

Fabia, Fabiana. Inibi calamo agreſti *Coniuere, Coniuentia* pro *Conhibere, Conhibentia*. Item lib. 50. ff. tit. 16. de verb. 1. CVI. REI. DOLVS. MALVS. AVERIT. AFVERIT

Item *Viduum* pro *Biduo*, *Corporis muccillitatem*, *Vaiolat* pro *Baiulat*.

Romae e regione domus Cardinalis Sermonetae ad Tiberim:

IVNONI

GAVIAE. ALBANAE

SACRVM

Pro *Gabiae*. Neque probauero legentes Verrina 4.

Iudicibusq́; Nobis pro *Nouis*.

Ecquid his facias? Romae apud Gentilem Delphinium:

VNDIS. CYANEIS. DONVM. PLACAVILE. FECIT pro *Placabile*.

Romae in S. Ambroſio:

COIVGI. DIGNISSIMAE. ET. INCOMPARAVILI

In Ouidij Halienticis: *Lubricus & ſpina nocuus non Gouius vna* pro *Gobius*.

Auguſtae Taurinorum: C. VRVINVS. C. F.

In Tabulis S. Gregorij *Deuitorem, Vueribus* pro *Debitorem, Vberibus*.

Lexico Cyrilli putato: Ἀπαρχὴ, *Hoc liuamen*. Ibidem: Ἀποδέρω, *Diſcorio, Degluuo* pro *Deglubo*.

In pauimento S. Praxedis:

ACERVVM. LVCTVM. MIHI. DEMISISTI. DVLCISSIMA. CONIVX pro *Acerbum*.

V pro E inuenies in Orthographia Gerundiorum, eſtq́; in *Vlciſcor*, cui Origo ex Ἑλκύσαι.

V pro J.

Carnufex in Comoedia crebrius arena.

Fuo (ex φύω) vnde *Fuat* pro *Fio*. Vnde *Infit, incipit* Lucretio: —— *Caput erigere infit.*

Superlationes: *Optumus, Maxumus, Pulcerrumus, Iuſtiſſumus* apud Velium Longum in Orthogr. *Peſſumus* Priſc. lib. 1. De quibus omnibus nota vocem Fabij de duobus expreſſam lib. 1. cap. 7. *Etiam Optimus, Maximus, vt mediam I literam, quae veteribus V fuerat, acciperent, C. primum Caeſaris Inſcriptione traditur factum.*

Vel. Longus ſupra: *Nos vero poſtquam exilitas ſermonis delectare coepit, vſque I litera caſtigauimus illam pinguitudinem.* Item *Licinius Caluus Optimus Maximus ſcripſit, non vt nos per V literam*, inquit Victorinus. Vide Terent. Scaurum, & Caſſiodorum. *Proxumus* ἀρχαΐζων Criſpus l. 3. *Non tu ſcis, ſiquando ignis aedis cepit acriter, haut faciles ſunt defenſui, quin & comburantur proxumae.*

V pro I Georg. l. *Mollibus in pratis vnctos saluere per vtres.* Ita legit Cledonius in Arte pro *Saliere*. & Conſentius: *Deſiluit Turnus* —— pro *Deſilijt*.

V pro O.

Acherunt, Acherunte. Priſcianus in 3. legit *Acherunte profundo, & Acheruntbe iacentem*. Quem morem ruſticum appellitat.

Culchides pro *Colchides* habuiſti ex Fabio lib. 1. c. 4. & *Pulyxena* pro *Polyxena*.

Cunchen, Cungrum, Huminem, Funtes, Fruntes priſcis dat Priſcian. lib. 1. Certe *Fons* ad *Fundendo* Feſto aperitur. Notat ex Ennio Chariſius: *Rureſcant frundes.*

Fretu pro *Freto* legit ibidem Priſcianus Lucretij e libro primo:

Anguſtoq́; fretu rapidum mare diuidit vndis.

I ad ſexti caſus Variantiam.

M. FRVNTONI. EVPOR, in agro Arelatenſi Inſcriptio.

Praeſtu pro *Praeſto* ſcripſerunt Curtij Valeriani teſtimonio, quod vetat Beda:

Rutundus, Putitius, Sumnus pro *Rotundus, Potitius, Somnus* habes in Farneſiano Feſti fragmento.

Sacerdus

Digitized by Google

Sacerdus pro *Sacerdos* in antiquo marmore in aede S. Martini in Montibus

SACERDVS. DEI. BRONTONTIS

Secondus pro *Secundus*, Inſcriptio Iaderae in Dalmatia.

Suſtulo(vnde *Suſtuli*) pro *Suſtollo*, Chariſius lib.2.

Sic *Abſtulo*.

SOMNV quod in MSS. antiquioribus Varronis de R R. inuenit Victorius vitio tribuit: nos victoriae, rectaeque ſcriptioni.

SVLCVS ex ὁλκός, Feſtus.

TRVX deciſum ex *Atrox* Paſſeratius opinatur.

V intercalarium etiam aeuo priſcorum fuit. Notat Victorinus *Alcumaeon*, *Alcumena*, *Tecumeſſa*. *Durauit hoc ſcribendi genus, donec Iulius Caeſar, qui Vopiſcus,& Strabo, qui & Seſquculus dictus eſt, primus de Tecmeſſa ſcripſit tragoediam ſuam, & in ſcena pronunciari iuſſit*, ſic forum *Bouarium*, & *Bouum* pro Boum ſcripſere. Sic *Aeſculapius, Hercules* cum Graecis ſint Ἀσκληπιός, Ἡρακλῆς.

SECTIO QVARTA.

Conſonantium priſca, & Antiſtoecha Demutatio.

B IN locum C inuaſit in antiquiſſimo Virgilij Codice Aen. 3.

Obcurrit veterem Anchiſen ———

Sic *Suburram* a pago *Succuſano* dictam eſſe ait Verrius,olimque *Sucurra* pro *Suburra* notat Varro lib.4. de L L Eſtque illa Fabij vox lib.1.cap.13. *Suburra cum tribus literis notatur, C tertiam oſtendit.* Scilicet SVC Sic Antiquitas quando robur ſuum contra poſteritatis violentiam contutatur.

B pro D. *Bes* olim *Des*, Varro lib.4. de L L. Idem lib.6. *Ambagio, Abagio, Adagio.*

B loco P.

Boblicola priſci ſcripſere teſte Scauro, pro *Poplicola*. *Burrus* pro *Pyrrhus*. Et hanc antiquiſſimam eſſe pronunciationem ex Quinctiliano Priſcianus adſerit. Sic Latini *Buxum* ex πυξὸν tornauere.

Balaena ex φάλαινα. Feſtus: Balaenae nomen a Graeco deſcendit: hanc illi φάλαιναν dicunt antiqua Conſuetudine,qua πυῤῥόν *Burrhum*. *Obtio* pro *Optione*. Albae Iuliae:

GENIO .
TIB. CLAVDIVS
MANSVETVS
OBTIO

Suides ſimiliter Βιτάκια τὰ παρ' ἡμῖν πιτάκια λεγόμενα. Vt autem *Balaena*: ſic Ἄμβροτος pro Ἄμφροτος, Stephanus.

B loco Flatus aſperioris *Belena* ante ex Priſciano.

B pro V.

Bilis pro *Vilis*. Poëta vetus:

Heramice parentum eſt vita bilis liberis.

Bedae diſtinctus eſt: *Bile, ſi fel ſignificat per B: ſi abiectum aliquid, quod eſt vile, per V ſcribendum eſt.*

Baccha pro *Vacca* eſt in Gloſſario Stephani. Inſcriptio in foro Rhegino P E L B E M. A E R E A M pro *Peluem*.

Albeolus

Albeolus pro *Alueolus*. Pro *Cauea*, *Cabea*, *Cabia*; *Gabiola*, Gallicè *Geole*, *Gabiolarius*, Gallicè *Geolier*.

B I X. A N N I S ✶ C I. Inſcriptio, quae Metis apud Petrum Lepidum. Romae in domo Lucij Muratae: F L. P R O B I N C I A. F E C I T

—— *Baſcones armipotentes* ex vetere Poëta legas apud Mar. Victorinum libro de Metrorum ratione: paſſim *Vaſcones*. Verum ſeneſcentibus Latinis literis talia non ſine mendo inarata. *Bobis* pro *Vobis*, Pand. Florentinae a Taurellio inuocatae. Ibidem: *Curatorum ope iubantur*, pro *Iuuantur*. *Vbas duracinas*, *Vibebat*, *Cabillatio*, *Negatiba verba*. Alibi *Inbentio*, *Minerba*, *Olibeto*.

Sunt & veteres Inſcriptiones adhoc exemplum in quibus *Abe*, *Adſignabit*, *Conſecraberunt*, *Dedicabit*, *Impetrabit*, *Procurabit*, *Albei*, *Atabis*, *Baleas*, *Bela*, *Benantia*, *Beneficio*, *Berna*, *Biba*, *Bibas*, *Boſtmia*, *Curbatis*, *Flabialu*, *Inbicto*, *Iubentutis*, *Lebo*, *Octabius*, *Se bibus*, *Se bibos*, *Sebera*, *Seberus*, *Serbus*, *Sibe*, *Berbecen*, *Biba*, *Bibi*, *Bibo*, *Bibus*, *Vniberſa*, *Vniberſus*, *Beneficio pro Veneficio*. Suidas: Κόρβυς γὰρ τοὺς κόρακας φασὶ Ῥωμαῖοι. Idem: Βεστιάριον παρὰ Ῥωμαίοις τόπος, ἔνθα ἡ ἀναγκαία ἀπόκειται ἐσθής. *Corbos*, *ſeu Coruos enim dicunt Romani*. *Beſtiarium*, *ſeu Veſtiarium apud Romanos locus*, *vbi neceſſaria veſtis reponitur*. Idem: *Beſtia*, *ſeu Veſtes apud Romanos*, *vnde & Beſtiarium proprium dicitur*, *vbi veſtes regales cuſtodiuntur*. Prudentij in Romano nouior editio: *Verbece caeſo fumet vt caeſpes meus*. Moſchopulus: Βέστα παρὰ Ῥωμαίοις, τὰ ἱμάτια· ἐξ οὗ καὶ βεστιάριον κυρίως, ἐν ᾧ τὰ βασιλικὰ ἐνδύματα φυλάσσονται. Sic apud Mauricium Imp. Βικάριον pro *Vicario* legas.

Sic *Bibilles*, δίμαλλοι in Philoxeni Gloſſis non *Biuilles*, vti parum conſiderate corrigunt. Ibidem *Biſpelliones* rectiſſime, non *Veſpillones*, quod reponunt. Neque vt praua iudicetur ſcriptio vel hilum me mouet ſecunda ſillaba, qu praenotarium, *Deana*, *Menerua*, *Mageſter* olim ſcriptitatum. *Adulterina clabis* in Lexico Cyrilli, vt putant, pro *Clauis*.

Solinus cap. 19. *Ilba* pro quo *Ilua* Maro, Silius, Plinius. *Parba*, *Olibetum*, *Silbula* in Tabulis Gregorij M.

B intercalare in *Comburo*, quod abſque eo M combinato praefert Inſcriptio vetus:

P I C E M. C A N D E N T E M

P E C T V S. M A L V M. C O M M V R A T

Intercalare quoque in *Sobrinis*.

C *pro* G.

C pro G *frequenter ponebant antiqui*, ait Feſtus: vnde *Cluma* pro *Gluma*. *Fricora*, *Virculta* in optimo Varronis de RR. Libro annotat P. Victorius. Feſtus *Prodicium a Prodicendo* figurat.

Ceres a Gerendo. Arnob. lib. 3. *Terram hanc alij, quod ſalutarium ſeminum frugem gerat*, *Cererem eſſe pronunciat*. Cicero 2. de Nat. D. *A gerendis fructibus Ceres tanquam Geres: caſuq; prima litera immutata, vt a Graecis*. Var. lib. 4. Quo de more pluribus ſupra, vbi τοῦ G defectum fuiſſe Latium oſtendimus. Ex eo more in Duillij roſtrata columna L E C I O N E S, & M A C I S T R A T O S legere eſt.

Buſlidianus Liuij Codex: *Vt in te hac via craſſaremur*, pro *Graſſaremur*. Sic *Cneius*, *Caius* ex antiquitate accepta ſunt pro *Gneius*, *Gaius*. Inſcriptionum in Oceano hi ſulci: *Aucuſtalis*, *Cartacinienſes*, *Maceſterium*, *Cemina*, *Incenuus pro Ingenuus*, *Primicenius*, *Vercilia*. Var. lib. 4. de LL. *A gerendo Gertibulum*, *vnde Cartibulum poſt dictum*. Γράσις, & Κράσις Graecis, Γαμψός, & Καμψός.

Cui Varroni eadem placita eſt commutatio in *Gladio* a *Clade*. *Gladium* a *Gelu*, quod priſcis Siculis *Gela* dicebatur, teſte Stephano dictum remur: nam ferro candenti rigorem inducit gelida.

A R C E N T A R I V S pro *Argentarius* veteri Epigrammati eſt:

C O N S V L A T. V. M. F. S T I L I C H O N I S
S E C V N D O. C̄C̄. D E P O S I T V S. P V E R
H E L I A S. A R C E N T A R I V S. S E P T I M V
K A L. N O B E M B R E S. D I E. B E N E R I S:
O R A. Q V A R T A

Ex *Heliae* nomenclatura non minus antiquum videtur: antiquo tamen more & Orthographia Antiqua elucet in his: *Arcentarius*, *Septimu*, *Nobembres*, *Beneris*, *Ora* pro *Hora*: Vetuſtiſſimi enim in Latio more Aeolum non inſpirabant vocalibus. Claudius Chiffletius reperit in M S. germani ſui Plinio Q. O C. F A B. C O N S pro *Q. Ogulnio*, *C. Fabio Coſſ.* vt ex Eutropio in Faſtis ſuis repoſuit Onuphrius.

C pro Q.

C pro Q *Hirquus* olim, qui poſt *Hircus*. Vnde Virgilij Codex oblongus:

——— *Tranſuerſa tuentibus hirquis*.

Quam lectionem nonnullis receptam Seruius adſeuerat.

Hinc tranſſcripti *Hirquitalli*, & *Hirquitallire* Cenſorino, ac Velio Longo, quod eſt *Gallaturire*.

Cos pro *Quos* ſcriptitatum leges Fabij lib. 1. cap. 4.

Relicus olim, vt *Vacus*, & *Relicuiae*, inquit Papirianus. Redolet hoc ſcribendi genus *Delicuit* in Metamorphoſi Ouidiana crebriuſcule, tanquam a priſco *Deliquo*, cuius ſimplex vtitur Maro:

——— *De montibus humor*

Liquitur ———

C pro S, & T.

C τοῦ S ſedes inuaſit. Sic quidam Virgilij Codices *Succepit* pro *Suſcepit*.

Quae ſcriptura Proportione iuuari potuit *Succido*, *Succiduus*, *Succubus*; ni Conſuetudo *Suſcepit* corroboraſſet.

C pro T vitioſe ſubſtitutum in Pandectis Florentinis in his:

Condicio, *Muciana*, *Solacium*.

C Cadiuum.

Ferctum, *Fertum*, Cato de R R. cap. 134. Vnde *Struferctarij*, *Strufertarij*, *Forctis*, *Fortis*, *Horctus*, *Hortus*. v. Feſtum.

D pro B.

Cicero in Oratore: *Duellum Bellum: Duis Bis: Duellum Bellum nominauerunt.* Fab. lib. 1. cap. 4. *Ex Duello bellum: vnde Duellos quidam dicere Bellos auſi.*

D loco L.

Seddam, quod hodie Sellam antiquos dixiſſe narrat Terent. Scaurus, & Feſti ſunt illa, *Soliquaſtra ſedilia antiqui generis. Appellantur D litera in L conuerſa, vt etiam in ſella factum eſt & ſubſellio, & ſolio, quae non minus a ſedendo dicta ſunt.*

Feſtus: *Odefacit*, pro *Olefacit*. Doriſmum id redolet, ὄδω. Mar. Victorinus *Kadamitatem* affert pro *Calamitatem*. Feſtus iterum teſtatur *Dacrimas* Liuio ſcriptitatum, non *Lacrimas*. Et hoc e Graeco Δάκρυα. Idem *Dautia*, quae Titus Liuius *Lautia*. Sic ortum *Meditari* ex Μελετᾶν. Varro lib. 4. de L L. *Antiqui vt Thetim Thelin dicebant: ſic medicam melicam vocabant*. Poſterius factum culpat Columella lib. 8. de R R. cap 2. *Chalcidicum, & Medicum, quod ab imperito vulgo litera mutata Melicum appellatur.*

Sic *Meliponios* cur magis, quam *Medipontos* probet Popina minus adſequor.

D vice N.

Veteres *Grundio* pro *Grunnio*. Caecilius: *Cruento ita ore grundibat miſer*. Claudius Annal. 15. *Grundibat grauiter pecus ſuillum.* Hinc *Grundiles Lares*. Caſſius Hemina in ſecundo Hiſtoriarum: *Paſtorum vulgus ſine contentione conſentiendo praefecerunt aequaliter imperio Remum, & Romulum ita, vt de regno pares inter ſe eſſent. Monſtrum fit: ſus parit porcos triginta, cuius rei fanum fecerunt Laribus Grundilibus.* In Spartiani ſcriptis Libris *Septizodium* pro *Septizonio* reperit Salmaſius, & in Euſebij Scaliger.

D pro R.

Varro lib. 5 de L L. *Meridies ab eo, quod medius dies. D antiqui, non R in hoc loco dicebant, vt Praeneſte inciſum in ſolario vidi, quod Cornelius in baſilica Aemilia, & Fuluia inumbrauit.* Item Cicero ſupra.

Sic

Sic veteres pro *Auriculas Audiculas* dixere, Velius Longus in Orthographia.

D loco T.

Quod pro *Quot*. Claudius Imper. in Orat. ſua:

IN. QVOD. FORMAS. STATVSQVE. RES
NOSTRA. DIDVCTA. SIT

In Lapidibus QVODANNIS, ADQVE crebriuſcula ſunt. Salonae in Dalmatia Tabula Dedicationis.

ITCIRCO. TAMEN. PROBE. FACTVM. ESTO

In vetuſtioribus paene omnibus Virgilij Codicibus. *Capud* cum D. Eximius ille locus:

Setoſi capud hoc apri ———

Similiter *At* pro *Ad* in antiquo Virgilij Libro: *Ad regina graui* ———

Item: *Ad mihi ſeſe offert* ———

Sic a *Mentior Mendax* peruicit, cum poſceretur *Mentax*. Itaq; ſcribit Eutyches per T lib. 1.

D pro Z

Medentius, pro *Mezentius*. Cum enim haec duplex ſuopte ingenio complectatur D & S, abiecta litera ſerpentina prior deſerta manſit. Eam mutationem antiquiſſimis Priſcianus impingit lib. 1. non ſemel. Docet hanc ratiunculam Vel. Longus; licet explanate minus. Ex hac obſeruatione Caſauboni correxit errorem Cl. Salmaſius. Reſcribebat ille *Lazos*, apud Capitolinum: *Lados* alter tuetur ex Competentia, docetque veteres *Trapedia* pro *Trapezijs*, *Sabadia* pro *Sabazijs*, *Obrsdium* pro *Obrizo* Iſidorum poſuiſſe.

Noto Dionyſij Halicarneſſei lib. 1. Antiq. ſaepicule ſcriptum: Μεσέντιος.

Δ pro Π in vetuſtiſſima Romae Inſcriptione agnoſcit ibidem Dionyſius ΔΕΝΑΣ pro ΠΕΝΑΣ Addit: Δοκεῖ γάρ μοι τοῦ γραμμάτος Π μὴ ἑυρημένου, τῷ δέλτα δηλοῦν τὴν ἐκείνου δύναμιν τοὺς παλαιούς. Latine: *Mihi namq; videtur* Π *litera nondum reperta, veteris litera* Δ *vim illius ſignificaſſe.*

D intercalariā in his eſſe ſcribit Papir. *Seditio, Prodeſt, Proditus, Prodigus, Bidens, ouis.* v. de Etym.

Nam qui a duobus dentibus dictam bidentem ſunt opinati, pridem exploſi ſunt. Similiter *Mederga, Redhoſtire, Redarguere, Redambulare*. Stephanus: Λέγεται καὶ μετὰ τοῦ Δ Χαλυβδικὸς τὸ κτητικόν. Λυκόφρων, Χαλυβδικῷ κνώδοντι. Καὶ ἡ χώρα Χαλυβδικὴ λέγεται. Latium: *Dicitur & cum* Δ *Chalybdicum poſſeßiuum nomen: Lycophron: Chalybdico mucrone. Ipſa quoq; regio Chalybdica dicitur.*

FINALITATI verborum appoſitum: *Med, Ted erga* Comicis.

In roſtrata Duillij: IN. ALTOD. MARID. PVCN

F.

F pro Adſpiratione poſita olim. *Formiae, Hormiae*, Feſtus. Plin. lib. 3. c. 5. *Fordeum, Foedus* pro *Ordeum, Hoedus*, Fabius lib. 1. cap. 4. *Foedum* antiqui dicebant pro *Hoedo*, *Folus* pro *Holere*.

Foſtim pro *Hoſte*, *Foſtiam* pro *Hoſtia*, Feſtus.

Sic *Faliſci* ab *Haleſo* denominati. Vide noſtra Sili-anal. 8. Anterius plura.

In Faſtis HORDICALIA nominantur, quod tunc *hordae* boues immolantur. Et quae praegnans taura *Horda* Varroni lib. 2. Ruſt. At Vertraius marmori inciſum vidit:

XVII. KAL. MAII FORD.

Nec in Aſpero Spiritu tantum id obtinuit: verum & in Leni. Dionyſius Halicar. l. 1. hiſtor. producit in exemplum Ϝελένη, Ϝάναξ, Ϝοῖκος, Ϝανήρ, ac eiuſdenmodi.

F pro Ph.

F pro Ph monſtrauimus, vt de literarum defectu actum. Quod factitatum in peregrinis praeſertim dictionibus. *Foenices, Filippos, Orfitanum, Chirografa, Efeſum* Pandectis Florentinis nobis obiicientibus. Accius *Finidis* pro *Phinidis*.

Romae in Bel vedere: SOSS. FILOCTETA. IN. HONOREM. COLLE. SVI.

F pro V

F pro V in *Sertus, Fulgus* pro *Seruus, Vulgus*, vbi Digamma Diomedes agnoſcit lib. 2. Nam *V literam geminari in vna ſillaba poſſe plurimi negant*. inquit. Et hoc anterius protractitatum. In agro Veronenſi Inſcriptio. P. FALERIVS. TROPHIMVS

Sic *Fotum, Firgo* Caſſiodoro Aeolum more.

Etiam pro B *PraeFuit* pro *Praebuit* notat ex Pand. Flor. Taurellius.

G pro C.

G olim non fuiſſe, inuentam ſic auxiſſe, aliarum vt officium functa fuerit, ſatis ſuperque in anterioribus paginis diximus. Quibus tamen adde G vicariam vicem reddidiſſe τῷ C: quo more vetus Valerij Flacci Liber *Magrones* offert lib.5. qui Plinio lib.6. cap.4. & Graecis *Macrones* pinguntur. Idem Flacci Codex *Lygurgum* praefert pro *Lycurgum*. v. Raenardum ad Lib. XII.

Terent. Scauro teſte *Gamelum* veteres pro *Camelo* vtebantur. Pari exemplo *Negotium* ex *Nec otium*. *Glaus* cum G Lycophoni apud Stephanum:

Γλάνις δὲ ῥείθροις δέξεται τέγγων χθόνα.

Glanis fluentis excipit rigans terram.

Silio *Clanis* cum C & Maroni *Clanius*, & Straboni lib.5. Idem Plinio lib.3. cap.5. edente Sigiſmundo Gelenio.

Alagriores pro *Alacriores* in Varronis optimo Libro de R R. P. Victorius enotauit.

Cynoſarges pro *Cynoſarces*. v. Nonnum in Nazianzenum.

Suidas: Γρυνοὶ κορμοὶ δρύϊνοι κατ' ἐναλλαγὴν τοῦ δ εἰς γ. Latine: *Gryni, trunci querni verſo D in G.*

Amorga ex Ἀμοργή, poſt *Amurca*, Terentianus. Plutarch. in Romulo: Ὃν νῦν Κερμανὸν καλοῦσι, πάλαι δὲ Γερμανὸν, ὡς ἔοικεν ὅτι καὶ τοὺς ἀδελφοὺς Γερμανοὺς ὀνομάζουσι. *Quem Cermanum vocant, olim Germanum, vt videtur, quod Adelphos, ſeu fratres Germanos nominant.* Idem Euſtathio in Dionyſium traditur.

Apud Lampridium *Campagus*: in veteribus notis ad Iuliani patricij Nouellas *Campacos* per C inuenias, non per G.

L pro D.

Delicare pro *Dedicare*, & *diis delicata* veteres ſcriptitaſſe Feſtus auctor eſt. Vrnula Romae

D. M

T. EIAE. EVPHROSINES

RVFFINAE. V. V.

DELICATAE

Accius Achille: *Qua re alia ex crimine inimicorum effugere poſſis, delica.* Sic apud Tertul. aduerſus Hermogenem de Deo: *Velut delicans* reſcribunt.

Melicae gallinae guſtum veteribus mouere, quae erant *Medicae*. Neque diſpliceat *Lapsilis* pro *Dapſilis* auctoribus geminis Codicibus Vaticanis, & amplectente Lipſio lib.1. Antiq Lect. cap.15. Conteſtatur quoque Feſtus ſcriptum olim *Caſsila*, *Impelimenta*, pro *Caſsida Impedimentis*. Sic paſſim Latini *Vlyſſes*, *Alacris* fecere ex Ὀδυσσεύς, Ἄδακρυς.

L pro N.

Apud Varronem *Vallus* pro *Vannus*, qui Libris de L L. a *Volando* figurat. *Vannum* enim cum iactant, leuiora quaeque auolant. Idem *Euannere*, *Euallere* apud Plinium lib.18. cap.10.

L pro R.

Lemuria, *Remuria*, quis ſuper Ovid. 5. Faſtor.

Romulus obſequitur, lucemq; Remuria dixit
Illam, qua poſitis iuſta feruntur auis
Aſpera mutata eſt in lenem tempore longo
Litera, quae toto nomine prima fuit.

Sic

Sic *Palilia*, *Parilia*. I ad ſeriem Catholicam.
Pecula, *Pecora*, *Pecura*: vnde *Peculium*, *Peculiaris*.
Sic *Lilium*, Λείριον, Varro lib. 4. de L L.

N pro L

Ναΐδα pro Λαΐδα nobili ſcorto ſcriptum quibuſdam notat Stephanus libro de Vrbibus.

N Cadiua.

Hanc literam decidere in his a Cicerone ſcriptis *Foreſia*, *Megaleſia*, *Horteſia* fides ſit penes Velium Longum in Orthographia. In *Megaleſia* vero non iuſtam fuiſſe literae N poſſeſſionem, ſed ex Apice, ſcribendi natum errorem putant.

Antiquis item pleriſque *Toſus*, *Tuſus*, *Praſus* N elemento in exilium acto ſcriptum teſtatur Papirianus.

Adde *Tago*, *Pago*, *ſiue Paco*. *Fragor*, *ex Frango*.

N intercalaria.

Vetus Inſcriptio in opido Lanlingen:

.... ARAM
CVM. SINGNO
ARGENTEO

N vicaria τοῦ Σ

Nequa ex Graecorum Conſuetudine recentiorum labendi cuippiam offeratur occaſio, ſciendum eſt, eos vocibus geminantium ſigmatum vnius loco N ſurrogare. Ἀντίκεσσωρ, *Anteceſſor*, Σούκκεσσος, *Succeſſus*, Μίνσας, *Miſſus*, Μινσούρια, *Miſſoria*. Conſtantinus Porphyrogenetes:

Μινσούρια ἀργυρᾶ ἀνάγλυφα.

Miſſoria ex argento ſculpta.

Fallit igitur opinio illa quorundam: Ita Graeci: ita ergo Latini ſcriptitant.

P pro B

Veteres *Plenni* pro *Blennis*. Lucillius:

Deblaterat plennus, bonu' ruſtic' concinit vna.

Olim Σάπειρες, poſt Σάβειρες; Stephanus. Sunt & illa aeui retruſioris, *Optimeo*, *Opſecro*, *Apſens*.
Inſcriptio in foro Romano ad aedem Saturni:

EX. STIPE. QVAM. POPVLVS. ROMANVS
ANNO. NOVO. APSENTI. CONTVLIT

Sic in Via-ſacra: PARIETEM. OPSTRVITO

Ex eodem fonte deriuatum ad poſteros *Scripſi a Scribo* Terentius Scaurus auctor eſt. Nonnulli ex ברא *Creare*, *Pario* efformant. Iidem ex ברור maculoſo *Pardum*, ex בתולה *Puella*.

P pro Ph.

Inſcriptio Diocletiani: IN. HOC. SPAIRISTERIO

Apua pro *Aphya* Plin. l. 31. c. 8. *Apuam noſtri, Aphyam Graeci vocant:* quoniam piſciculus e pluuia naſcitur, ἀπὸ ὕειν. Mirari ſubit ex occaſione hac iſta Plutarchi tom. 1. Ὡς ἀφύων φορὰν Μεγαρεῦσι ποιήσοι δι' ἐκεῖνον, Xylandrum vertiſſe: *Ipſius gratia magnum ſe aquarum prouentum Megarenſibus largiturum*. Veterum Inſcriptiones PILIPPVS pro *Philippo*. Graecorum dialecti Πελίχη, Φελίχη.

Huius

R, L, S

Huius trigiae capita cognatione inter ſe teneri eo perſuadet Terent. Scaurus, *quod qui R exprimere non poſſunt, aut L dicunt, aut S.* Quales Demoſthenes, Metellus Pontifex, Alcibiades, cuius Alcibiadis illud eſt apud Plutarchum : Ὁλᾷς Θέωλον; τλὼ κεφαλλὼ κόλακ⊙ ἔχη. Appius item Claudius R inuenit, ſcripſitque *Valerios, & Furios*, vt eſt Lib. 1. D. Idem ex eo, quod ex *Capra, & Fratre* fiant *Capella, & Fratellus.* *Parmularius* Graecis eſt Παλμυλάριος.

Sic Ἄβλιβις apud Stephanum: apud Strabonem & Nicanorem cum R Ἄβριβις. Sic Ἄζιλις, Ἄζιρις apud eundem Stephanum. Quam *Haliartum* alij, Harmenidas cum R nominat Ἀρίαρτον. Sic Ἀργαλέον, Ποδαργία ex Ἀλγαλέον, & Ποδαλγία notant Scholia vetera in Plutum. Plato in Cratylo : Nos dicimus Σκληρότης : Eretrienſes autem Σκληρότηρ. Et Lacedaemonij. Ἡμεῖς μὲν φαμὲν Σκληρότης, Ερετρεῖς δὲ σκληροτήρ. Euſtathius in Iliad. α. Eretrienſibus tribuit, Οὖτορ, ἵππορ, quos ad ſatiatem ῥωτακίζειν (ſic enim frequens ρ vſurpare vocant Athenaeus lib. 16. & Suidas) ſcribit Dionyſius Halicarnaſſeis, Heſychius, Euſtathius, alij. Turrim Romanis exſtruit, Τύρσις Graecorum, ita explicante Galleno περὶ ἄρθρων, Τύρσιν μὲν τὸ τύργον ἀκούειν χρή. *Thyrſim, turrim intelligi par eſt.*

R pro D

Aruocatus, Arfines, Arfari. Vide *Arceſſo.*

Vaticanus Codex in Aſinaria:

Hirundinem, monerulam, paſſerculum, putillum. Vulgo *Monedulam.* Sic apud Turpilium *Arcedo* :

Quia mea verba venatur, peſtis arcedat.

Item *Meridies* in Oratore Tullij. Sic ר, & ד cum apice minimo diſtinguantur D. Hieron. adnotauit ad nouam Hebraeorum caſtrametationem pro *Daphca* legi a nonnullis *Raphca*.

R pro H

Priſcianus *Habonium* appellat, quem Tullius in Verrem *Rabonium.* Errori librariorum non imputat Vrſinus, ſed Antiquitati, qua inciſum in Lapide *Operuq; incroandi* pro *Incboandi.* Item *Ruius oper* pro *Huius.* Et : T. *Fl. Arcreſilaus pro Archeſilaus.* Haec tamen vt recta pronunciem, alia opus aduocatione. Non ſum animal, quod vento nutritur, & aura.

R pro N

Strigores, pro *Strigones*, Feſtus. Quod irato Mercurio Turnebus emendabat. Sic olim *Architectores* pro *Architectones* poſitum. Paſſim *Aeneus, Aereus.* Similiter Γαλλωός, Γαληρός.

COSS pro *Conſules* relato archaiſmo, & apud Varronem lib. 5. de L L. CESSORIBVS pro *Cenſoribus.*

R pro T

Lora, Lota, Varro lib. 1. de R R. cap. 54.

R Cadiuum

Rurſum, Retroſum nonnullis praeplacuiſſe ſuauitatis cauſa teſtatur Velius Longus in Orthographia.

S loco B.

Caſſiodorus lib. de Orthogr.. *Eſt vbi B, quod vix credibile eſt, in S cogatur, Suſpendere, Suſcitare.* Caſſiodorus parum hic credulus, nec ego magis. Potius enim *το* S & P ſuccedit: videtur debuiſſe ſcribi Superpendo, Supercito, concidi, & verti. At melius dixeris componi ex antiquo *Suſum* pro *Surſum*.

S pro D.

Clauſus pro *Claudio*. Silius lib. 17.

Hic priſca ducens Clauſorum ab origine nomen
Claudia —— Ovid. in Faſtis:
Claudia Quincta genus Clauſo referebat ab alto.
Maro Aeneid. 7.
Ecce Sabinorum priſco de nomine regum
Agmen agens Clauſus, magniq; ipſe agminis inſtar,
Claudia nunc a quo diffunditur & tribus, & gens.

S pro R

Notat Terentius Scaurus *Fuſuos* antiquis fuiſſe pro *Furuis*, *Aſas* pro *Aris*, *Laſes* pro *Laribus*, Accio ſcriptum:

Horriferum portentum pauos. Naeuio in Lycurgo:
Iam ibi nos duplicat aduenientis timos, pauos.

Quinctil. lib. 1. cap. 4. *Valeſij, & Fuſij in Valerios, Furioſq; venerunt. Ita Arbos, Labos, Vapos etiam, & Clamos, at Laſes aetatis fuerunt.* In carmine Saliari: *Iani Cuſiones* pro *Curiones*. Placidus in Gloſſis: *Haſenam antiqui dicebant.* Item *Feſias* pro *Ferias* auctore Velio Longo in Orthographia: monetque vtriſque ſeculis per I vocem hanc elatam, non per E. Sic eodem auctore quibuſdam praeplacuit *Doſſum* per duo SS. *vt lenius enunciarent.* Vnde Varro lib. 6. de R R. *Aſellis doſſuarii comportant ad mare oleum.*

Suſſum pro *Surſum*: vnde *Suſcito*, ſurſum cito. Veteres *Quaeſo, Quaeſiui*: poſteri *Quaero*; Chariſi lib. 2. Ennius in Cteſiphonte (alias Creſiphonte) apud Feſtum:

Ducit me vxorem liberorum ſibi quaeſendorum gratia.

Idem in Andromacha (ſeu verius Andromeda)

Librum quaeſendum cauſa familiae matrem tuae.

Ennius lib. 2. —— *Nautiq; mari quaeſentibus vitam*

Varro lib 5. de L. L. *Duonus Ceruſes*, pro *Cerures* ex *Cerus*, vt a *Gnarus, Gnarures*. Ibidem ab *Laſibus, Lares*. Sic *Maioſibus. Melioſibus.* Liuius lib. 3. *Furios, Fuſios ſcripſere quidam. Id admoneo, nequis immutationem virorum ipſorum eſſe, quae nominum eſt, putet.* Feſtus, qui antiquitati quoq; tribuit *Arboſem, Roboſem, Auſelios, Papyſios.* Ex hoc more *Fuſiae leges* Verrina tertia pro *Furiis*, & *Furiam* dicit Vlpianus in Pandectis.

Sabini *Auſum* pro *Auro* ſcripſere apud Feſtum. In Carinthia Inſcriptio:

GENIO. NORI
CORVM
MASGELLVS
MASCELLINVS

pro *Marcellus, Marcellinus*, Varro lib. 5. de L L. *Nunc Ornamentum, olim Oſnamenta, vt ſcenici pleriq; dicunt.* Idem lib. 6. *In quo antiqui dicebant S, poſtea dicunt R, vt in carmine Saliorum ſunt haec: Coſauli, Doloſi, Eſo. Omnia vero ad-patula coëmiſſo. Iam Cuſiatij, Muſes, Ruſe, dumq; Ianus veniet. Poſt Melios, Meliorz Foedeſum, Foederum: Pluſima, Plurima: Aſena, Arena: Ianitos, Ianitor. Quare Caſmena, Carmena, Carmina.* Catoni *fundus melios.* Satin' rabioſulas caniculas vitauimus? Satin' cum ſerpentibus irrientem literam exſibilauimus? Vtrumque cum Heſychio claudamus, cuius verba flagitium ſit praetermiſiſſe: docet enim *Pelaſgos* olim dictos *Pelargos*: quod ciconiarum more vagi. Πελαργικὸν ἀντὶ τοῦ πελασγικόν· πελαργοὺς γάρ φασι τὴν Ἀττικὴν οἰκῆσαι, ἀπὸ τῶν πελασγῶν μεταφέροντες ἐπὶ τὰ πτηνά. *Pelargicum pro Pelaſgicum. Pelargos enim dicunt Atticum habuiſſe, a Pelaſgis ad alata transferentes.*

S pro Z

Meſſentius, Pitiſſare, Tabliſſare, caetera id genus Diomedes lib.2. Priſcian. lib.1. Plautus in Mernaechinis *Cyathiſſare.* I ad ſeriam Alphabetariam in *Badiza, Malaciſſo, Patriſſo.*

S pro X

Pierius in 10. Aen. teſtatur quibuſdam Libris eſſe:

Seſcentos illi dederat —— pro *Sexcentos.*

Lucill. lib. 30. *Maximu' ſi argenti ſeſcentum, ac mille reliquit.*

Nonij ſic editio nouiſſima a Pierio: *Auſere* pro *Auxere*. Accius in Andromeda: *Multi iniquo mulier animo ſibi mala auſere in malis.* Notae teſtificantur ſic eſſe in tribus Nonij Exemplaribus.

Victorinus ex priſcis Tullij Libris *Eſcandeſcentia* ſcribit in 4. Tuſcul.

S ΕΜΒΟΛΙΜΑΙΟΣ, *ſeu Intercalaria.*

Poeſnas, Caſmoenas, Coeſnas dixiſſe priſcos auctor Feſtus. Idem in Epitoma *Duſmoſum* pro *Dumoſo.*

T pro D.

Fabius lib.1. cap.4. *Quare minus mirum, ſi in vetuſtis operibus vrbis noſtrae, & celebribus Templis legantur Alexanter, & Caſſantra.* Soſipater lib.1. *Set* pro *Sed*: item Inſcriptiones, in quibus etiam *At, Aput* pro *Ad, Apud.*

Sed & per T ſcribi ſonus vocis admittit, inquit Soſipater.

Victorinus cum ſcribit *Atuentum, & Aput* eſſe deſita, fuiſſe docet. Certe in Maronis aliquantis veteribus Libris legitur *Atuentum*, pro *Aduentum* in quinto. In 4. *Atcepit* nonnulli Codices, de quo Lucillius:

—— *Accipere, atque Accurrere ſcribas:*
Due, an T, non eſt quod quaeras, atque labores.

Item in vno Virgilij: —— *Meq; at tua lumina mittis*

Item: —— *Aterniq; vocatus Apollo.*

Et: —— *Atopertus amictu.*

It, Quit, Quot pro *Id Quid, Quod* in Libris, ac Marmoribus. Romae in tabula marmorea apud Maffeios:

I T. QVOD. INFRA. SCRIPTVM. EST

Altera Romae in aedicula S. Baſilij, quae ad horologium Auguſti ſita eſt:

APVSVLENA. GERIA. VIXI ANNIS. XXII.
QVOT. QVISQVE. VESTRVM. OPTAVERIT. MIHI
ILLI. SEMPER. VENIAT. VIVO. ET. MORTVO

Attulit, Attinet T pro D ſubſtituto ſcribi, docet Ter. Scaurus in Orthographia, quod priſci moris ſimulacrum in ſimilibus Vſu tritiſſimum eſt.

Atriaticum mare ſulcatum olim pro *Adriatico* Plin. teſtificatur lib.3. cap.16.

Artemidorus Τερτιταρίας ſcripſit pro Τερδιταρία Stephano teſte.

Itus Tuſcis: Idus Sabini, inquit Varro lib.5. de L. L.

T pro S.

T pro S.

Tertus pro *Terſus*. Varro περὶ Τύχης: *Aerea tertanitet galea.* Item Cato de liberis educandis. *Alij ſunt ita circumtonſi, & terti, atque vnctuli, vt mangonis eſſe videantur ſerui.* Sic *Merto*, *Pulto* Comicis, & notat Fabius. Euſtathius in Iliad. Κ ſcribit Atticos Homero poſteriores frequentaſſe Τ pro Σ: Τήμερον Τήτλον, Τεῦτλον extuliſſe. Aelius Dionyſius narrat potiſſimum Comicos ἐκκλίνειν πᾶν τὸ ἔχον σιγμὸν, καὶ ἦχησιν, καὶ ψόφον, *deuitare quidquid ſibilum haberet, & ſonorem, & ſtrepitum*: deriſoſque ab iis tragoedos illo: Ἔσωσας ἡμᾶς ἐκ τῶν σιγμάτων Εὐριπίδου: *Nos liberaſti ſigmatis Euripideis.* Ferunt inſuper Periclem primum euitaſſe Σ oris deformitatem cum ad ſpeculum corrigeret. Idem Euſtathius in Iliad. Υ. Λέγεται γοῦν καὶ Πινδάρῳ ποιηθῆναι καὶ ἀσιγματοποιηθεῖσα ᾠδὴ, καὶ τῷ Ἑρμιονεῖ Λάσῳ ἄσιγμος ὕμνος εἰς Δήμητραν. Haec ſunt: *Dicitur & Pindaro Oda quaedam abſque ſigmate elaborata fuiſſe, & Hermioni Laſo hymnus carens ſigmate in Cererem.* Idem Euſtathius in Proemio Odyſſ. refert Tryphiodorum Odyſſeam contexuiſſe profligato ſigmate.

T alias Caducum.

Cicero in Oratore: *Poſmeridianas quoque quadrigas libentius dixerim, quam Poſtmeridianas.* Victorinus lib. 1. Artis: Τ *quoq; ex conſonantibus eliditur, vt: Poſquam res Aſiae, non Poſtquam.*

V pro B.

Inſcriptiones priſcae: V R V I N A T E S.

Etiam *Euphoniae cauſa*, inquit Priſcianus lib. 1. in *Aufero* pro *Abſero*. Praenotarat Tullius in Rhetoricis.

FaVius pro *Fabius* in Pandectis Flor. notauit Taurellius. Idem notat *VerVtienſes* pro *Berytienſes*: Appono Inſcriptionem alteram in ſepulcro Plautij:

EX. NVMERO. TRANSDANVVIANORVM

V pro H

Plinius lib. 3. cap. 5. *Opidum Helia, quae nunc Velia.*
Liuio lib. 1. *Heneti*, Homero in Catalogo: *Veneti* vbi non?

V pro Y

Creberrimum eſt Vnum pro multis erit ſepulcri Plautiani fragmentum:
VLTRA. BORVSTHENEM. OBSIDIONE SVMMOTO

SECTIO QVINTA.

Diphthongorum ΜΕΤΑΣΤΟΙΧΕΙΩΣΙΣ.

AI, AE.

DIPHTHONGOS, ſeu Biuocales plures veterrimis Latij populis, quam poſteritati vſitatas indubitatum eſt. Olim Ai, & Ae: Ei, & Eu: Oi, poſt Oe: Au, Ou: Ẏi auis, ac nepotibus Diphthongorum principem Ai Graecorum imitatu veteres Latini varie vſurparunt. *Quidam ſemper, vt Graeci*, inquit Fabius lib. 1. cap. 7. *quidam ſingulariter tantum, cum in datiuum, vel genitiuum caſum incidiſſent. Vnde Pictai veſtis, & Aquai Virgilius amantiſſimus vetuſtatis carminibus*

minibus inſeruit. In iiudem plurali numero E vtebantur: Hi Syllae, Galbae. Tum aduocat Lucillium in primo. AI diphthongum propriam fuiſſe genitiuorum Papirianus autumat. Neque collata a Fabio exempla ſuadent aliud: & ſi pro datiuo facit Fabius. Diſertim quoque Nigidius apud Gellium lib. 13 cap. 24. *Huius terrai* I litera ſcribebat extrema: *Huic terrae* per E.

Aimilius Paitus in antiquo Saxo Calendarij Romae Teſtimonio Politiani librô 1. Epiſt. In fragmentis Capitolinis AIMILIVS ſexcentis locis. Beneuenti Inſcriptio:

SIBI. ET IVLIAI. PAPATAI. VXORI

Item Veronae: GALLAI, VXORI.

Apud Onufrium vetus Inſcriptio:

DITI. PATRI. AETERNAIQ. PROSERPINAI *conſecrauei*.

Item Inſcriptio Puignagi apud Brixiam VICTORIAI datiuus eſt. Romae ante aedes Alexandri Columnae Inſcriptio:

ANTONIAI. IVLIAI AVG Neroni AVGVSTAI. AGRIPPINAI.
Claudio Auguſto F. Caeſar.

Etiam in caſu primore ſingulario AI. Lugduni in S. Irenaeo:

QVAI. VIX. MECVM. ANN. XXIII.

Apud Lucretium: —— *Aiterno percita motu*, apud quem ſexcentis locis eam biuocalem agnoſcit Martianus lib. 3. Hoc ritu Inſcriptionibus eſt IVLIAI. CLAVDIAI. Vide Velium Longum. Aquae Claudiae Inſcriptionem redigit in memoriam Iuliae Claudiae memoria, in qua Caiſar:

TI. CLAVDIVS. DRVSI. F. CAISAR. AVGVSTVS

In vrbe Theate CAISARIS. Atque ita Inſcriptionibus in antiqius.

Remanſit in *Aiax, Maia,* Α'ίαξ, Μαία. In aliis recede ab Antiquitate; ac Nigidij praeſcriptum tene apud Gellium lib. 19. cap. 14. *E & ſubit, & praeit. In Europo praeit: ſubit in Aemilio: licet Ai ſillabam antiqui Graeca Conſuetudine per Ai ſcribebant, vt Aulai, Pictai, Muſai*, inquit Feſtus. Veteres *Aigrum* a voce doloris Ai, Ai: *Aegrum* poſteri.

Neque naturae gementis querela Ouidio viſa parum Latina:

Ipſe ſuos gemitus foliis inſcribit, & Ai, Ai
Flos habet inſcriptum, funeſtaq; litera ducta eſt.

Cumque ſit vbique natura ſui ſimilis, ſic in Aiace Sophocles:

Α'ὶ, ἀι, τίς ἂν ποτ' ᾤεθ' ὧδ' ἐπώνυμον
Τὸυμὸν ζυνοίσειν ὄνομα τοῖς ἐμοῖς κακοῖς;

Idem Theocritus in Adonidis luctu:

Κάτθανε δ' ἁ μορφὰ συν Α'δώνιδι Κύπριδος, Α'ὶ, ἀι,
Ω'ρεα πάντα λέγοντι, ϗ αἱ δρύες Α'ὶ τ̀ Α'δωνιν.

Mortua cum Adonide Cypridis forma, ai, ai.
Montes omnes clamant, & quercus ai Adonim.

Au

AV diphthongus in paucis reperitur, fuitque auribus datum *Clodius, Lotus, Codex* per O potius, quam per Au. Vide in praeſcriptis vocalem O multoties vicariam. Sic olim *Lauretum* cum ſcriberetur, poſt *Loretum*. Plin. lib. 15. cap. 30. Veteres etiam *Auſculari* ſcripſere pro *Oſculari*, & cum Plinio Feſtus.

Ei.

Ei *vero apud maiores tantummodo celebrata fuit*, inquit Iſidor. l. 1. Orig. c. 15. Quinimmo Nigidus apud Gellium lib. 19. c. 14. culpat inuentionem: *Graecos non tantae inſcitiae arceſſo, qui OY ex O, & Y ſcripſerunt, quantae, qui EI ex E, & I. Illud enim inopia fecerunt: hoc nulla re ſubacti.* Concinit cum his Quinctil. l 1. c. 7. *Quod quidem cum ſupervacuum eſt: quia I tam longae, quam breuis vocalis ſpatium occupat: tum incommodum aliquando. Nam in iis, quae proximam ab vltima literam E habebunt, & I terminabuntur, illam rationem ſequentes vtemur E E gemina, qualia ſunt haec: Aurei, Argentei, & ſimilia. Idq; in praecipue, qui ad lectionem inſtituentur, etiam impedimento erit: ſicut in Graecis accidit adiectione I literae, quam non*

ſolum

ſolum datiuis caſibus in parte vltima adſcribunt, ſed quibuſdam etiam interponunt: vtrumq; fit in λιζῦ: *quia Etymologia ex diuiſione inter ſillabas facta deſideret eam literam.* Diomedes lib. 2. *Et cum apud veteres frequentaretur, Vſu poſteritatis exploſa eſt.*

Frequentatam ſatis, ſuperque Lucillius manifeſtat in 9.

Iam Pueres venere, E poſtremum facito, atque I
Vt plures Pueres fiant. I ſi faci' ſolum,
Pupilli, Pueri, Lucilli hoc vniu' fiet.
Hoc Illi factum eſt vni: tenue hoc facies I.
Haec Illei fecere: addes E vt pinguiu' fiat.
Meille hominum, dic Meillia, item hinc vtroq; opu' Meiles,
Meilitiam. Tenues I Pilam, qua ludimu', Pilum
Quo piſo tenues I Plura haec feceri' Peila
Quae iacimus, addes. E, Peila vt pleniu' fiat.

Priſcianus lib. 11. *In eo deſinentia quartae coniugationis verba contra aliorum regulam I habent ante bam productam: quae tamen antiqui diphthongo ſcribentes tranſmutationem vocalium factam oſtendebant, vt, Adeibam pro Adiebam, Queibam pro Quiebam. Quod etiam in aliis verbis ſaepe ſolet fieri, vt: Poleibam pro Poliebam, Inſigneibam pro Inſigniebam.* Mar. Victorinus laudans hoc Maronis:

—— *Villis oneroſum, atque vnguibus aureis* ait: *In ſcribendo autem Reis ſillaba non diuiditur: ſed E litera in vnitatem cum I deducta per diphthongum Graeco more, & ratione ſcripta enunciatur.* IOVS. DEICITO in Agraria lege. Haud iniuria: nam παρὰ τὸ δείκνυω *dico eſt.* Animi namque ſenſa *monſtrata* ſunt omnium optabiliſſima: In Duilliana columna nobiliſſima: CASTREIS, SOCIEIS.

Cicero ad Paetum: *Cum ternei loquimur nihil flagitij eſt: cum Binei, obſcoenum* Ne ſcilicet repraeſentetur flagitioſius Graecorum *Biνεῖ*, vox vel e Sibylliacis bene nota. Pandectae Flor. *Vxorei.*

In vetere Monumento: SEI. NOMEN. QVAERIS. SVM. LESBIA ——

Aen.3. *Leimnaq; lauruq; Dei* —— in Codicibus MSS. Et probus Grammaticus nomina eſſe dicit, quae plenitudinem patiuntur, hoc eſt, in quibus E litera ſupereffluat, vt puta *Leimen.* Ex ea vetuſtate *Ameicus* apud Victorinum, *Eitur* Terentiano, *Eidem* pro *Iidem* in Arcu aquaeductus, qui in Caelio monte: CVRAVERVNT: EIDEMQVE. PROBAVERVNT. Ex ea in acroſtichide Plautina *Capteiuei.*

C *aptus*
A *lium*
P *ater*
T *antum*
E *t*
I *s*
V *e*
E *t*
I *udicio*

Menaechmei in alterius Comoediae argumento.

M *ercator*
E *x*
N *omen*
A *nos*
E *t*
C *iscum*
H *ic*
M *enaechinum*
E *umque*
I *ei ſe*

Vſurparunt & in Graecis dictionibus. Inſcriptiones eum morem repetunt in Γείνεται, Ε'τείμεσαν, Τεχνεῖται.

Sic in Triumphis Romanorum:

DE. SABINEIS, VOLSCEIS, AEQVEIS,
ETRVSCEIS, TARENTINEIS,
LVCANLIS, BRVTTIEIS, HERNICEIS
ILLVPIEIS, SATRICANEIS, TVSCEIS
LATINEIS, CAMPANEIS, SIDICINEIS,

Aletrij Tabula de marmore perantiqua : ESE. IOVSIT. IOVS. DEICITO Agrariae legis reſtantia.

Inibi: IOVDICEM. RECVPERATOREM.

Etiam vſi, vbi V breuiuſculum. Metis Inſcriptio apud Petrum Lepidum:

. ET. SIBI. ET. SOVEIS

In Lapide item : SOVOM. MAREITVM. CORDE. DILEXIT. SOVO.

Sic Μαιμάκυος ab Euſtathio in Odyſſ. K. recte ſcribitur. Neque aliter in Scholiis Ariſtophanis, aut Heſychio reſcriptum oportuit ab Atticarum Lectionum ſcriptore lib. 1. Alij quoque recte Μαιμάκυος, Tzetzes, Ariſtophanes, Etymologicus, Plato Comicus.

Verſo fato V longum pro OV in nominibus ex genitiuis Graecorum, prouenientibus. Plin. lib. 5. cap. 32. *Gordiu come*, Γορδίου κώμη.

In Terentij Lemmate: *Graeca Apollodoru.*

Yi.

Yi priſcae diphthongi, quae natales ſuos Graeciae debet, veſtigia reliqua ſunt in *Thyiade, Harpyia, Orithyia, Agyieo*: Verum in his Soſipater cenſet I non inoleſcere priori vocali, ſed eſſe conſonam. Errat. Velius Longus in Orthographia: *Sic apud illos* Μυῖα *per vnum I ſcribitur.* Item Αἴθυια: *licet repugnent Graeci, quo minus haec I litera in vnitatem cum aliqua vocali veniat, vt vnam ſillabam faciant, velintq́ᵹ* Μυῖαι, Αἴθυιαι *triſyllaba nomina eſſe.* Si Μυῖα quiſquam triſyllabum cenſuit, non & tetraſyllabum Αἴθυια? alioqui vbi proportio? At plerumque veteres curto fuere iudicio. Pergit Longus. *Vincet tamen illos natura teſte praeclaro:*

Υἱός θ', ἡρωός τ' ἀρετῆς πέρι δῆριν ἔθεντο.

De virtute fuit nato lis, atque nepoti.

Niſi hic verſus a duobus Anapaeſtis incipit, quod nullo modo poteſt fieri, ſed quoties, vt ſupra diximus, duabus vocalibus interiecta haec litera eſt, duarum conſonantium obtinet vicem. Sic non erit Acephalus verſus:

Thyias vbi audito trepidant trieterica Baccho,

& *Troiaq́ᵹ nunc ſtares,* —

&, *Aio te Aeacida Romanos vincere poſſe.*

ERT-

ERYCIO PVTEANO

Philologo S.

LVXVRIENTVR, & ſuo coelo ſudent vbertim Atlantes iſti valentiſsimi, qui ad amoeniora Philologiae quemquam diuertere flagitium putant. Haereant non vinculis lenioribus, ſed trabalibus, atque adamantinis clauis Caucaſo affigantur: dum mihi tecum, Ornatiſſime Puteane, *frondoſas inter valles, &* Tempe *vernantia ſecedere liceat, otiumq́; negotioſum iuxta, ac fructuoſum perſequi. Duces magni in montium verticibus ceruiculam non iactant (te, Annibal, teſtor) niſi qui prius in imo pede deſederunt, aut poſtquam ad ſumma iuga peruenere, in valleſtria demitti coguntur, idq́; gaudent: ne ſi diutius vento perflentur, langueant. Ea mihi ratione, ea ſtudiorum vice, valetudo conſtat, nec obruor: quin potius ipſa viciſsitate paſcor. Altioribus modo ſtudiis, attineor: modo valles placent, & floruulenta pratula. Pluribus igitur Opoſculis in Theologia proxime iam laboratis, editisq́;, placuit amoeniores campos reſpectare, & in* Orthographicorum *meorum Viridariis reſpirare. Idem te animo pridem imbibiſſe, eodemq́; vti indicio*, Cl. Puteane, *certo ſcio, noſtraq́; hactenus puto aſtra conſpirare. Nam Aen. 6.* —— Tu quoque magnam Partem opere in tanto —— *eamq́; potiſsimam occupaſti. Ante etiam alij. Cur & minores iiſdem ſpatiis excludantur? Imo vt qui ad palmam praeiuere, nobis ſuſpiciendi: ſic vbi ipſis palmam detulerimus, agnoſcant nos ſine fraude ſubſequi. Verum in tota hac tractatione, vix pars vlla*, Mi Puteane, *illuſtrior ea, quam tibi ſacratum venio. Ea eſt* Orthographicorum Variantia. *Huc oculos* Illuſtriſſime Puteane.

TRACTA-

Digitized by Google

Sacerdus pro *Sacerdos* in antiquo marmore in aede S. Martini in Montibus
SACERDVS. DEI. BRONTONTIS
Secondus pro *Secundus*, Inſcriptio Iaderae in Dalmatia.
Suilulo (vnde *Suiluli*) pro *Suillo*, Chariſius lib. 2.
Sic *Abitulo*.
SOMNV quod in MSS antiquioribus Varronis de R R. inuenit Victorius vitio tribuit nos victoriae, rectaeque ſcriptioni.
SVLCVS ex ὁλκός, Feſtus.
TRVX deciſum ex *Atrox* Paſſeratius opinatur.
V intercalarium etiam aeuo priſcorum fuit. Notat Victorinus *Alcumaeon*, *Alcumena*, *Tecumeſſa*. *Durauit hoc ſcribendi genus, donec Iulius Caeſar, qui Vopiſcus & Strabo, qui & Seſquiculus dictus eſt, primus de Tecmeſſa ſcripſit tragoediam ſuam, & in ſcena pronunciari iuſſit*, ſic forum *Bouarium*, & *Bouum* pro Boum ſcripſere. Sic *Aeſculapius*, *Hercules* cum Graecis ſint Α᾽σκληπιός, Η᾽ρακλῆς.

SECTIO QVARTA.

Conſonantium priſca, & Antiſtoecha Demutatio.

B In locum C inuaſit in antiquiſſimo Virgilij Codice Aen. 3.
Obcurrit veterem Anchiſen ———
Sic *Suburram* a pago *Succuſano* dictam eſſe ait Verrius, olimque *Sucurra* pro *Suburra* notat Varro lib. 4. de L L Eſtque illa Fabij vox lib. 1. cap. 13. *Suburra cum tribus literis notatur, C tertiam oſtendit*. Scilicet S V C Sic Antiquitas quando robur ſuum contra poſteritatis violentiam contutatur.
B pro D. *Bes* olim *Des*, Varro lib. 4. de L L. Idem lib. 6. *Ambagio*, *Abagio*, *Adagio*.

B loco P.

Boblicola priſci ſcripſere teſte Scauro, pro *Poplicola*. *Burrus* pro *Pyrrhus*. Et hanc antiquiſſimam eſſe pronunciationem ex Quinctiliano Priſcianus adſerit. Sic Latini *Buxum* ex πυξὸ tornauere.
Balaena ex φάλαινα. Feſtus: Balaenae nomen a Graeco deſcendit: hanc illi φάλαιναν dicunt antiqua Conſuetudine, qua πυῤῥὸν *Burrhum*. *Obtio* pro *Optione*. Albae Iuliae:

GENIO
TIB. CLAVDIVS
MANSVETVS
OBTIO

Suidas ſimiliter Βιτάκια τὰ παρ᾽ ἡμῖν πιτάκια λεγόμενα. Vt autem *Balaena*: ſic Α᾽μβροτος pro Α᾽μφροτος, Stephanus.
B loco Flatus aſperioris *Belena* ante ex Priſciano.

B pro V.

Bilis pro *Vilis*. Poëta vetus:
Horumce parentum eſt vita bilis liberis.
Bedae diſtinctus eſt: *Bile, ſi fel ſignificat per B: ſi abiectum aliquid, quod eſt vile, per V ſcribendum eſt*.
Baccha pro *Vacca* eſt in Gloſſario Stephani. Inſcriptio in foro Rhegino P E L B E M. A E R E A M pro *Peluem*.

Albeolus

Albeolus pro *Alueolus*. Pro *Cauea*, *Cabea*, *Cabia*; *Gabiola*, Gallicè *Geole*, *Gabiolarius*, Gallicè *Geolier*.

BIX. ANNIS ⚹ CI. Inſcriptio, quae Metis apud Petrum Lepidum Romae in domo Lucij Muratae: FL. PROBINCIA. FECIT

—— *Baſcones armipotentes* ex vetere Poëta legas apud Mar. Victorinum libro de Metrorum ratione: paſſim *Vaſcones*. Verum ſeneſcentibus Latinis literis talia non ſine mendo inarata. *Bobis* pro *Vobis*, Pand. Florentinae à Taurellio inuocatae. Ibidem: *Curatorum ope iubantur*, pro *Iuuantur*. *Vbas duracinas*, *Vibebat*, *Cabillatio*, *Negatiba verba*. Alibi *Inbentio*, *Minerba*, *Olibeto*.

Sunt & veteres Inſcriptiones adhoc exemplum in quibus *Abe*, *Adſignabit*, *Conſecraberunt*, *Dedicabit*, *Impetrabit*, *Procurabit*, *Albei*, *Atabis*, *Baleas*, *Bela*, *Benantia*, *Beneficio*, *Berna*, *Biba*, *Bibas*, *Boltinia*, *Curbati*, *Flabialis*, *Inbicto*, *Iubentutis*, *Lebo*, *Octabius*, *Se bibus*, *Se bibos*, *Sebera*, *Seberus*, *Serbus*, *Sibe*, *Berbecem*, *Biba*, *Bibi*, *Bibo*, *Bibus*, *Vniberſa*, *Vniberſus*, *Beneficio pro Veneficio*. Suidas: Κόρβες γὰρ τοὺς κόρακας φασὶ Ῥωμαῖοι. Idem: Βιστιάριον παρὰ Ῥωμαίοις τόπος, ἔνθα τὰ ἀναγκαῖα ἀπόκειται ἐσθῆς. *Corbos*, *ſeu Coruos enim dicunt Romani*. *Beſtiarium*, *ſeu Veſtiarium apud Romanos locus*, *vbi neceſſaria veſtis reponitur*. Idem: *Beſtia*, *ſeu Veſtes apud Romanos*, *vnde & Beſtiarium proprium dicitur*, *vbi veſtes regales cuſtodiuntur*. Prudentij in Romano nouior editio: *Verbece caeſo fumet vt caeſpes meus*. Moſchopulus: Βέστια παρὰ Ῥωμαίοις, τὰ ἱμάτια· ἐξ ὧν καὶ Βιστιάριον κυρίως, ἐν ᾧ τὰ βασιλικὰ ἐνδύματα φυλάσσονται. Sic apud Mauricium Imp. Βικάριον pro *Vicario* legas.

Sic *Bibilles*, δίμαλλοι in Philoxeni Gloſſis non *Biuilles*, vti parum conſiderate corrigunt. Ibidem *Biſpelliones* rectiſſime, non *Veſpillones*, quod reponunt. Neque vt praua iudicetur ſcriptio vel hilum me mouet ſecunda ſillaba, qu praenotarium. *Deana*, *Minerua*, *Mageſter* olim ſcriptitatum. *Adulterina clabis* in Lexico Cyrilli, vt putant, pro *Clauis*.

Solinus cap. 19. *Ilba* pro quo *Ilua* Maro, Silius, Plinius. *Parba*, *Olibetum*, *Silbula* in Tabulis Gregorij M.

B intercalare in *Comburo*, quod abſque eo M combinato praefert Inſcriptio vetus:

PICEM. CANDENTEM
PECTVS. MALVM. COMMVRAT

Intercalare quoque in *Sobrinis*.

C pro G.

C pro G *frequenter ponebant antiqui*, ait Feſtus: vnde *Cluma* pro *Gluma*. *Tricera*, *Virculta* in optimo Varronis de RR. Libro annotat P. Victorius. Feſtus *Prodicium a Prodicendo* figurat.

Ceres a Gerendo. Arnob. lib. 3. *Terram hanc alij, quod ſalutarium ſeminum frugem gerat, Cererem eſſe pronunciat*. Cicero 2. de Nat. D. *A gerendu fructibus Ceres tanquam Geres: caſuq; prima litera immutata, vt a Graecis*. Var. lib. 4. Quo de more pluribus ſupra, vbi τοῦ G defectum fuiſſe Latium oſtendimus. Ex eo more in Duillij roſtrata columna LECIONES, & MACISTRATOS legere eſt.

Buſlidianus Liuij Codex: *Vt in te hac via craſſaremur*, pro *Graſſaremur*. Sic *Cneius*, *Caius* ex antiquitate accepta ſunt pro *Gneius*, *Gaius*. Inſcriptionum in Oceano hi ſulci: *Aucuſtalis*, *Cartacinienſes*, *Maceſterium*, *Cemina*, *Incenuus pro Ingenuus*, *Primicenius*, *Vercilia*. Var. lib. 4. de LL. *A gerendo Gertibulum*, *vnde Cartibulum poſt dictum*. Γράσις, & Κράσις Graecis, Γαμψός, & Καμψός.

Cui Varroni eadem placita eſt commutatio in *Gladio* a *Clade*. *Gladium* a *Gelu*, quod priſcis Siculis *Gela* dicebatur, teſte Stephano dictum remur: nam ferro candenti rigorem inducit gelida.

ARCENTARIVS pro *Argentarius* veteri Epigrammati eſt:

CONSVLAT. V. M. F. STILICHONIS
SECVNDO. CC. DEPOSITVS. PVER
HELIAS. ARCENTARIVS. SEPTIMV
KAL. NOBEMBRES. DIE. BENERIS.
ORA. QVARTA

Ex *Heliae* nomenclatura non minus antiquum videtur: antiquo tamen more, & Orthographia Antiqua elucet in his: *Arcentarius*, *Septimu*, *Nobembres*, *Beneris*, *Ora* pro *Hora*: Vetuſtiſſimi enim in Latio more Aeolum non inſpirabant vocalibus. Claudius Chiffletius reperit in M S. germani ſui Plinio Q. OC. FAB. CONS pro *Q. Ogulnio*, *C. Fabio Coſſ.* vt ex Eutropio in Faſtis ſuis repoſuit Onuphrius.

C pro Q.

C pro Q *Hirquus* olim, qui poſt *Hircus*. Vnde Virgilij Codex oblongus:

——— *Tranſuerſa tuentibus hirquis*.

Quam lectionem nonnullis receptam Seruius adſeuerat.

Hinc transſcripti *Hirquitalli*, & *Hirquitallire* Cenſorino, ac Velio Longo, quod eſt *Gallaturire*.

Cos pro *Quos* ſcriptitatum leges Fabij lib. 1. cap. 4.

Relicus olim, vt *Vacus*, & *Relicuiae*, inquit Papirianus. Redolet hoc ſcribendi genus *Delicuit* in Metamorphoſi Ouidiana crebriuſcule, tanquam a priſco *Deliquo*, cuius ſimplex vtitur Maro:

——— *De montibus humor*

Liquitur ———

C pro S, & T.

C τοῦ S ſedes inuaſit. Sic quidam Virgilij Codices *Succepit* pro *Suſcepit*.

Quae ſcriptura Proportione iuuari potuit *Succido*, *Succiduus*, *Succubus*; ni Conſuetudo *Suſcepit* corroboraſſet.

C pro T vitioſe ſubſtitutum in Pandectis Florentinis in his:

Condicio, *Muciana*, *Solacium*.

C Cadiuum.

Ferctum, *Fertum*, Cato de R R. cap. 134. Vnde *Struferctarij*, *Strufertarij*, *Forctis*, *Fortis*, *Horctus*, *Hortus*. v. Feſtum.

D pro B.

Cicero in Oratore: *Duellum Bellum: Duis Bis: Duellium Bellium nominauerunt*. Fab. lib. 1. cap. 4. *Ex Duello bellum: vnde Duellos quidam dicere Bellos auſi.*

D loco L.

Seddam, quod hodie Sellam antiquos dixiſſe narrat Terent. Scaurus, & Feſti ſunt illa, *Seliquaſtra ſedilia antiqui generis. Appellantur D litera in L conuerſa, vt etiam in ſella factum eſt & ſubſellio, & ſolio, quae non minus a ſedendo dicta ſunt.*

Feſtus: *Odefacit*, pro *Olefacit*. Doriſmum id redolet, ὀδῶ. Mar. Victorinus *Kadamitatem* affert pro *Calamitatem*. Feſtus iterum teſtatur *Dacrimas* Liuio ſcriptitatum, non *Lacrimas*. Et hoc e Graeco Δάκρυα. Idem *Dautia*, quae Titus Liuius *Lautia*. Sic ortum *Meditare* ex Μελετᾶν. Varro lib. 4. de L L. *Antiqui vt Thetin Thelin dicebant: ſic medicam melicam vocabant*. Poſterius factum culpat Columella lib. 8. de R R. cap 2. *Chalcidicum, & Medicum, quod ab imperito vulgo litera mutata Melicum appellatur.*

Sic *Melipontos* cur magis, quam *Medipontos* probet Popina minus adſequor.

D vice N.

Veteres *Grundio* pro *Grunnio*. Caecilius: *Cruento ita ore grundibat miſer*. Claudius Annal. 15. *Grundibat grauiter pecus ſuillum*. Hinc *Grundiles Lares*. Caſſius Hemina in ſecundo Hiſtoriarum: *Paſtorum vulgus ſine contentione conſentiendo praefecerunt aequaliter imperio Remum, & Romulum ita, vt de regno pares inter ſe eſſent. Monſtrum fit: ſus parit porcos triginta, cuius rei fanum fecerunt Laribus Grundilibus*. In Spartiani ſcriptis Libris *Septizodium* pro *Septizonio* reperit Salmaſius, & in Euſebij Scaliger.

D pro R.

Varro lib. 5 de L L. *Meridies ab eo, quod medius dies. D antiqui, non R in hoc loco dicebant, vt Praeneſte inciſum in ſolario vidi, quod Cornelius in baſilica Aemilia, & Fuluia inumbrauit*. Item Cicero ſupra.

Sic

Sic veteres pro *Auriculis Audiculas* dixere, Velius Longus in Orthographia.

D loco T.

Quod pro *Quot*. Claudius Imper. in Orat. ſua:

IN. QVOD. FORMAS. STATVSQVE. RES
NOSTRA. DIDVCTA. SIT

In Lapidibus QVODANNIS, ADQVE crebriuſcula ſunt. Salonae in Dalmatia Tabula Dedicationis.

ITCIRCO. TAMEN. PROBE. FACTVM. ESTO

In vetuſtioribus paene omnibus Virgilij Codicibus. *Capud* cum D. Eximius ille locus:

Setoſi capud hoc apri ——

Similiter *At* pro *Ad* in antiquo Virgilij Libro: *Ad regina graui* ——

Item: *Ad mihi ſeſe offert* ——

Sic a *Mentior Mendax* peruicit, cum poſceretur *Mentax*. Itaq; ſcribit Eutyches per T lib. I.

D pro Z

Medentius, pro *Mezentius*. Cum enim haec duplex ſuopte ingenio complectatur D & S, abiecta litera ſerpentina prior deſerta manſit. Eam mutationem antiquiſſimis Priſcianus impingit lib. I. non ſemel. Docet hanc ratiunculam Vel. Longus; licet explanate minus. Ex hac obſeruatione Caſauboni correxit errorem Cl. Salmaſius. Reſcribebat ille *Lazos*, apud Capitolinum: *Lados* alter tuetur ex Competentia, docetque veteres *Trapedia* pro *Trapezijs*, *Sabadia* pro *Sabazijs*, *Obridium* pro *Obrizo* Iſidorum poſuiſſe.

Noto Dionyſij Halicarneſſei lib. I. Antiq. ſaepicule ſcriptum: Μεσλύνιος.

Δ pro Π in vetuſtiſſima Romae Inſcriptione agnoſcit ibidem Dionyſius ΔΕΝΑΣ pro ΠΕΝΑΣ Addit: Δοκεῖ γάρ μοι τοῦ γράμματος Π μὴ εὑρημένου, τῷ Δ ἄλλα δηλοῦν τὴν ἐκείνου δύναμιν τοὺς παλαιούς. Latine: *Mihi namq; videtur Π litera nondum reperta, veteris litera Δ vim illius ſignificaſſe.*

D intercalariã in his eſſe ſcribit Papir. *Seditio, Prodeſt, Proditus, Prodigus, Bidens, ouis*. V. de Etym. Nam qui a duobus dentibus dictam bidentem ſunt opinati, pridem exploſi ſunt. Similiter *Mederga, Redhoſtire, Redarguere, Redambulare*. Stephanus: Λέγεται καὶ μετὰ τοῦ Δ Χαλυβδικὸς τὸ κτητικόν. Λυκόφρων, Χαλυβδικῷ κνώδοντι. Καὶ ἡ χώρα Χαλυβδικὴ λέγεται. Latium: *Dicitur & cum* Δ *Chalybdicum poſſeſſiuum nomen: Lycophron: Chalybdico mucrone. Ipſa quoq; regio Chalybdica dicitur.*

FINALITATI verborum appoſitum: *Med, Ted erga* Comicis.

In roſtrata Duillij: IN. ALTOD. MARID. PVCN

F.

F pro Adſpiratione poſita olim. *Formiae, Hormiae*, Feſtus. Plin. lib. 3. c. 5. *Fordeum, Foedus* pro *Ordeum, Hoedus*, Fabius lib. 1. cap. 4. *Foedum* antiqui dicebant pro *Hoedo*, *Folus* pro *Holere*, *Foſtim* pro *Hoſte*, *Foſtiam* pro *Hoſtia*, Feſtus.

Sic *Faliſci* ab *Haleſo* denominati. Vide noſtra Sili-anal. 8. Anterius plura.

In Faſtis HORDICALIA nominantur, quod tunc *hordae* boues immolantur. Et quae praegnans taura *Horda* Varroni lib. 2. Ruſt. At Vertraius marmori inciſum vidit:

XVII. KAL. MAII FORD.

Nec in Aſpero Spiritu tantum id obtinuit: verum & in Leni. Dionyſius Halicar. l. I. hiſtor: producit in exemplum Fελένη, Fάναξ, Fοῖκος, Fανήρ, ac eiuſdenmodi.

F pro Ph.

F pro Ph monſtrauimus, vt de literarum defectu actum. Quod factitatum in peregrinis praeſertim dictionibus. *Foenices, Filippos, Orſitanum, Chirografa, Eſeſum* Pandectis Florentinis nobis obiicientibus. Accius *Finidis* pro *Phinidis*.

Romae in Bel vedere: SOSS. FILOCTETA. IN. HONOREM. COLLE. SVI.

F pro V

F pro V in *Sertus, Fulgus* pro *Seruus, Vulgus*, vbi Digamma Diomedes agnoſcit lib. 2. Nam V *literam geminari in vna ſillaba poſſe plurimi negant*. inquit. Et hoc anterius protractitatum. In agro Veronenſi Inſcriptio. P. FALERIVS. TROPHIMVS

Sic *Fotum, Firgo* Caſſiodoro Aeolum more.

Etiam pro B *PraeFuit* pro *Praebuit* notat ex Pand. Flor. Taurellius.

G pro C.

G olim non fuiſſe, inuentam ſic auxiſſe, aliarum vt officium functa fuerit, ſatis ſuperque in anterioribus paginis diximus. Quibus tamen adde G vicariam vicem reddidiſſe τοῦ C: quo more vetus Valerij Flacci Liber *Magrones* offert lib. 5. qui Plinio lib. 6. cap. 4. & Graecis *Macrones* pinguntur. Idem Flacci Codex *Lygurgum* praefert pro *Lycurgum*. v. Raenardum ad Lib. XII.

Terent. Scauro teſte *Gamelum* veteres pro *Camelo* vtebantur. Pari exemplo *Negotium* ex *Nec otium*, *Glauis* cum G Lycophoni apud Stephanum:

Γλάνις δὲ ῥείθροις δέξεται τέγγων χθόνα.

Glauis fluentis excipit rigans terram.

Silio *Clanis* cum C & Maroni *Clanius*, & Straboni lib. 5. Idem Plinio lib. 3. cap. 5. edente Sigiſmundo Gelenio.

Alagriores pro *Alacriores* in Varronis optimo Libro de R R. P. Victorius enotauit.

Cynoſarges pro *Cynoſarces*. v. Nonnum in Nazianzenum.

Suidas: Γρυνοὶ κορμοὶ δρύϊνοι κατ' ἐναλλαγὴν τοῦ δ εἰς γ. Latine *Gryni, trunci querni verſo D in G.*

Amorga ex Ἀμοργή, poſt *Amurca*, Terentianus. Plutarch. in Romulo: Ὃν νῦν Κερμανὸν καλοῦσι, πάλαι δὲ Γερμανὸν, ὡς ἔοικεν ὅτι καὶ τοὺς ἀδελφοὺς Γερμανοὺς ὀνομάζουσι. *Quem Cermanum vocant, olim Germanum, vt videtur, quod Adelphos, ſeu fratres Germanos nominant.* Idem Euſtathio in Dionyſium traditur.

Apud Lampridium *Campagus*: in veteribus notis ad Iuliani patricij Nouellas *Campacos* per C inuenias, non per G.

L pro D.

Delicare pro *Dedicare*, & *diis delicata* veteres ſcriptitaſſe Feſtus auctor eſt. Vrnula Romae

D. M

T. EIAE. EVPHROSINES

RVFFINAE. V. V.

DELICATAE

Accius Achille: *Qua re alia ex crimine inimicorum effugere poſſis, delica.* Sic apud Tertul. aduerſus Hermogenem de Deo: *Velut delicant* reſcribunt.

Melicae gallinae guſtum veteribus mouere, quae erant *Medicae*. Neque diſpliceat *Lapſilis* pro *Dapſilis* auctoribus geminis Codicibus Vaticanis, & amplectente Lipſio lib. 1. Antiq Lect. cap. 15. Conteſtatur quoque Feſtus ſcriptum olim *Caſſila*, *Impelimenta*, pro *Caſſida Impedimentis*. Sic paſſim Latini *Vlyſſes*, *Alacris* fecere ex Ὀδυσσεύς, Ἄδακρυς.

L pro N.

Apud Varronem *Vallus* pro *Vannus*, qui Libris de L L. a *Volando* figurat. *Vannum* enim cum iactant, leuiora quaeque auolant. Idem *Euannere*, *Euallere* apud Plinium lib. 18. cap. 10.

L pro R.

Lemuria, *Remuria*, quis ſuper Ovid. 5. Faſtor.

Romulus obſequitur, lucemq; Remuria dixit
Illam, qua poſitis iuſta feruntur auis
Aſpera mutata eſt in lenem tempore longo
Litera, quae toto nomine prima fuit.

Sic

Sic *Palilia, Parilia.* I ad ſeriem Catholicam.
Pecula, Pecora, Pecura: vnde *Peculium, Peculiaris*.
Sic *Lilium*, Λείριον, Varro lib. 4. de L L.

N pro L

Ναΐδα pro Λαΐδα nobili ſcorto ſcriptum quibuſdam notat Stephanus libro de Vrbibus.

N Cadiua.

Hanc literam decidere in his a Cicerone ſcriptis *Foreſia, Megaleſia, Horteſia* fides ſit penes Velium Longum in Orthographia. In *Megaleſia* vero non iuſtam fuiſſe literae N poſſeſſionem, ſed ex Apice, ſcribendi natum errorem putant.

Antiquis item pleriſque *Toſus, Tuſus, Praſus* N elemento in exilium acto ſcriptum teſtatur Papirianus.

Adde *Tago, Pago, ſiue Paco. Fragor, ex Frango.*

N intercalaria.

Vetus Inſcriptio in opido Lanlingen:

.... ARAM
CVM. SINGNO
ARGENTEO

N σωυaria τοῦ Σ

Nequa ex Graecorum Conſuetudine recentiorum labendi cuippiam offeratur occaſio, ſciendum eſt, eos vocibus geminantium ſigmatum vnius loco N ſurrogare. Ἀντίκλωσωρ, *Anteceſſor*, Σούκλωσος, *Succeſſus*, Μίνσας, *Miſſus*, Μινσούρια, *Miſſoria*. Conſtantinus Porphyrogenetes:

Μινσούρια ἀργυρᾶ ἀνάγλυφα.
Miſſoria ex argento ſculpta.

Fallit igitur opinio illa quorundam: Ita Graeci: ita ergo Latini ſcriptitant.

P pro B

Veteres *Plenni* pro *Blennis*. Lucillius:

Deblaterat plennus, bonu' ruſtic' concinit vna.

Olim Σάπειρις, poſt Σάβειρις; Stephanus. Sunt & illa aeui retruſioris, *Optimeo, Opſecro, Apſens*. Inſcriptio in foro Romano ad aedem Saturni:

EX. STIPE. QVAM. POPVLVS. ROMANVS
ANNO. NOVO. APSENTI. CONTVLIT

Sic in Via-ſacra: PARIETEM. OPSTRVITO

Ex eodem fonte deriuatum ad poſteros *Scripſi a Scribo* Terentius Scaurus auctor eſt. Nonnulli ex ברא *Creare, Pario* efformant. Iidem ex ברוך maculoſo *Pardum*, ex בתולה *Succeſſe*.

P pro Ph.

Inſcriptio Diocletiani: IN. HOC. SPAIRISTERIO

Apua pro *Aphya* Plin. l. 31. c. 8. *Apuam noſtri, Aphyam Graeci vocant*: quoniam piſciculus e pluuia naſcitur, ἀπὸ ὕειν. Mirari ſubit ex occaſione hac iſta Plutarchi tom. 1. Ὡς ἀφύων φορὰν Μεγαρεῦσι ποιοῦσα δι' ἐκείνων, Xylandrum vertiſſe: *Ipſius gratia magnum ſe aquarum prouentum Megarenſibus largiturum*. Veterum Inſcriptiones PILIPPVS pro *Philippo*. Graecorum dialecti Πιάλη, Φιάλη.

Huius

R, L, S

Huius trigiae capita cognatione inter ſe teneri eo perſuadet Terent. Scaurus. *quod qui R exprimere non poſſunt, aut L dicunt, aut S.* Quales Demoſthenes, Metellus Pontifex, Alcibiades, cuius Alcibiadis illud eſt apud Plutarchum : Ὀλᾷς Θέωλον; τλὼ κεφαλλὼ κόλακος ἔχη. Appius item Claudius R inuenit, ſcripſitque *Valerios, & Furios,* vt eſt Lib. 1. D. Idem ex eo, quod ex *Capra, & Fratre* fiant *Capella, & Fratellus. Parmularius* Graecis eſt Παλμυλάριος.

Sic Ἄθλιβις apud Stephanum: apud Strabonem & Nicanorem cum R Ἄθριβις. Sic Ἄζιλις, Ἄζιρις apud eundem Stephanum. Quam *Haliartum* alij, Harmenidas cum R nominat Ἀρίαρτον. Sic Ἀργαλέον, Ποδαργία ex Ἀλγαλέον, & Ποδαλγία notant Scholia vetera in Plutum. Plato in Cratylo : Nos dicimus Σκληρότης: Eretrienſes autem Σκληρότηρ. Et Lacedaemonij. Ἡμεῖς μὲν φαμὲν Σκληρότης, Ἐρετριεῖς δὲ σκληροτήρ. Euſtathius in Iliad. α. Eretrienſibus tribuit, Οὔτορ, ἵππορ, quos ad ſatiatem ῥωτακίζειν (ſic enim frequens ρ vſurpare vocant Athenaeus lib. 10. & Suidas) ſcribit Dionyſius Halicarnaſſeis, Heſychius, Euſtathius, alij. Turrim Romanis exſtruit, Τύρσις Graecorum, ita explicante Galleno περὶ ἄρθρων, Τύρσιν μὲν τὸν πύργον ἀκούειν χρή. *Thyrſim, turrim intelligi par eſt.*

R pro D

Aruocatus, Arfines, Arfari. Vide *Arceſſo.*

Vaticanus Codex in Aſinaria:

Hirundinem, monerulam, paſſerculum, putillum. Vulgo *Monedulam.* Sic apud Turpilium

Arcedo :

Quia mea verba venatur, peſtis arcedat.

Item *Meridies* in Oratore Tullij. Sic ר, & ד cum apice minimo diſtinguantur D. Hieron. adnotauit ad nouam Hebraeorum caſtrametationem pro *Daphca* legi a nonnullis *Raphca.*

R pro H

Priſcianus *Habonium* appellat, quem Tullius in Verrem *Rabonium.* Errori librariorum non imputat Vrſinus, ſed Antiquitati, qua inciſum in Lapide *Operisq. incroandi* pro *Incohandi.* Item *Rusus oper* pro *Huius.* Et : T. *Fl. Arcreſilaus pro Archeſilaus.* Haec tamen vt recta pronunciem, alia opus aduocatione. Non ſum animal, quod vento nutritur, & aura.

R pro N

Strigores, pro *Strigones,* Feſtus. Quod irato Mercurio Turnebus emendabat. Sic olim *Architectores* pro *Architectones* poſitum. Paſſim *Aeneus, Aereus.* Similiter Γαλανός, Γαλερός.

COSS pro *Conſules* relato archaiſmo, & apud Varronem lib. 5. de L L. CESSORIBVS pro *Cenſoribus.*

R pro T

Lora, Lota, Varro lib. 1. de R R. cap. 54.

R Caduum

Rusum, Retroſum nonnullis praeplacuiſſe ſuauitatis cauſa teſtatur Velius Longus in Orthographia.

S loco B.

S loco B.

Caſſiodorus lib. de Orthogr. *Eſt vbi B, quod vix credibile eſt, in S rogatur, Suſpendere, Suſcitare.* Caſſiodorus parum hic credulus, nec ego magis. Potius enim τὸ S & P ſuccedit: videtur debuiſſe ſcribi Superpendo, Supercito, concidi, & verti. At melius dixeris componi ex antiquo *Suſum* pro *Surſum*.

S pro D.

Clauſus pro *Claudio*. Silius lib. 17.

Hic priſca ducens Clauſorum ab origine nomen
Claudia —— Ovid. in Faſtis:

Claudia Quincta genus Clauſo referebat ab alto.

Maro Aeneid. 7.

Ecce Sabinorum priſco de nomine regum
Agmen agens Clauſus, magniq; ipſe agminis inſtar,
Claudia nunc a quo diffunditur & tribus, & gens.

S pro R

Notat Terentius Scaurus *Fuſuos* antiquis fuiſſe pro *Furuis*, *Aſas* pro *Aris*, *Laſes* pro *Laribus*, Accio ſcriptum:

Horriferum portentum pauos. Naeuio in Lycurgo:
Iam ibi nos duplicat aduenientis timos, pauos.

Quinctil. lib. 1. cap. 4. *Valeſij, & Fuſij in Valerios, Furiosq; venerunt. Ita Arbos, Labos, Vapos etiam, & Clamos, at Laſes aetatis fuerunt.* In carmine Saliari: *Iani Cuſiones* pro *Curiones*. Placidus in Gloſſis: *Haſenam antiqui dicebant*. Item *Feſias* pro *Ferias* auctore Velio Longo in Orthographia: monetque vtriſque ſeculis per I vocem hanc elatam, non per E. Sic eodem auctore quibusdam praeplacuit *Doſſum* per duo SS. *vt lenius enunciarent.* Vnde Varro lib. 6. de RR. *Aſellis doſſuariis comportant ad mare oleum.*

Suſſum pro *Surſum*: vnde *Suſtito*, ſurſum cito. Veteres *Quaeſo*, *Quaeſiui*: poſteri *Quaero*, Chariſi. lib. 2. Ennius in Cteſiphonte (alias Creſiphonte) apud Feſtum:

Ducit me vxorem liberorum ſibi quaeſendorum gratia.

Idem in Andromacha (ſeu verius Andromeda)

Librum quaeſendum cauſa familiae matrem tuae.

Ennius lib. 2. — *Nautiq; mari quaeſentibus vitam*

Varro lib 5. de L L. *Duonus Ceruſes*, pro *Cerures* ex *Cerus*, vt a *Gnarus*, *Gnarures*. Ibidem ab *Laſibus*, *Lares*. Sic *Maioſibus*. *Melioſibus*. Liuius lib. 3. *Furios, Fuſios ſcripſere quidam. Id admoneo, nequis immutationem virorum ipſorum eſſe, quae nominum eſt, putes.* Feſtus, qui antiquitati quoq; tribuit *Arboſem*, *Roboſem*, *Auſelios*, *Papyſios*. Ex hoc more *Fuſiae leges* Verrina tertia pro *Furiis*, & *Furiam* dicit Vlpianus in Pandectis.

Sabini *Auſum* pro *Auro* ſcripſere apud Feſtum. In Carinthia Inſcriptio:

GENIO. NORI
CORVM
MASGELLVS
MASCELLINVS

pro *Marcellus*, *Marcellinus*. Varro lib. 5. de L L. *Nunc Ornamentum, olim Oſnamenta, vt ſcenici pleriq; dicunt.* Idem lib. 6. *In quo antiqui dicebant S, poſtea dicunt R, vt in carmine Saliorum ſunt haec: Coſauli, Doloſi, Eſo. Omnia vero ad-patula coëmiſſo. Iam Cuſiatij, Muſes, Ruſe, dumq; Ianus veniet. Poſt Melios, Melior; Foedeſum, Foederum: Pluſima, Plurima: Aſena, Arena: Ianitos, Ianitor. Quare Caſmena, Carmena, Carmina.* Catoni *fundus melios.* Satin' rabioſulas caniculas vitauimus? Satin' cum ſerpentibus irrientem literam exſibilauimus? Vtrumque cum Heſychio claudamus, cuius verba flagitium ſit praetermiſiſſe: docet enim *Pelaſgos* olim dictos *Pelargos*: quod ciconiarum more vagi: Πελαργικὸν ἀντὶ τοῦ πελασγικῶν· πελαργοὺς γάρ φασι τὴν Ἀττικὴν οἰκῆσαι, ἀπὸ τῶν πελασγῶν μεταφέροντες ἐπὶ τὰ πτιλωτά. *Pelargicum pro Pelaſgicum. Pelargos enim dicunt Atticum habuiſſe, a Pelaſgis ad alata transferentes.*

S pro Z

Meſſentius, Pitiſſare, Tabliſſare, caetera id genus Diomedes lib. 2. Priſcian. lib. 1.
Plautus in Mernaechinis *Cyathiſſare.* I ad ſeriam Alphabetariam in *Badiſo*, *Malaciſſo*, *Patriſſo*.

S pro X

Pierius in 10. Aen. teſtatur quibuſdam Libris eſſe:
Seſcentos illi dederat —— pro *Sexcentos.*
Lucill. lib. 30. *Maximu' ſi argenti ſeſcentum, ac mille reliquit.*
Nonij ſic editio nouiſſima a Pierio: *Auſere* pro *Auxere*: Accius in Andromeda: *Multi inique mulier animo ſibi mala auſere in malis.* Notae teſtificantur ſic eſſe in tribus Nonij Exemplaribus.
Victorinus ex priſcis Tullij Libris *Eſcandeſcentia* ſcribit in 4. Tuſcul.

S ΕΜΒΟΛΙΜΑΙ͂ΟΣ, *ſeu Intercalaria.*

Poeſnas, *Caſmoenas*, *Coeſnas* dixiſſe priſcos auctor Feſtus. Idem in Epitoma *Duſmoſum* pro *Dumoſo*.

T pro D.

Fabius lib. 1. cap. 4. *Quare minus mirum, ſi in vetuſtis operibus vrbis noſtrae, & celebribus Templis legantur Alexanter, & Caſſantra.* Soſipater lib. 1. *Set* pro *Sed*: item Inſcriptiones, in quibus etiam *At*, *Aput* pro *Ad*, *Apud*.
Sed & per T ſcribi ſonus vocis admittit, inquit Soſipater.
Victorinus cum ſcribit *Atuentum*, & *Aput* eſſe deſita, fuiſſe docet. Certe in Maronis aliquantis veteribus Libris legitur *Atuentum*, pro *Aduentum* in quinto. In 4. *Atcepit* nonnulli Codices, de quo Lucillius:
—— *Accipere, atque Accurrere ſcribas:*
Due, an T, non eſt quod quaeras, atque labores.
Item in vno Virgilij: —— *Meq; at tua lumina mittis*
Item: —— *Aterstq; vocatus Apollo.*
Et: —— *Atopertus amictu.*
It, Quit, Quot pro *Id Quid, Quod* in Libris, ac Marmoribus. Romae in tabula marmorea apud Maffeios:

I T. QVOD. INFRA. SCRIPTVM. EST

Altera Romae in aedicula S. Baſilij, quae ad horologium Auguſti ſita eſt:

APVSVLENA. GERIA. VIXI ANNIS. XXII.
QVOT. QVISQVE. VESTRVM. OPTAVERIT. MIHI
ILLI. SEMPER. VENIAT. VIVO. ET. MORTVO

Attulit, Attinet T pro D ſubſtituto ſcribi, docet Ter. Scaurus in Orthographia, quod priſci moris ſimulacrum in ſimilibus Vſu tritiſſimum eſt.
Atriaticum mare ſulcatum olim pro *Adriatico* Plin. teſtificatur lib. 3. cap. 16.
Artemidorus Τερριτανίαν ſcripſit pro Τερδιτανία Stephano teſte.
Itus Tuſcis: *Idus Sabini*, inquit Varro lib. 5. de L L.

Digitized by Google

T pro S.

Tertus pro *Terſus*. Varro περὶ Τύχης: *Aerea tertanitet galea*. Item Cato de liberis educandis. *Alij ſunt ita circumtonſi, & terti, atque vnctuli, vt mangonis eſſe videantur ſerui*. Sic *Merto*, *Pulto* Comicis, & notat Fabius. Euſtathius in Iliad. K ſcribit Atticos Homero poſteriores frequentaſſe T pro Σ: Τήμερον Τήτλον, Τεῦτλον extuliſſe. Aelius Dionyſius narrat potiſſimum Comicos ἐκκλίνειν πᾶν τὸ ἦχον σιγμόν, καὶ ἐξήχησιν, καὶ ψόφον, *deuitare quidquid ſibilum haberet, & ſonorem, & ſtrepitum*: deriſoſque ab iis tragoedos illo: Ἔσωσας ἡμᾶς ἐκ τῶν σιγμάτων Εὐριπίδου: *Nos liberaſti ſigmatis Euripideis*. Ferunt inſuper Periclem primum euitaſſe Σ oris deformitatem cum ad ſpeculum corrigeret. Idem Euſtathius in Iliad. Υ. Λέγεται γοῦν καὶ Πινδάρῳ ποιηθῆναι καὶ ἀσιγματοποιηθεῖσα ᾠδή, καὶ τῷ Ἑρμιονεῖ δὲ Λάσῳ ἄσιγμος ὕμνος εἰς Δήμητραν. Haec ſunt: *Dicitur & Pindaro Oda quaedam abſque ſigmate elaborata fuiſſe, & Hermioni Laſo hymnus carens ſigmate in Cererem*. Idem Euſtathius in Proemio Odyſſ. refert Tryphiodorum Odyſſeam contexuiſſe profligato ſigmate.

T alias Caducum.

Cicero in Oratore: *Poſmeridianas quoque quadrigas libentius dixerim, quam Poſtmeridianas*. Victorinus lib. 1. Artis: T *quoq. ex conſonantibus eliditur, vt: Poſquam rex Aſiae, non Poſtquam*.

V pro B.

Inſcriptiones priſcae: V R V I N A T E S.

Etiam *Euphoniae cauſa*, inquit Priſcianus lib. 1. in *Auſero* pro *Abſero*. Praenotarat Tullius in Rhetoricis.

FaVius pro *Fabius* in Pandectis Flor. notauit Taurellius. Idem notat *VerVtienſes* pro *Berytienſes*: Appono Inſcriptionem alteram in ſepulcro Plautij:

EX. NVMERO. TRANSDANVVIANORVM

V pro H

Plinius lib. 3. cap. 5. *Opidum Helia, quae nunc Velia*.
Liuio lib. 1. *Heneti*, Homero in Catalogo: *Veneti* vbi non.

V pro Y

Crebertimum eſt Vnum pro multis erit ſepulcri Plautiani fragmentum:
VLTRA. BORVSTHENEM. OBSIDIONE SVMMOTO

SECTIO QVINTA.

Diphthongorum ΜΕΤΑΣΤΟΙΧΕΙΩΣΙΣ.

AI, AE.

DIPHTHONGOS, ſeu Biuocales plures veterrimis Latij populis, quam poſteritati vſitatas indubitatum eſt. Olim Ai, & Ae: Ei, & Eu: Oi, poſt Oe: Au, Ou: Yi auis, ac nepotibus Diphthongorum principem Ai Graecorum imitatu veteres Latini varie vſurparunt. *Quidam ſemper, vt Graeci*, inquit Fabius lib. 1. cap. 7. *quidam ſingulariter tantum, cum in datiuum, vel genitiuum caſum incidiſſent. Vnde Pictai veſtis, & Aquai Virgilius amantiſſimus vetuſtatis carminibus*

minibus inſeruit. In iiſdem plurali numero E vtebantur: Hi Syllae, Galbae. Tum aduocat Lucillium in primo. AI diphthongum propriam fuiſſe genitiuorum Papirianus autumat. Neque collata a Fabio exempla ſuadent aliud: & ſi pro datiuo facit Fabius. Diſertim quoque Nigidius apud Gellium lib. 13 cap. 24. *Huius terrai* I litera ſcribebat extrema: *Huic terrae* per E.

Aimilius Paitus in antiquo Saxo Calendarij Romae Teſtimonio Politiani libro 1. Epiſt. In fragmentis Capitolinis AIMILIVS ſexcentis locis. Beneuenti Inſcriptio:

SIBI. ET IVLIAI. PAPATAI. VXORI

Item Veronae: GALLAI. VXORI.

Apud Onufrium vetus Inſcriptio:

DITI. PATRI. AETERNAIQ. PROSERPINAI *conſecrauei*.

Item Inſcriptio Puignagi apud Brixiam VICTORIAI datiuus eſt. Romae ante aedes Alexandri Columnae Inſcriptio:

ANTONIAI. IVLIAI AVG Neroni AVGVSTAI. AGRIPPINAI.

Claudio Auguſto F. Caeſar.

Etiam in caſu primore ſingulario AI. Lugduni in S. Irenaeo:

QVAI. VIX. MECVM. ANN. XXIII.

Apud Lucretium: —— *Aiterno percita motu*, apud quem ſexcentis locis eam biuocalem agnoſcit Martianus lib. 3. Hoc ritu Inſcriptionibus eſt IVLIAI. CLAVDIAI. Vide Velium Longum. Aquae Claudiae Inſcriptionem redigit in memoriam Iuliae Claudiae memoria, in qua Caiſar:

TI. CLAVDIVS. DRVSI. F. CAISAR. AVGVSTVS

In vrbe Theate CAISARIS. Atque ita Inſcriptionibus in antiqius.

Remanſit in *Aiax, Maia, Αἴαξ, Μαῖα.* In aliis recede ab Antiquitate; ac Nigidij praeſcriptum tene apud Gellium lib. 19. cap. 14. *E & ſubit, & praeit. In Euripo praeit: ſubit in Aemilio: licet Ai ſillabam antiqui Graeca Conſuetudine per Ai ſcribebant, vt Aulai, Pictai, Muſai*, inquit Feſtus. Veteres *Aigrum* a voce doloris Ai, Ai: *Aegrum* poſteri.

Neque naturae gementis querela Ouidio viſa parum Latina:

Ipſe ſuos gemitus foliis inſcribit, & Ai, Ai
Flos habet inſcriptum, funeſtaq́; litera ducta eſt.

Cumq́ue ſit vbique natura ſui ſimilis, ſic in Aiace Sophocles:

Αἴ, αἴ, τίς ἄν ποτ᾽ ᾤεθ᾽ ὧδ᾽ ἐπώνυμον
Τοὐμὸν ξυνοίσειν ὄνομα τοῖς ἐμοῖς κακοῖς;

Idem Theocritus in Adonidis luctu:

Κάτθανε δ᾽ ἁ μορφὰ σὺν Ἀδώνιδι Κύπριδος, Αἴ, αἴ,
Ὤρεα πάντα λέγοντι, καὶ αἱ δρύες Αἴ τὸν Ἄδωνιν.

Mortua cum Adonide Cypridis forma, ai, ai.
Montes omnes clamant, & quercus ai Adonin.

Au

AV diphthongus in paucis reperitur, fuitq́ue auribus datum *Clodius, Lotus, Codex* per O potius, quam per Au. Vide in praeſcriptis vocalem O multoties vicariam. Sic olim *Lauretum* cum ſcriberetur, poſt *Loretum*. Plin. lib. 15. cap. 30. Veteres etiam *Auſculari* ſcripſere pro *Oſculari*, & cum Plinio Feſtus.

Ei.

Ei *vero apud maiores tantummodo celebrata fuit*, inquit Iſidor. l. 1. Orig. c. 15. Quinimmo Nigidus apud Gellium lib. 19. c. 14. culpat inuentionem: *Graecos non tantae inſcitiae arceſſo, qui OY ex O, & Y ſcripſerunt, quantae, qui EI ex E, & I. Illud enim inopia fecerunt: hoc nulla re ſubacti.* Concinit cum his Quinctil. l. 1. c. 7. *Quod quidem cum ſuperuacuum eſt: quia I tam longae, quam breuis vocalis ſpatium occupat: tum incommodum aliquando. Nam in iis, quae proximam ab vltima literam E habebunt, & I terminabuntur, illam rationem ſequentes vtemur E E gemina, qualia ſunt haec: Aurei, Argentei, & ſimilia. Idq́; iis praecipue, qui ad lectionem inſtituentur, etiam impedimento erit: ſicut in Graecis accidit adiectione I literae, quam non*

ſolum

ſolum datiuis caſibus in parte vltima adſcribunt, ſed quibuſdam etiam interponunt: vtrumq; fit in ληΐζω? *: quia Etymologia ex diuiſione inter ſillabas facta deſideret eam literam.* Diomedes lib. 2. *Ei cum apud veteres frequentaretur, Vſu poſteritatu exploſa eſt.*

Frequentatam ſatis, ſuperque Lucillius manifeſtat in 9.

Iam Pueres venere, E poſtremum facito, atque I
Vt plures Pueres fiant. I ſi faci' ſolum,
Pupilli, Pueri, Lucilli hoc vnu' fiet.
Hoc Illi factum eſt vni: tenue hoc facies I.
Haec Illei fecere: addes E vt pinguiu' fiat.
Meille hominum, dic Meillia, item hinc vtroq; opu' Meiles,
Meilitiam. Tenues I Pilam, qua ludimu', Pilum
Quo pinſo tenues I Plura haec feceris Peila
Quae iacimus, addes. E, Peila vt pleniu' fiat.

Priſcianus lib. 11. *In eo deſinentia quartae coniugationis verba contra aliorum regulam I habent ante bam productam: quae tamen antiqui diphthongo ſcribentes tranſmutationem vocalium factam oſtendebant, vt, Adeibam pro Adiebam, Queibam pro Quiebam. Quod etiam in aliis verbis ſaepe ſolet fieri, vt: Poleibam pro Poliebam, Inſigneibam pro Inſigniebam.* Mar. Victorinus laudans hoc Maronis:

——— *Villis onerosum, atque vnguibus aureis* ait: *In ſcribendo autem Reis ſillaba non diuiditur: ſed E litera in vnitatem cum I deducta per diphthongum Graeco more, & ratione ſcripta enunciatur.* IOVS. DEICITO in Agraria lege. Haud iniuria: nam παρὰ τὸ δεικνύω *dico eſt.* Animi namque ſenſa *monſtrata* ſunt omnium optabiliſſima: In Duilliana columna nobiliſſima: CASTREIS, SOCIEIS.

Cicero ad Paetum: *Cum ternei loquimur nihil flagitij eſt: cum Binei, obſcoenum* Ne ſcilicet repraeſentetur flagitioſius Graecorum Βινεῖ, vox vel e Sibylliacis bene nota. Pandectae Flor *Vxorei.*

In vetere Monumento: SEI. NOMEN. QVAERIS. SVM. LESBIA —

Aen. 3. *Leiminaq; lauruq; Dei* —— in Codicibus MSS. Et probus Grammaticus nomina eſſe dicit, quae plenitudinem patiuntur, hoc eſt, in quibus E litera ſuperefluat, vt puta *Leimen.* Ex ea vetuſtate *Ameicum* apud Victorinum, *Eitur* Terentiano, *Eidem* pro *Iidem* in Arcu aquaeductus, qui in Caelio monte: CVRAVERVNT: EIDEMQVE. PROBAVERVNT. Ex ea in acroſtichide Plautina *Capteivei.*

C *aptus*
A *lium*
P *ater*
T *antum*
E *t*
I *s*
V *e*
E *t*
I *udicio.*

Menaechmei in alterius Comoediae argumento.

M *ercator*
E *x*
N *omen*
A *uos*
E *t*
C *ircum*
H *ic*
M *enaechinum*
E *umque*
I *ei ſe*

Vſurparunt & in Graecis dictionibus. Inſcriptiones eum morem repetunt in Γείνεται, Ἐπείμεσαν, Τεχνεῖται.

Sic in Triumphis Romanorum:

DE. SABINEIS, VOLSCEIS, AEQVEIS,
ETRVSCEIS, TARENTINEIS,
LVCANEIS, BRVTTIEIS, HERNICEIS
ILLVPIEIS, SATRICANEIS, TVSCEIS
LATINEIS, CAMPANEIS, SIDICINEIS,

Aletrij Tabula de marmore perantiqua: CAMPVM. VBEI. LVDVNT.

Sic in Agrariis, & Iudiciariis vetuſtiſſimis tabellis, quae apud Ful. Vrſinum, legitur QVASEI, SIBEI, VBEI, SEINE.

Quae diſtracta diphthongus primore ſui parte veteribus addicta peperit *Quaſe, Sibe*: poſteriore Vſui data *Quaſi, Sibi.* Sic olim AMEICVS in foedere cum Cartaginienſibus a Lutatio: Antiquitas deſcripſit ex ea *Amecus*: aetas inſecuta *Amicus*. Hoc & in diphthongo AE vſuvenit.

Paſſim olim *Queibus* pro *Quibus*: Non tamen in tabula Genuate: AB. FONTEI. AD. FLOVIVM. Nam ſexti caſus veterum ad iſtud exemplum extenduntur. Lucret. lib. 5.

Nec nouitate cibi, nec labi corporis vlla.

Apud eundem *Fini, Lapidi, Orbi, Parti, Sordi, Voci.*

Apud alios *Amni, Claßi, Fini, Imbri, Melli, Occipiti, Poſti, Vngui.* Quod non animaduertit, cui pronunciatum in *Fonti* ſexto caſu I correptum.

Verum, vt principio dixi, corruptior tandem haec diphthongus prorſus interiit: & a diſtinctu petita numerorum, aut caſuum neceſſitas vana prorſus, de qua cum Velio Longo finiamus: *Hoc mihi videtur ſupervacaneae eſſe obſeruationis. Nam ſi omnino in diſcendo diſcernenda caſuum, numerorumq́; ambiguitas eſt, quid faciemus in his nominibus, quorum ſcriptio diſcrimen non admittit? vt: Aedes, Sedes, Nubes, cum & vna, & plures eodem modo dicantur, & ſcribantur. Quid cum dicimus Geſtus, Fluctus, Portus, cum & genitiuus ſingularis, & nominatiuus, & accuſatiuus, & vocatiuus pluralis eodem modo ſcribantur? Quid deniq́; in his, quae ambiguitatem habent inter nomina & verba Rotas, Feras, Amor? Satis ergo collectum quaedam per E, & I non debere ſcribi, ſed tantum per I.* Haec Velius Longus. Improbat hunc quoque diſtinctum Marius Victorinus, & iure meritiſſimo: Nigidio licet apud Gell. lib. 13. c. 24. placeat interſtinguere.

Eu

E V finibus exceptam nominum a Graecis tractorum paret in his: *Orpheus, Pentheus, Aconteus.* Latet in his patriis caſibus *Vlyſſei, Achilles* ab *Achilleus,* & *Vlyſſeus.* Ante dictum.

Oe pro I.

Oe, OI. Pluratiui quondam caſus primi, & ſexti diphthongo *Oe* inſigniti: ſed & aliae in compluribus vocabulis ſillabae. *Loebeſum, & Loebertatem antiqui, dicebant Liberum, & Libertatem,* Feſtus *Arctoe duae* vetuſtiſſimus Vrſini Codex, *Et recte,* inquit.

Adelphoe Terentij eſt.

BOLOE [gemmae genus] *nimbo inueniuntur*, Plin. lib. 37. cap. 10.

Camphoroe Turpilij: Male in Nonio *Camphoro* editum. Legitur & Verrina ſexta.

Cephoe Hermolao potius, quam *Cepi, οἱ κηποί.* Plin. lib. 6. cap. 6.

Clerumenoe vocatur haec Comoedia Graece: Latine Sortientes, Plautus in Prologo Caſinae.

Trouiroe Plinij cap. 5. lib. 6. reponit Pintianus pro *Cronea.*

Demoe, οἱ δῆμοι. Apud Atticos ſunt. inquit Feſtus, *vt apud nos pagi.*

Doſcoroe lib. 3. de Natura Deorum Tullius.

Faſcinoe, Feſtus.

Golgoe pro Γόλγοι, Plinio lib. 5. cap. 31.

Hippoe cancrorum genus Plinio lib. 9. cap. 31. In Phoenice *Hippoe vocantur tantae velocitatis, vt conſequi non ſit.*

Inarimoe pro *Inarime* ex Ειν ἀρίμοις auſim in Marone reponere non trepidanter? Certe eius eſt. *Euoe* diſſallabam ex Εὐ οἵ, quod in alia ſerie diſquire.

Similiter *Oloe Oloes* pro *Oli Olis*, & haec pro *Illi Illis.* In Lege regia:

SEI. PARENTES. PVER. VERBERIT AST. OLOE. PLORASINT

Paxoe Plinius lib. 4. cap.

PENTASTICHOE, & *Tetraſtichoe* ἰσοχώρατα reſcripſit in Trebellio Pollione Salmaſius Μουσῶν ἄσμα.

Pilumnoe poploe, Feſtus. Idem in carmine Saliari.

Proſelinoe, Arcades Cenſorino cap. 19.

Soloe Plinio lib. 5. cap. 27. dicitur, quae aliis Σόλοι, *Soli*, & Straboni Σολοῖυς. Solini cap. 40. *Soloë* peſſimo editur exemplo in editione nouiſſima. Perperam quoque apud Iſidorum lib. 1. c. 32. *Ex vrbe Soloequae,* qui locus ita perſanandus: *Dictus autem Soloeciſmus a ciuibus Cilicibus* [ita reſcribimus ex Strabone, Plinio, Solino, Euſtathio ad Dionyſium, cum antea fuiſſet Silicibus] *qui ex vrbe, quae olim Soloe, nunc Pompeiopolis appellatur.*

Oe pro V.

Oe vices expleuit quintae ſonorae.

Coebus pro *Cubus* in Auſonij Gripo legit Vinetus ex fide Fr. Siluij, cui repertum ſic in verſu tertio, & in quinquageſimo ſeptimo.

Coerare pro *Curare*. In antiqua Inſcriptione Puteolis:

DE. SVO. FACIVNDVM. COERAVIT. Vide LOIDOS

Goeros, Goeris pro *Guros, Guris*, ſiue *Gyris* in Auſonij Idyllio 24.

Loidi pro *Ludi*. Capuae:

HEISCE. MAGISTREIS. VENERVS. IOVIAE.
MVRVM. AEDIFICANDVM COIRAVERVNT.
PEDES CCLXX. ET. LOIDOS. FECERVNT.
SERVIO. SVLPITIO. MARCO. AVRELIO. COSS.

Apud Campanos *Venus* genitiuum emittebat in Vs.

Moenia pro *Munia*. Plautus Neruolaria:

Prohibentq́; moenia alia: vnde ego fungar mea.

Moeſia in pleriſque Latinis Auctoribus pro *Muſia*, *Myſiáve*. Notat Vinetus etiam in vetuſtiſſimo Auſonij libro.

Moetinum pro *Mutino*. Lucill. Satyr. lib. 2.

Nam quid moetino, ſubiectoq́; huic opu' ſigno?

Ita *Commoetat* pro *Commutat* Catoni.

Oinus, Vnus. Scipionis Inſcriptio ad portam Capenam effoſſa Romae. Anno M. DC. XVI.

HONC. OINO. PLVRIME. CONSENTIONT

Haut mirum. Nam ex Graeco Οἶος factum eſt Οἶνος, & Latio *Vnus*.

Pollux lib. 7. cap 33. Χῖος, ὃν καὶ Κῖον ἐκάλουν, καὶ οἶνον, καὶ οἴνην. *Chius, quem & Cium dicunt, & Oinum* [ſeu *Vnum*] *& Oinam* [ſeu *Vnam*.] Idem 1 Ἔστι δὲ καὶ Οἴνη παρὰ τοῖς Ἴωσι μονάς. *Eſt autem Oene apud Ionas monas.*

Oeſus, Oeti, Oetile. *Oeſus* in Feſti fragmento. Idem Feſtus: *Ex ponderibus publicis, quibus hac tempeſtate populus oetier ſolet.* Aenea in tabula Romana: OETANTVR. FRVANTVR

Item in Agrariae legis fragmento.

Phoenicium, pro *Puniceum*. In Duillij columna roſtrata:

BELLVM. PHOENICIVM.

Oi pro Oe.

Proilium pro *Proelio*: eſt enim πρὸ τῆς ἴλης.

Caproi, *Cameloi* e veteribus Libris, ac peritorum ſcriptionibus profert Victorinus.

Coilum pro *Coelo*. Ennius: *Quoi endo coilom merita vocauerunt ſua.*

Oinone pro *Oenone*. In hoc nomine I copulari O literae teſtis Martianus.

Oiſus dicitur, inquit Martianus.

Oitile. Senatuſconſultum de Tiburtinis: NEQVE. ID. VOBIS. NEQVE. REI. POPLICAE. VOSTRAE. OITILE ESSE

Addantur his: *Populoi Romanoi*, Victorinus ſupra.

PLOIRVME pro *Plurimi*, Inſcriptio ad portam Capenam.

Ou

OV veteri adſcribendam Latio manifeſta fides ex veteri Nomiſmate, in quo *Foiri* pro *Furi*. Quod factum, ne O in exilitatem puſillae vocalis Graecorum degeneraret. Auctor eſt & Feſtus ſcriptum: OVFENTINA. TRIBVS. Marij Victorini ſunt illa: *Sic V, quod apud illos iunctum O literae T facit ſillabam. Noſtri etiam quoties eiuſdem ſoni longa ſillaba ſcribenda eſſet, & ipſi adiungebant O literae.* Inde ſcriptum legitis LOVCERIOS, NOVNCIOS, LOVMEN. In veteri Tabula: ANIMVM. NOSTRVM. NON. INDOVCEBAMVS.

Aletrij

Aletrij Tabula de marmore perantiqua : ESE. IOVSIT. IOVS. DEICITO Agrariae legis reſtantia.

Inibi: IOVDICEM. RECVPERATOREM.

Etiam vſi, vbi V breuiuſculum. Metis Inſcriptio apud Petrum Lepidum:

. ET. SIBI. ET. SOVEIS

In Lapide item : SOVOM. MAREITVM. CORDE. DILEXIT. SOVO.

Sic Μαιμάκτηρ ab Euſtathio in Odyſſ. K. recte ſcribitur. Neque aliter in Scholiis Ariſtophanis, aut Heſychio reſcriptum oportuit ab Atticarum Lectionum ſcriptore lib. I. Alij quoque recte Μαιμάκτηρ, Tzetzes, Ariſtophanes, Etymologicus, Plato Comicus.

Verſo fato V longum pro OV in nominibus ex genitiuis Graecorum, prouenientibus. Plin. lib. 5. cap. 32. *Gordiu come*, Γορδίου κώμη.

In Terentij Lemmate: *Graeca Apollodoru.*

Yi.

Yi priſcae diphthongi, quae natales ſuos Graecie debet, veſtigia reliqua ſunt in *Thyiade, Harpyia, Orithyia, Agyieo.* Verum in his Soſipater cenſet I non inoleſcere priori vocali, ſed eſſe conſonam. Errat. Velius Longus in Orthographia: *Sic apud illos* Μυῖα *per vnum I ſcribitur. Item* Αἴθυια: *licet repugnent Graeci, quo minus haec I litera in vnitatem cum aliqua vocali veniat, vt vnam ſillabam faciant, velintq́;* Μυῖαν, Αἴθυιαν *triſyllaba nomina eſſe.* Si Μυῖα quiſquam triſyllabum cenſuit, non & tetraſyllabum Αἴθυια? alioqui vbi proportio? At plerumque veteres curto fuere iudicio. Pergit Longus. *Vincet tamen illos natura teſte praeclaro:*

Υἱός θ', υἱωνός τ' ἀρετῆς πέρι δῆριν ἔθεντο.

De virtute fuit nato lis, atque nepoti.

Niſi hic verſus a duobus Anapaeſtis incipit, quod nullo modo poteſt fieri, ſed quoties, vt ſupra diximus, duabus vocalibus interiecta haec litera eſt, duarum conſonantium obtinet vicem. Sic non erit Acephalus verſus:

Thyias vbi audito trepidant trieterica Baccho,

& *Troiaq́; nunc ſtares,* ——

&, *Aio te Aeacida Romanos vincere poſſe.*

ERY-

ERYCIO PVTEANO

Philologo S.

L*VXVRIENTVR, & ſuo coelo ſudent vbertim Atlantes iſti valentiſsimi, qui ad amoeniora Philologiae quemquam diuertere flagitium putant. Haereant non vinculis lenioribus, ſed trabalibus, atque adamantinis clauis Caucaſo affigantur: dum mihi tecum*, Ornatiſſime Puteane, *frondoſas inter valles, & Tempe vernantia ſecedere liceat, otiumq́; negotioſum iuxta, ac fructuoſum perſequi. Duces magni in montium verticibus ceruiculam non iactant (te, Annibal, teſtor) niſi qui prius in imo pede deſederunt, aut poſtquam ad ſumma iuga peruenere, in valleſtria demitti coguntur, idq́; gaudent: ne ſi diutius vento perflentur, langueant. Ea mihi ratione, ea ſtudiorum vice, valetudo conſtat, nec obruor: quin potius ipſa viciſsitate paſcor. Altioribus modo ſtudiis, attineor: modo valles placent, & floruulenta pratula. Pluribus igitur Opoſculis in Theologia proxime iam laboratis, editisq́;, placuit amoeniores campos reſpectare, & in* Orthographicorum *meorum Viridariis reſpirare. Idem te animo pridem imbibiſſe, eodemq́; vti iudicio*, Cl. Puteane, *certo ſcio, noſtraq́; hactenus puto aſtra conſpirare. Nam Aen. 6.* —— Tu quoque magnam Partem opere in tanto —— *eamq́; potiſsimam occupaſti. Ante etiam alij. Cur & minores iiſdem ſpatiis excludantur? Imo vt qui ad palmam praeiuere, nobis ſuſpiciendi: ſic vbi ipſis palmam. detulerimus, agnoſcant nos ſine fraude ſubſequi. Verum in tota hac tractatione, vix pars vlla*, Mi Puteane, *illuſtrior ea, quam tibi ſacratum venio. Ea eſt* Orthographicorum Variantia. *Huc oculos* Illuſtriſſime Puteane.

TRACTA-

TRACTATVS TERTIVS.

VARIANTIS ORTHOGRAPHIAE VIRIDARIA.

CAPVT PRIMVM.

Rectorum Variantia.

SECTIO PRIMA.

A, E. A, AE; A, AS.

ORTHOGRAPHICA res vel Conſuetudine, vel aeui varia ſucceſſione, vel Auctoritate, vel aliaqua cauſa cum non vno ſcribendi tenore procedat: in Vltimantibus ſillabis praecipua quaedam mutat, ac deprehenditur Variantia, quam hoc loco exſequi viſum eſt.

A, & E promiſcue nonnulla finiuntur nomina: & ſi in nonnullis haec, aut illa vltimans ſit Vſu probatior. Fl. Soſipater lib. 1. *Foeminina quoq; E litera finiuntur ſed Graeca tantummodo, & quidem E producta velut Andromache, Helene, Agaue, Circe, Danae, Crotale, Calpe, Ephyre. Quae quoniam Graeca ſunt, Graece declinari debent, &c. Sed ſi Latine quis volet Graecum E in A noſtrum mutare debet, diceteq;: Haec Andromacha, Helena, Agaua, Circa, Danaa, Crotala, Calpa, Ephyra.* Poene tantundem Conſentius in Arte.

AERA promontorium Siciliae Stephano: Solino vero viſum ſcribendum: *A promontorio, quod Acren Iapygiam vocant.* Silio Italico lib. 14. Thucydidi in 6. *Acrae* τῶν Ἀιδωρτικῶν.

AEGINA Latinis per A, nec aliter: & ſi Ἄιγινα Graecis. Statius lib. 7.

Namq; ferunt raptam patrus Aeginan ab vndu.

Sic *Lana*, a Λάχνη, *Laena* a χλαίνη, nec aliter.

AGYLLA per A Plinij lib. 3. cap. 5. Strab. lib 5. Ἄγυλλα Πελασγῶν κτίσμα. *Agylla a Pelaſgis condita.* Per E Silij Italici lib. 5. *Agylle.*

ALGA Aen. 2. *Alge* in Ovidij Halienticis: *Delecteq; moras, & molli ſeruiat alge.*

ANDROMACHA per A, Cicero de optimo genere Orat. & in Lucullo. Idem lib. 3. qq. Tuſcul. Accij *Andromacha* millenis apud Nonium locis.

At Aeneid. 3. —— *Andromache digreſſa moeſta ſupremo*, inibique ſaepius.

ANDROMEDA multi ſcripſere. Nonius: *Ennius Andromeda* ——

Vitruuius: —— *Caput Andromedae* ——

Manilius lib. 1. *Andromedae vaſtos metuentem piſcis hiatus.*

Idem lib 5. *Andromedaeq; vocat genitor* ——

Macrob. lib 5 cap. 31. Tull. 2. de Natura D.

Horatij autem lib. 2. Od. 29. quidam editi Libri habent *Andromedes pater*, alij *Andromedae*: eaque Variantia notatur in Plautinianis. Per A legitur & apud Plin. lib. 9. cap. 5.

ANTIOPA Feſtus in Torrens: *Apud Pacuuium in Antiopa*. Perſ. Sat. 1. —— *Verrucoſa moretur Antiopa* —— Cicero de Optimo gen. orat. & in Lucullo.

Iuſtin. lib. 2. At Plut. Theſeo Ἀντιόπη, & Apollodoro.

ARIADNA per A Catullo: —— *Indomitos Ariadna gerens in corde furores.*

Plutarch.

Plutarch. in Theſeo, ac Suidas ἀλφάνη.

ATALANTA. Feſtus: *Pacuuius in Atalanta.* Ovid. lib. 10. Metamorph.

Nil opus eſt Atalanta tuis ——

Idem in 8.

Venit Atalante Schœneia pulcerrima virgo.

Sic ibi & Apollodori lib. 3. Ἀταλάντη.

ATTICA vbi non? *Attice* per E lib. 2. de Re R. Varronis cap. 5. *Qua in re teſtis Attice, teſtis Peloponneſus.*

BIBLIOTHECA. Mira eſt triciſſimum. At Romae in hortulo Colotiano:

ALEXIO. CAESARIS. AVG. AB. BYBLIOTHECE.

Et hoc aequa cum caeteris lege.

CIRCA, CIRCE. Probus lib. 2. ex Horatio promit *Volente Circa* per A. Phocas in Arte: *Quae in E producuntur apud Graecos eſtiunt, apud nos E in A conuerſa ſunt einſdem declinationis, vt Haec Circa, Circae, Andromacha, Andromachae.* Horat. ad Lollium.

—— & Circae pocula noſti.

Ita in veteri Codice Gifanij. Item in quibuſdam Maronis lib. 3.

—— Sexaeaq; inſula Circae.

Quod prorſus reiicitur, inquit Pierius. Aſſertio ἄλογος, Probo, & Phocae inimica, Latinorum Conſuetudini, quod vides, aduerſa. Sed more fit, vt quod peregrinum cuique eſt, facile ei damnetur. Tibull. lib. 1. Eleg. 3. etiam producit A.

At Circa grauibus penſis affixa puella.

Sic *Nemea, Tegea* longat Statius.

Te Nemea, tibi Lerna comas ——

Non Tegea, non ipſa Deo vocat alite felix

Cyllene ——

CRETA Aen. 3. paſſim. *Crete* Ouidio Metamorph. 7. *—— Vt Crete ſola pateret.*

Alibi: *Non ego te centum Crete digeſta per vrbes.*

Seneca in Oetaeo: *Coerula Crete, magno tellus Clara Tonante ——*

Ilias: *—— Κρήτην ἑκατόμπολιν ἀμφινέμοντο.*

CYRENE vbi non? Solini cap. 40. *Det Cyrena, det & Lycia.*

DANAA per A Priſcian. lib. 5. iterumque lib. de Accentibus. *Danae* per E Silij lib. 1. item inſcriptio inter Emeritam, & Salmanticam: IVLIA. DANAE. LIBERTA.

DICA. Verrinis: *Scribitur Heraclio dica.* Graecis Δίκη.

DIRCA. Plaut. Pſeudolo: *Vt quaſi dircam olim.*

DIRCE. Propert. *Vinxerunt dircen ſub trucis ora bouis.*

ERIGONA ex Accio Nonius in *Contaſſet.*

At Maronis Georgica: *Erigonen inter, chelaſq; ſequentes.*

EVROPA Tullius ex Epopoeo vetere:

Europam, Libyamq; rapax vbi diuidit vnda.

EVROPE Silius lib. 1. *Europes vides arua ——*

Horat. lib. 3. Od. 3. *Secernit Europen ab Afro.*

Auienus: *Ennius Europen, proceraq; moenia Byzae.*

Priſcianus Periegeſi: *Et præuam Libyen, poſt Europen, Aſiamq;.*

EVRYDICE Aen. 6. & Georg. 4. *—— Eurydicenq; ſuam iam luce ſub ipſa.*

Eurydica prognata, pater quam noſter amauit,

Veſtalis apud Ennium lib. 1. de Diuinatione.

GRAMMATICA vbi non? Ariſtoni, & Mario Victorino *Grammatice eſt ſcientia poëtas, & hiſtoricos intelligere.* Fabius lib. 1. cap. 10.

HARMONIA, HARMONIE, ſecundos enim caſus Thebais Statij exhibet.

HECATE Aen. 6.

Hecata Arnob. lib 2. *Coelo, atque Hecata procreatus.*

HELENE paſſim, & *Helena.*

HELICA, HELICE, ac ſine Spiritu in aliis atque aliis Euſebij MSS. Pontaci fide.

HESPERIA *in magna ——* Maro. *Heſperie* Priſcianus: *—— Nilus ad oras Heſperies ſinit ——*

HERMIONA. Pacuuius in Hermiona, Feſtus. Idem Nonius in *Clypeat, Brutium.*

At Maro Aen. 2. *Ledaeam Hermionen ——*

HESIONA per A legit Priſcianus lib.8. & Aneid.8. ſic pluribus ineſſe Libris conteſtatur Pierius.

Nam memini Heſionae viſentem regna ſororis.

Gell.lib.10.cap.25. Tragoedia *Heſiona*. Val. Flacc.lib.4.

Heſionam,& Phrygiae peteret cum gaudia nuptae:

Apollodorus lib.2. Ἡσιόνην τὴν θυγατέρα. Metamorphoſeωs lib.11.

Heſioneq́; data potitur ———

HIPPOLYTA. Plaut. Menaech. *Ab Hippolyta ſuccingulum. Hippolyte.* Aen.1.

HYBLA, VEL HYBLE *opidum eſt Siciliae*, Seruius ad primam Virgilij Eclogam. Marcianus τὴν Ὕβλαν. Ovidius Triſt. lib.5. Eleg.6.

Florida quam multas Hybla tuetur apes.

Silius 14. lib. *Audax Hybla fauis.*

HYPERMNESTRA. Ovid. *Mittit Hypermneſtra de tot modo fratribus vni*

Hypermneſtre Propertio: *Andromedeq́; & Hypermneſtre ſine fraude maritae.*

ILIONA. Pacuuius in Iliona,inquit Feſtus in vocibus *Perpetem, Repotia, Vngulus,* & Nonius in *Lactare, Adiugare.*

At Maro: *Ilione quod geſſerat olim Maxima natarum Priami* ———

LIBYA. Vetus Epopoeus ſupra: *Europam, Libyamq́; rapax* ———

Silius: ——— *Libya quae ſunt aduecta ſuperba.*

LIBYE per E Idem Silius: *Alpibus impoſuit Libyen* ———

Lucan.lib.9. *Finibus extremis Libyes, vbi feruida tellus.*

LIPARA, LIPARE, *Liparis, Liparae* cum biuocali. Per A Suidas: *Λιπάρα, μία τῶν καλουμένων Αἰόλου νήσων.*

Lipare. Claudian. Panegyrico:

Ignifluis gemuit Lipare fumoſa cauernis.

Idem lib.2.de Raptu Pr. *Turbatur Liparis.* Vbi Plantini Liber per E *Lipare.* Hanc Scripturam etiam apud Virgilium, Siliumque reperias.

Liparae cum diphthongo pluratiua, vt *Athenae* Liuij lib.21.

MENALIPPA ex Probi, & Phoce regula.

Iuvenalis: *Perſonam Menalippes.* Accius: *Incurioſa itaq; es Menalippe.*

MESSENEQVE *ferox, Patraeq́;* ——— Metam.6. Liuius ſemper *Meſſana.*

MVSICA, MVSICE. Fab.lib.1.c.10.*Studiorum antiquiſſimam muſicen exſtitiſſe,* ſaepius.

NIOBA Euſebij Chronica habent.

Niobe Ovid in Metamorphoſi alibiq́ue Solinus c.53. *Orbitatibus data Niobe.*

NEMEA paſſim. Thebaidos 6. *Nemee: Hic labor abſciſſam Nemeen, vmbroſaq́; Tempe.*

Achill.1. ——— *Nemee dat terga ferarum.*

NOLA Hecateo,Liuio paſſim, Silio: *Nola ſedet.*

Polybio Νώλη, *Nole.* Notauit hoc Suidas.

NYMPHA, NYMPHE. Ovid. Faſtor.5. *Suſtulit hoc Nymphe,duxitq́; decentibus herbis.*

Ibidem: *Neſcio quid Nymphe ſcire videris ait.*

OETE Silij Codicibus nonnullis, & Graecis Οἴτη. *Oeta* paſſim.

ORTYGIAM *dicturus Apollo eſt,* Aen.3.

At Metamorphoſ.13. *Nunc ſedet Ortygiae: tremuit concurſibus Argo.*

PAPHIA recte, ac Latine. At Columella Graecanice *Paphie* lib.10.

Tuq́; ſuis Paphien iterum tu pange Calendis. Sic eſt Libro meo.

PARABOLA vbi non? Tamen Iul. Rufinianus lib. de Fig. Sentent. *Paradigma facit vera exempla: parabole ficta oſtendit.* Ita editio nouiſſima.

PASIPHAE Aeneid.6. Silij 1. paſſim. In Plutarchi Agide Πασιφάα, *Paſiphaa.*

PENELOPA. Lucill. in 7. *Penelopam conuerſus ait* ———

Plaut.in Sticho: *Credo ego miſeram fuiſſe Penelopam.* Cicero 3.de Natura D.

Aliter Martialis: *Penelope venit: abit Helene.*

PHIALA paſſim de Pindari exemplo Φιάλαν ἀμπέλου καχλάζοισαν δρόσῳ: *Phialam vitis rore reſonantem.*

At Metamorph. 3. *Phiale.* Proprium eſt.

PERGA per A accuſatione 3. in Verrem: *Pergae fanum antiquiſſimum.* *Perge* abſque diphthongo videtur Aſconius legiſſe. Strabonis lib.14. Πέργη πόλις. Interpres *Perga.* *Perge* in Actis Apoſt.in Commentario Lintrenſis *Perga.* Inibi cap.16. *Eunice* Timothei parens: in eodem Commentario *Eunica.*

PROCHYTA Plinij lib.3.cap.6.

Prochyte Maroni ſcriptum, & Silio per E.

RHETORICA, RHETORICE per E Quinctil.lib.2.cap.15. meaque perpetuo tenore editio.

SEMELA Accius Thereo: *Deum Cadmo generatum Semela affare.*

Aliter Propert. *Narrabis Semele quam ſit formoſa* ——

RHODOPA *huic annexa Maximianopolim habet*, Marcellinus lib.27. Paſſim *Rodope*, quod & de prouincia, & monte indiſcriminatim legas contra quam viſum eruditiſſimo Salmaſio.

STACTA in Miſtellaria Plauti. In Curculione: *Tu mihi ſtacte, tu cinnamum, tu roſa.* Verum hoc nominis per ſecundam vocalem extuliſſe Plautum non credo.

Στακτή, Stacte ſexcentis apud Dioſcoridem locis.

THERIACA, THERIACE Plin.l.29.c.1. *Theriace vocatur excogitata compoſitio luxuriae.*

THRACA, THRACE, THRECE, *Thraecia*. Horat.lib.1.epiſt.3.

Thracáve vos Hebrusq́; ——

Aen. 12. —— *Gemit vltima pulſu* *Thraca pedum* ——

Thrace Lucretij lib.5. *Thracen, Biſtoniasq́; plagas* ——

Claudian. *Nubibus exuitur Thrace, Pangaea renident.*

Plin. lib. 30. cap. 1. *Tota Thrace.* *Vltima, Thrace* Silij lib. 11.

Threce vtraq; per E ſcripta ſillaba editur Manilij l.4. *Illyris, & Threce Martem ſortita colonum.* Firmatur adiectio *Thraeicius* Aen.6.

Thracia paſſim tribus integratur ſillabis.

Thraecia, & *Thraeces* pluribus ex Nepotis Vitis fide priſcorum Codicum producit Giſanius. Quis pugnet Origini? Ab Origine I ſupponitur. Etymologus: Τὸ Θρᾷκη ῥ ἔχει τὸ ι. Hinc Catullo *Samothrace* ſillabis quatuor quae vna amplius Maroni *Samothracia* fertur.

TYCHA, TYCHE varianter in Verrinis pro Syracuſarum membro.

A, AS.

EVTHIA, EVTHIAS. Meſſala: *Benefecit Euthia.*

HERMAGORA *dixere*, inquit Tullius: *Ne miremur, quod ab antiquorum pleriq́; Aenea, & Anchiſa ſit dictus.*

HERMAGORAS Vſus promiſcui.

IARBA, IARBAS. Ovid. Faſtor. 3. *Et potitur capta Maurus Iarba domo.*

Aeneid.5. —— *Tyro deſpectus Iarbas.*

MARSYA. Horat. —— *Obeundus Marſya, qui ſe.* Sil.Italicus lib.8.

Cum fugeret Phrygios trans aequora Marſya Crenos.

Vbi corruptiſſime Libri editi *Martia*. Sic Ovid. 6. Faſt. Lucan. lib. 3. Martial lib.2. 64. Plin. lib.16. cap 44. Graecis Μαρσύας.

MIDAS paſſim. At in Terentij Phormione: *Puer occurrit Mida* Iuſtini l. 11. *Mida regnauit.*

PROCA Faſtor. 6. *In thalamos venere Procae*: *Proca natus ab illis.*

Cuidam Liuiano: *Proca deinde regnat.*

PROCAS cum ſigmate ſcribitur Euſebij Chronicis, aliis. Liuij mei l.1. *Proca deinde regnat.*

PELIA *cincinnatus* ſcriptum Coelio.

Iphitus, & Pelias mecum, Aen. 2. ſexcenti alij.

PERDICCA in ſex Euſebij MSS. Pauſaniae lib.1. Iuſtin.lib.7. & 12. *Haec cum pro ſingulari facundia ſua Perdicca peroraſſet.*

PERDICCAS Curtio. Apud Thucydidem, aliosque vnico C, praue.

PTERELA rex, in Amphitrione Plautina: Ovidij 3. Metamorph.

Et pedibus Pterelas, & naribus vtilis Agre.

Similiter Thebais lib. 6. *It iuſſus Pterelas, & abenae lubrica maſſae.*

TIARA, TIARAS. Virgil. —— *Sceptrumq́;, ſacerq́; tiaras.*

Seneca: *Hoc Phrygius loco fixus tiaras Pelopis.*

Sidonius: *Lunatum tibi flectere tiaram.*

TIRESIAS.

TIRESIA. Lucillius apud Donatum in Eunuchum:

Perditu' Tireſia tuſſi grandaeuu' gemebat.

TYSIA. Mar. Victorinus in lib. 2. Rhetor. Ciceronis: *Corax, & Tyſia artes primi oratoriae apud Graecos ſcripſiſſe dicuntur.*

TYSIAS paſſim Cicero, paſſim alij, inter quos Dionyſius Halicarnaſſeus, cui ſcribitur I minuſculo, quod & rectius autumo.

A, AE.

ARVA, ARVAE. Virgil. *Arua aliena iugo premere* —— Alterum ſcribit Naeuius Lycurgo: *Quaq; incedant, omnes aruas obterunt.* Pacuuius: *Poſtquam calamitas plures annos aruas calutur.*

BLANDITIA. Cicero de Rep. lib. 4. *In ciue excelſo atque homine nobili blanditiam, oſtentationem.* Agnoſcit Aldus Manutius lib 1. Gram. Q. Cicero de petitione conſulatus:

Quid opus eſt magnopere blanditia?

Rutilius Lupus: *Blanditia ſua, quod petiſſet a patru mollitie impetraturum.*

BLANDITIAE paſſim.

BLANDITIVM in Cyrilli Lexico Κολάκευμα interpretatum, & cum C ſcriptum eſt.

DELICIA, DELICIAE, DELICIVM. Plautus Poenulo: *Mea voluptas, mea delicia.* Idem Truculento, Gell. lib. 19. cap 8. Inſcriptio Beneuenti:

IVCVNDA. SEPVLTA
EST. DELICIA. EIVS

Delicium. Martialis: *Stellae delicium mei columba.*

EPVLA: EPVLAE, EPVLVM paſſim. *Epulam antiqui etiam ſingulariter poſuere,* Feſtus.

EXSEQVIAS IRE creberrimum. Feltriae in aedibus Ant. Arzentru

VT. EXSEQVIVM. SIBI. FACERENT

FIDENA. Plin lib. 16. cap. 4. *Fidenam primus irrupiſſet.* Maro: —— *Vrbemque Fidenam,* Silius Italicus lib. 15. *Roma minanti Impar Fidenae* ——

FIDENAE Tacito, Liuio.

FOENISICIAE *inſtituendae* Columella lib. 2 cap. 11.

FOENISICIVM Plin. lib. 18. cap. 28. *Ante ſecunda foeni ſicia.*

INCITAE in Plauti Trinummo, *Vt ad incitas redactus.* In Poenulo: *Profecto ad incitas lenonem rediget, ſi has abduxerit.*

INCITA Lucillio lib. 15. *Commanducatus corrupit, ad incita adegit.*

INIMICITIAE cui non ſcriptae? *Inimicitiam* dixit Accius teſte Chariſio, & Ennius teſte Gellio lib. 19. cap 8.

INEPTIA, INEPTIAE. Prudent lib. 1. contra Symmachum:

Indocilis fatus ducebat Ineptia vulgi

Lib. 2. *Gentilis ineptia.*

INSIDIAE. *Inſidia prima* Salluſtij eſt.

MINA, MINAE. M. Catus in Suaſione: *Mina cogi nulla potuit.* Idem tradit Feſtus, & Cuiatius.

MYLA, MYLAE. Liuius lib. 24. *Quae ad Mylam falſo nunciata erant.* Silius lib. 14.

Subſidium infelix fugientibus aequora Mylae.

Marcianus Heracleota: Πάλιν δ' ἀπὸ τούτων δύο πόλεις Εὔβοια, καὶ Μύλαι κατῳκίσθησαν ἐπικαλούμεναι. *Rurſus ab his ciuitates duae Euboea, & Mylae cognominatae habitatae ſunt.* Cluverius importunitate ſua verſum vtrumque dicunt, ſcripto in capite verſiculi alterius Καὶ Μύλαι. Scylax Caryandeius: Πόλις Ἑλληνὶς Μύλαι, καὶ λιμήν: *Vrbs Graecanica, & portus Mylae.*

RVDIA Ennij patria. Ita Codices Plin. lib. 3. cap. 11. Explodit Pincianus. Quo iure? Nihilne ergo in ſcribendo varium? Non Orthographica ratio eſt λυγκὸς αἰολώτερον χρῆμα; Θερμαί, *Thermae* ſcripſere Latini, ſcilicet *Aquae.* Strabo lib. 5. Θερμὰ Καιρετανά, ὕδατα ſcilicet. Euſebij Chronica a D. Hieronymo: *Quidam oſſa eius Rudiam ex Ianiculo tranſlata affirmant.*

RVDIAE *genuere vetuſtae* Silio meo

TISSA, TISSE. TISSAE. Ptolemaeus Θίσσα. Silius lib. 14. —— *Paruo nomine Tiſſe.* Stephanus: Τίσσαι χωρίον Σικελίας: *Tiſſae Siciliae locus.*

VIN-

VINDICIAE lib.3. Liuij: Vindicia in decemvirali lege: *Si vindiciam falſam tulit.*

A, ES.

ACHATA abſque S, per A. Sic Soſipater lib. 1. Inſtitut. ex veterum obſeruatione. *Achates* Maroni.

AMICITIA, AMICITIES Plinius Secundus ſermonis Dubij lib. 6. apud Chariſium in iis, quae recitat ex C Iulij Romani Analogia, *Amicities, vt Planicies, Luxuries, Mollicies*, & ſimilia veteri dignitate. Caeterum rationis via, inquit Chariſius, *debet Amicitia dici. Quod ſi manus veterum licentiae porrigemus. poteſt & Copies, & Obſeruanties & Beneuolenties dici.* Caeterum rationis vi debet *Amicitia dici*, inquit Pierius.

Lucretius lib. 3. *Tunc & amicitiem coeperunt iungere* ———

ANCHISA Soſipater Latina reformatione agnoſcit lib 1. Inſtit. pro recto, *& Atrida, Achata, Pylada, Oreſta.* Item Tullius. Maro: *Anchiſa generate* ———

Anchiſes paſſim Virgilius ſcribit, a quo recto *Anchiſa* quintum, ſextumque caſus putauit Scaliger cap. 23. de Cauſis L L. Penſiculate minus.

ANTISTITA. Verrina 6. *Illius templi antiſtitae.* Ita legunt Gellius lib. 13. cap. 19. Priſcian. lib. 5.

Ita ſcribit Varro lib. 4. Plautus Rudente: *Veneriaeq; antiſtitae*: Accius Aſtyanacte: *Vtinam vnicam mihi antiſtitam arquitenens ſuam tutetur.*

Antiſtes vbivis: ſed pro meliore ſexu.

ATRIDA ſupra Soſipater, & Horatius: *Atrida vetas cur?*

Propert. *Non ita Dardanio gauiſus Atrida triompho.*

Atrides Ovidius, alij.

BARBARIA. Horat. *Graecia barbariae lento colliſa duello.*

BARBARIES Iuſtin lib 9. *Domitarum gentium barbaries.*

CANITIA Fl Soſipater lib. 1. *Canitia nec irrationabiliter, nec abhorride dicitur: & ideo non eſt ab Analogia recedendum. Canities autem poëtico decore in lenitatem ſoni corrupta eſt.* Plin. lib. 31. cap. 7. *Canitia in vaſis ſumma eſt.* —— Lucani lib. 8. *Canitiae* in vetere Pulmani Codice, & tribus Cornelij Gualteri. *Canities* Maroni.

Canitudo Plauto: *Stultus eſt aduerſus aetatem, & capitis canitudinem.*

CHORAVLA *doctiſſimus*, Apul. lib. 8. de A A. Item in Nerone Suetonius: *Etiam hydraulam, & choraulam, & vtricularium.* D. Auguſtin. tom. 4. q. 101. ex vtroque miſtim: *Choraula melior alio choraula.* Iſidorus in Gloſſis: *Choraula ioculariis.* Plinius *Iſmeniam choraulen*, & Iuuen. Sat. 6. Petronio *Puer choraules.*

CHRYSA etiam pro viro, qui Ovidio *Chryſes*, Soſipater ſupra. Eſt etiam vrbs Homero: Χρύσην ἀμφιβέβηκας.

DESIDIA nimis obuium. *Deſidies* Lucret. lib. 5.

—— *Quid luxus, deſidieſve?*

EPIROTA de Pyrrho paſſim. *Epirotes Thyamis* lib. 2. de Leg. Ciceronis, ita Ful. Vrſinus, & Ciacconius.

EFFIGIA. Plautus Rudente: *Veneris effigia haec quidem eſt.* Apul. de Deo Socratis: *Effigiae, & exuviae templorum, religiones, & regiones.* Afranius Vopiſco: *Cuius te ſuſcitat imago, cuius effigia? quo natus patre?* Lucret. in 4.

Dico igitur rerum effigias, tenuiſq; figuras. Ita liber vetus.

FALLACIA, FALLACIES. Apul. lib 5. de Aſino A. edente Vulcano: *Fallacie, germanitatis inducta*

GLACIES, & GLACIA, Κρύσαλλος, Πάχνη, Gloſſae Philoxeni. Fruſtra diſtinctus a Barthio quaeritur.

GEOMETRA, GEOMETRES. Arnob. lib. 2. *Muſicus, Dialecticus, Geometres:* Quinctilianus lib. 1. cap 10. *Non Geometres faciet.*

GETA obuium *Getes* 2. de Ponto Eleg 1. & 4. Eleg. 7. Sidonius in Narbone:

Chunus, Sauromates, Getes, Gelonus.

Idem Carm. 2. *A genitrice Getes, ſimul* ——

HAERESIARCHA nil tritius. Hieronymo vertenti Euſebij Chronica: *Baſilides haereſiarches.* Auguſtinus lib. 7. cap. 2. de Nuptiis, & Concupiſcentia: *Haereſiarches veſter Pelagius.*

HOSPITA, HOSPES. Aen. 3. —— *Bellum, o terra hoſpita portas.*
Lucan. lib. 5. —— *Hoſpita tellus.*

HYPOCRITA in omni terra. At Fabius lib. 11. c. 3. *Apud Andronicum hypocriten.*

IDA, IDE. Aen. 12. —— *Idaea carpit ab Ida.*
Thebaidos lib. 4. —— *Magnu reſonat vagitibus Ide.*
Sic a Bernatio editio Plantiniana, & Pariſienſis ab eruditiſſimo Cruceo.
Priſciani Periegeſis —— *Vmbroſis extendens collibus Iden.*

LAPITHA, LAPITHES, ὁ Λαπίθης. Flaccus lib. 5.

His Lapithes adfuerat eques ——

Iterum in ſeptimo.

LVXVRIA in Latio, & extra. Claudian. *Luxuries odiis* —— Apul. lib. 6. de Aſino A. *Ne petulanti luxurie vulnus degrauaret.* Cicero lib. de conſulatu:

Quorum luxuries fortunae cenſa peredit. In Diuinatione.

Varro lib. 1. cap. 23. de R R. *Horum luxuriem.*
Et ſuperi Grammatiſtae vatum peculium rentur eſſe.

LYRISTES. Sidonius lib. 8. *Alcaeo melior Lyriſtes ipſo.* Plin. lib. 2. epiſt. 15. lib. 9. epiſt. 17. Aliorum Proportio *Lyriſta.*

MACERIA multis campis. *Maceries* in quadam Inſcriptione Romae in aedibus Delphinorum:

SECVNDVM. MACERIEM. EVCARPIANAM

MACA, MACES. Alibi Silius: —— *Maca proſtratus ab hoſte.*
Lib. 9. —— *Maurus atrox, Garamasq; Macesq;.*

MASSAGETA, Vide in ipſa ſerie. *Maſſagetes audax* ſcribitur Claudiano in Rufinum.

MELICERTA, MELICERTES. Vtrumque apud Varronem lib. 7. & 8. de L L. alïosque bonos Auctores notat Pontacus. Noto & Metamorphoſeos lib. 4.

—— *Nudis Melicerta lacertis.*

MINVTIA, Lactantius, alij.

MINVTIES. Apul. lib. 9. de A A. *Vſque ad ſummam minutiem.* Arnob. lib. 2. *Conſumitur enim minuties iſta immenſum.*

MOLLITIA. Vide *Amicitia.* Cicero in Partitionibus. *Mollitia animi.* Apul. Apol. 1. *Indocta, & rudi mollitia.*

Horat. Epod. 11. Salluſt. *Mollitia decretorum vobis dignitatem, illi metum detrahi.* Plin. lib. 4. epiſt. 21. Iuſtin. lib. 1. *Mollitia corporis.* Tacitus An 6. *Mollitia vitae.*

Mollities, laeuesq; genae ſe prodere poſſent, lib. 1. in Eutrop.

MVRIA, MVRIES. Feſtus: *Muries dicebatur ſal in pila tunſum, &c.*

MVRIA paſſim. Catoni *Muries.* cap 88. *Si natabit, ea muries erit.*

MYSTA, MYSTES. Fulgent. lib. 1. Mythol. *Iamdudum nouus initiatus es myſtes ſacris.*
Horat. lib. 2. Oda 9. *Tu ſemper vrges flebilibus modis Myſten ademtum* ——

NAVITIES, ἀρετή, Gloſſae. *Nauitia* vbi?

NAVITAS Ciceroni in Epiſtolis.

NEQVITIA late regnat. *Nequities.* Manilij lib. 2.

—— *Legesq; per ipſas* *Saeuit nequities* ——

Horat. Sat. 2. lib. 2. *Illum aut nequities, aut vafri inſcitia iuris.*

NIGRITIA *quoq; nihil differens a loto.* Plin. lib. 13. c. 9. & lib. 29. c. 6. *Nigritiam capillis affert,*

NIGRITIES. Cor. Celſus lib. 8. cap. 2. *Vbi caries, nigritiéſve in ſummo oſſe eſt.*

NOTITIA ſatis nota. *Notities* Lucret. 5.

Notities hominum diuis vnde inſita primum.

ORESTA Soſipater ſcribit, & Seneca: *Te Oreſta furabor libens.*
Ovidius: *Fecerunt furiae triſtis Oreſta tuae.* Iuſtin. lib. 17. *Oreſtae filij Agamemnonis.*
Oreſtes Homero, Graecis, Latinis.

ORONTA, ORONTAM ponit lib. 1. Soſipater.
Virgilius *Orontem.*

PAVPERIA, PAVPERIES, Πενία, Cyrilli Lexicum. In Iure: *Si pauperiem feciſſe quadrupes.*

PERSA PERSES. Cornel. Nepos in Alcibiade: *Sine rege Perſe.* Cuius editor veteribus MSS. gloriatur vſus.
Perſeus vſitatiſſimum, vt Achilles, Ἀχιλλεύς, Τυδῆς, Τυδεύς, alia.

PINGVI-

PINGVITIA, PINGVITIES. Arnob.lib.7. Hoſtiarum carnes, oſſa, dentes, pinguitias, omenta cum cerebris.

Apuleius lib.10. *Corpus obeſa pinguitie compleuerам.*

PLANICIA. Feſtus: *A pedum planicia initio Plotus, poſtea Plautus.* Romae extra portam Capenam:

SENATVS
POPVLVSQVE
ROMANVS
CLIVOM
MARTIS
PECVNIA PVBLICA
IN PLANITIAM
REDIGENDVM
CVRAVIT

Planicies, Liuius.

PROPHETA non raro. *Prophetes* Tertull.lib.de Fuga, & lib.de Anima.

PROSAPIA Plautus: *Proſapies* Gloſſae veteres.

PYLADA Soſipater.

PYLADES Cicero in Tuſcul. Val. Maximus.

SATRAPA paſſim. *Satrapes,* ὁ Σατράπης. Terentius in ἑαυτον̃. *Satrapes ſi ſiet.* Val. Probus l.2. Aemilius Probus in Pauſania exemplaribus collatis ex diuini viri Sauaronis Bibliothece. Idem in Alcibiade.

SAVROMATA, SAVROMATES habes in ſua ſerie.

SCYTHA vbiuis *Scythes* Horat.l.2.qui & alibi *Scythen* ſcripſit.

SEGNITIA. Terent. Andria: *Enimvero Daue nihil loci eſt ſegnitiae, neque ſecordiae.* In foro Sempronij:

VELVTI. SEGNITIAM. EXPROBRARET

Tacit.14. Annal. Columella lib.9.cap.5. Plin.lib.33.cap.3. Iuſtin.lib.5.& 21.

SEGNITIES Aen.2. —— *Quae vos tam ſera moratur*
Segnities? ——

His ex locis futile paret τ῀ περισσολογούντων diſcrimen: *Segnities vitij eſt: ſegnitia frigoris.*

SOPHISTA, SOPHISTES lib.1. de Natura D. edidit P. Victorius. Sidonius in Narbone: *Et tu Pittace Lesbius ſophiſtes.*

SOSPITA IVNO Silio Italico.

SOSPES Maroni ſcribitur, & Plauto.

STVLTITIA vtinam rarior! *Stultities* in Tullij Catone Maiore:

——*Tanta eſt inconſtantia, Stultities, & peruerſitas* ——

TETRARCHA Lucae 3. cap.

TETRARCHES Epitoma Liuij 94.

THYESTA Soſipater ſupra, Cicero 3. Tuſcul.

THYESTES Senecae Tragoedia inſcribitur.

TRICLIMARCHA in veteri Inſcriptione.

TRICLIMARCHES *experrectus* in Satirico Petronij.

TRISTITIA denſo ſatu prouenit.

TRISTITIES Apuleij lib. 10. de A A. *Senili triſtitie ſtriatam gerens frontem.*

A, ER.

CRATERA, CRATER, CRATERIA. Iſidorus lib. 20. Orig.cap.5. *Cratera calix eſt duas habens anſas, & eſt nomen Graecum. Declinatur autem apud eos Crater: Nam Latine haec Cratera dicitur.* Vnde Perſius:

Si tibi crateras argenti ——

Priſcian.lib.5. Ὁ κρατήρ, *haec cratera.* Perſius
Crateram argenti ſudabit praetrepidum cor.

Apuleius

Apuleius lib. 4. Florid. *Prima cratera ad ſitim pertinet.*

Horat. l.3.Od.18. *Vina craterae.* Romae in domo Gentilis Delphinij CRATERAM ARGYPOCORINTHIAM. CVM. SVA. BASI. ET. YPOBASI. S. Cyprianus. Vide inſcriptiones Gruteri verbo *Tabulae.*

Sidon.l.2.epiſt.9. *Quorum cerebru hoſpitales craterae nimium immerſae dominabantur.* Horat.l.2. Serm. Sat.4.

Crateria ſcribitur fide Dioſcoridis lib.4. vbi de Thapſia: Ἐκθλίβεται διὰ τοῦ κόσκινου τὸ ὑγρὸν εἰς τὴν ὑποκειμένην κρατηρίαν.

Maroni *Crateres.* Tullius in Arateis:

In medioq; ſinu fulgens cratera relucet.

Curtius lib.4. *Ex auro crateram cum XXX. pateris dicauit.*

PAVPER, PAVPERA in ſexu altero. Valer. Prob. lib.2. ex Plauto: *Haec res eſt paupera.*

Terentius: *Quia paupera eſt, ignoratur parens.*

STATERA, STATER. Inſcriptio apud Vrſinum: POS STATEREM. ET. PONDERA. QVAE ANTEA. RESP. EMIT

Tull. 2. de Orat. *Non aurificis ſtatera.*

A, IS, IX, En.

ABSIDA, ABSIS. Iſidor. lib. 3. Orig. cap.68. *Iſta omnia in abſidu colliguntur.* Quem vide & lib. 15. cap.8.

Anaſtaſius in Leone tertio: *Aedificauit Eccleſiam cum apſida ampliſſima.* Ibidem: *Decoratam abſidam.* V. apſis in Serie Alphabetaria. In Gregorio quarto: *Cum abſida de muſiuo,* ſaepiuſque.

CASSIDA, CASSIS. Chariſius vtrumque praenotauit lib.1. & Priſcianus libro 6. Maro lib.11. —— *Aurea vati Caſsida* —— Propertius:

Aurea cui primum nudauit caſsida frontem.

CHLAMYS, CHLAMYDA. Varro. Hercule Socratico: *Cubo in Sardinianis tapetibus, chlamyda; ſed purpurea amicula.* Apul. lib.2. Florid. *Chlamyda velat vtrumq; brachium.* & lib.16. de A A.

GRACILA, GRACILIS. Terent. *Vt gracilae ſient.*

HILARA, HILARIS. Plautus Rodente: *Sed quid ais mea lepida, hilara?*

IVGLANDA, IVGLANDIS. Feſtus: *Quidam nucis iuglandis, quam Verrius Iuglandam vocat.* Locis compluribus.

SALAMINA. Iuſtino lib.2. *Salamis & Salamin* Horatio, aliiſque.

STERILA Feſto. *Sterilis* vbi notaui.

CHOENICA *menſurae genus,* Feſtus: χοῖνιξ Heſiodo, caeteris. Similiter Stephanus: Ἀπὸ τοῦ κάλυκος, ἡ καλύκη, καὶ τοῦ χιτῶνος ἡ χιτώνη, καὶ ἡγεμόνος ἡγεμόνη. Palladius l. 11. de R R. tit. 14. *Tribus cadis vnam floris menſuram, quam Tyri Choenicam vocant; adicies.* Iterum lib. 12. tit. 20. *Choenix.* Priſcianus: *Qui quater adſumtus ſit Graio nomine Choenix.*

FVLICA, FVLIX Georg. 1. *In ſicco ludunt fulicae* ——

Cicero de Diuinat. *Rauca fulix* —— Item in Arateis: *Cana fulix.*

SIRENA, SIREN. D. Ambroſ. lib. de Thobia cap. 5. *Hinc Sirenae, quae voluptatis ſpecie.*

A, VM.

AGATHYRNA Polybio, Liuio, Strabone, apud Stephanum, Ἀγαθύρσα.

AGATHYRNVM Plinio lib. 3. cap. 8. *Cephaloedis, Aluntium, Agathyrnum, Tyndaris colonia.* Apud Strabonem: Ἀγάθυρσον.

ALIMONIA Gellius: *Amiſſoq; naturalis alimoniae fundamento.*

ALIMONIVM. Varro lib. 2. de R R. cap. 8. *In partu, & alimonio.* Lib. 3. cap. 16. *Mellis alimonio.* Vnde *Alimonia* πληθυντικῶς Lib.73. de iure dot. & alias.

ARMENTA. Liuius: *Qui curuifrontes paſcere armentas ſoles.* Alij *Cornifrontes* legi volunt.

ARMENTVM notiſſimae ſcripturae.

BAMMA.

BAMMA, BAMMVM, Adamantius Martyrius, *Bammum*, ὀξυτάριον, ἐκ τῦ Βάμμα.
CAEMENTA. Ennius: *Labuntur ſaxa, caementae cadunt.*
CAEMENTVM parietibus in vulgi.
CAVERNA, vbi non? In Cyrilli Lexico: Τρώγλη, *Foramen, Cauernum.*
COLOCASIA. Palladius lib.5. de R R. tit. 3. *Colocaſiae plantaria ponemus ſaepius.*
COLOCASIVM. Ecloga Virg.4. —— *Colocaſia miſcet acantho.*
Martial. lib.8. ep 33. *Lenta minus gracili creſcunt colocaſia filo.*
CONCORDIA.
CONCORDIVM Lib.27. D. de pact dotal. in Pandectis Flor.
DOLABRA, Iuuenalis. *Dolabrum.* Lexicon Cyrilli putatum: Α'ξίνη, *Dolabra: Hoc dolabrum.*
FARETRVM hoc, Faretra, βελοθήκη, in eodem Lexico.
FIMBRIA, FIMBRIVM, Beda in Orthographia.
FOENISICIA. Plin.lib.18. cap. 8. *Ante ſecunda foeniſicia.* Columella lib 2.c.11. *Foeniſiciae inſtituendae.*
FVLMENTA. Lucill. lib.4. —— *Fulmentas quatuor addit.*
Plaut. Trinummo: *Fulmentas ſubeam ſupponi ſoccos,*
FVLMENTVM. Varro: *Fulmenta lectum ſcandunt.*
INIVSTITIA. Aliter Excerpta de Gloſſis: *Iniuſtitium*, Α'δικία, vt *Solſtitium, & Iuſticium* per dies nefaſtos: Imo per dies faſtos. Prudentius Hymno V. *Arcu iuſticium triſte tyrannicae.* Et mox: *Cogis iuſticiae vindice dextera.*
IMPENDIA. Romae extra portam Oſtienſem:

C. HERODES. DE. SVA. IMPENDIA

IMPENDIVM, Cicero, Seneca.
LABIA. Pomponius Proſtibulo: *Nunquis hic reſtat, qui nondum labias lirarit mihi.* Plautus Sticho: *Age tibicen, quando bibiſti, refer ad labias tibias.* Lucill. Satyr. lib.22. *Zopyrion labias caedit vtrimque ſecus.* Gell.lib.10. cap.4. *Labias ſenſim primores emouemus.* Ibidem: *Spiritum, & labias.* Idem lib. 9. cap. 11. Apuleius ſaepicule.
LABIVM non paucies occurſat.
MACELLA, MACELLVM. Plutarch. in qq. Rom. Διὰ τί τὰ κρεωπώλια μάκελλα, καὶ μακέλλας καλοῦσι;
MARGARITA, MARGARITVM. Soſipater lib.1. *Longe ſuauius margaritum neutrali genere dicitur.*
Prudentius in Romano: —— *Margarita ſpargere Chriſti vetamur inter immundos ſues.*
MENDA. Ovid. Artis ſuae lib.1. *Nocte latent mendae, vitioque ignoſcitur omni.*
Lib.2. *Eximet ipſa dies omnes de corpore mendas.*
MENDVM. Cicero in Praetura Sicilienſi: *Quod mendum iſta litera correxit.*
MYRTETA. Plautus Vidularia: *Neſcio qui ſeruus e myrteta proſiluit*, Priſcian.lib.4.
MYRTETVM, vt ſexcenta talia.
MVLCTRA. Maro: *Bis venit ad mulctram.* Columella libro ſeptimo, de R R. cap. 8. *Mulctra cum repleta eſt lacte.*
MVLCTRVM. Calpurnius, Ecloga 4. *Duc ad mulctra greges* ——
Nemeſianus: —— *Noſti nunquam mea mulctra vacare.*
Horat. *Veniunt ad mulctra capellae.* Iſidor. lib. 20. cap 6. Orig.
NOVACVLA, NOVACVLVM. Quod Origine tuemur ac Proportione. *Gubernatum, gubernaculum: Coenatum, coenaculum. Nouatum, nouaculum.* Pars enim expolita nouacula nouatur: vnde Apuleio: *Quid nouatio, & reuelatio pudendorum? Ad nouaclum* legi in Lampridij Codice Palatino credo Salmaſio.
PARCIMONIA, PARCIMONIVM Inſcriptio:

MANILIA ... PAVLA
DE. PARCIMONIO. SVO
SIBI. ET. AELIO
PAVLINO. COMPARI. SVO
DOMVM. AETERNAM. DO

PISTRINA, PISTRINVM. Chariſius lib.1. *Piſtrinum neutro dicitur*: ſed Lucill. lib.26. foeminino extulit: *Media e piſtrina.*

RAMENTA; Plautus: *Ramenta fiam plumbea propenſior.*

Plaut. Rudente: *Nunquam hercle hinc hodie ramenta fies fortunatior.*

RAMENTVM. Fab. Lucullus Epico: *Vilißimum ramentum, proluuioſa peſtis.*

Plin.lib.33.cap.8. *Inficitur ita ramentum obiter, dum vritur.*

SPICA, SPICVS, SPICVM. Apicius lib.1.cap.7. *Moue ſpica, & emendaſti.*

Verſus antiquus apud Feſtum: *Quaſi meßim per mißim vnumquemq; ſpicum collegit.*

Varro lege Maeuia: *Neq; in bonam ſegetem nullum eſt ſpicum nequam, neque in mala, non aliquod bonum.* Cicero 2. de natura Deorum.

Spicum illuſtre tenens ſplendenti corpore virgo.

STIPVLVM, STIPVLA, *Culmus*, Καλάμη, Cyrilli Lexicum.

TEGVLA. In Eunucho Ter. *Per alienas tegulas veniſſe clanculum.*

TEGVLA πληθυντικῶς a *Tegulum* lib.30. §. Labeo B. de Vſuc. Pand. Flor.

TESTA, TESTVM. Plin.lib.30.cap.1.13. *Fimo quoque ouium ſub teſto calefacto.* Lib.31. cap.7. *Sub aereo teſto diſcoxere.*

TRIBVLA. Columella lib.2.cap.21. *Si pauca iuga ſunt, adiicere tribulam, & traham poßis.* Sic legit & Georg.1. Nonius: *Tribulaq; traheaeq; & iniquo pondere raſtri*: & ſi nunc in omnibus Codd. ſit *Tribulaq;*.

TRIBVLVM. Varro: *Iumentis iunctis, ac tribulo.*

A, VS.

CHILIARCHA Curtij lib.5.

CHILIARCHVS diſcas e Polluce mox.

GYMNASIARCHA.

Vetus Inſcriptio:

C. RVTILIO. C. T. COCLITI
VIRO... GYMNASIARCHAE

GYMNASIARCHVS. Verrina 6. *Demoliendum curauit Demetrius Gymnaſiarchus.*

Columna marmorea Romae:

ΠΡΟΧΕΙΡΙΣΘΕΣ. ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΟΣ. ΠΡΟΕΣΤΑΤΗΣΕ. ἘΝΔΟΞΩΣ.

Gymnaſiarchorum virgam meminit Sidonius lib.2.epiſt.2. In marmore Anconitano: Βάτων γυμνασίαρχος.

Graece Γυμνασίαρχος, Γυμνασιάρχης, & Dialecto Γυμναζίαρχα, vt Μητίετα Ζεύς.

Pollux lib.1.cap.9 κε. Τριήραρχοι, πεντηκόνταρχοι, ναύαρχοι, στόλαρχοι.

PHARMACOPOLA, PHARMACOPOLVS tranſſcribi poteſt ex Ariſtotele lib.8.de Animalibus cap.8. vbi vir doctiſſimus exoſculatur lectionem hanc: Ἔστι δὲ τοῦτο θεωρῆσαι ἐν τῶν παρὰ τοῖς φαρμακοπώλοις τρεφομένων.

AL, ALE.

ANIMAL, ANIMALE. Soſipater lib.1. *Multi autem voluerunt & nominatiuum per E, efferri, vt hoc Animale, Tribunale, Bidentale.* Per E, atque ἐπιθέτως vſurpauit.

Manilius lib.2.

——— *Corpusq; animale figuret.*

AVCTVMNAL. Varro lib.2. *Aequinoctium auctumnal*, Plinius lib.6. notat. Quod Soſipater dixerit *Auctumnale.*

BIDENTAL TRISTE Horatio. *Bidentale.* vide ſupra.

BIDENTALE Soſipatro lib.1. Cyrilli Lexicum. Κεραυνοβόλιον, *Bidentale.*

CAPITAL Feſto, Plauto, in Legibus.

CAPITALE Soſipatro. Ovid. 3. Faſtorum:

——— *Capitale vocamus*
Ingenium ſolers: ingenioſa dea eſt.

CER-

CERVICAL. Martial.lib.14.Epig.146. *Tinge caput nardi folio, ceruical olebit.* H. Stephani Gloſſae: *Ceruical*, Περικράνιον.

CERVICALE probat Soſipater, & Cyrilli Lexicum : Ἐπαυχένιον, *Ceruicale.*

CVBITAL. Horat. in ſerm. *Faſciolas, cubital, focalia* ——

CVBITALE integrum eſt: quod & alij in Horatio legunt.

FEMINAL, FEMINALE. Ex vtro Φεμινάλια Suidae?

FOCAL.

FOCALE. *Hoc focale tuas adſerat auriculas.* Martial lib.14.ep.142.

MANAL, ſeu MANALE, oſtium Manium, Feſtum ita corrigente Scaligero.

MINERVAL. Varro lib.3. Rerum R. *Simul ac promiſeris mineruval, incipiam.*

MINERVALE D. Hieron. in epiſt. Pauli ad Epheſ. *Mineruale munus* integra phraſi.

PENETRAL. Macrob.lib.7. cap.1.editionis amoeniſſimae a Pontano:

Tantum intra ſuum penetral aeſtimes adorandam.

Prop. in 4. *Qua penetral: virgo tale iter omne caue.*

PENETRALE. Ovid. 1. Triſtium . *Cum tamen in noſtrum fueris penetrale receptus.*

PENETRALIVM. Gloſſae: Ἐνδόμυχον, *Penetralium, Penetrale, Latebroſum.*

PVLVINAR ὀρθογραφεῖται, Veteres Gloſſae: Ἕδος, *Puluinarium, Sacrarium.*

PVTEAL. Ovid. 2. de Remedio: *Qui puteal, Ianumq; videt* ——

Cicero pro Seſtio: *Puteali, & foeneratorum gregibus inflatus.*

Idem lib.1. epiſt.8. ad Atticum *Putealia.* Horat. Feſtus: *Scribonianum appellatur ante atria, puteal, quod fecit Scribonius.*

PVTEALE, ex ſimilium congerie non trepidem ſcribere cum Cyrilli interprete quiſquis eſt, in Lexico: Ἱερὸς τόπος, περιχειλωμένος, *Puteale.* Iterumque ἱεροῦ φρεατικός, *Puteale.*

QVADRANTAL, QVADRANTALE Antiquae Gloſſae.

SAL, *non eſt dicendum*, inquit Soſipater. Afranius tamen: *Quidquid loquitur, ſal merum eſt.* At ſui parum meminens eodem libro primo Soſipater multis poſt paginis promit e Salluſtio: *Neque ſalem, neque alia irritamenta gulae quaerebant.* Idem ex Varrone de poëmatis 2. *Nunc vides in conuiuiis ita poni & ſal, & mel.*

SALE Ennius Protulit in IV. Annalium, inquit Priſcian. lib.5.

Coeruleum ſpumat ſale conferta rate pulſum.

Sale igitur, vt Mare, & Lacte, inquit Soſipater lib.1. addita ratiuncula: *Quia nullum Latinum finitur hac extremitate.* Quomodo *Sol, Nil*, & congeries haec vniuerſa? *Sale* quoque Cato cap. 145. de R R.

TORAL, TORALE, Conſentius in Arte. Horat. epiſt. 5.

—— *Ne turpe toral, ne ſordida mappa.*

Varro lib. 4. de L L. apud quem *Torale* extrudit Ant. Auguſtinus Conſentij immemor. Gloſſae: *Torale*, Περίκλινδρον. Vide Nonium .

TRIBVNAL, TRIBVNALE. Soſipater lib.1. Iſidorus vero lib.1. Orig. cap.19. *Tribunal'* cum apoſtropho legi praecipit. Cur hoc potius quam caetera? Fabius libro 1. cap.6. *Tribunal etſi receptiſſimum eſt moribus: non defuerunt, qui Tribunale quatuor omnino ſillabis abſolutiſſimum putarent.*

VIRGINAL. Prudentius in S. Agne: *Intactum ab omni crimine virginal.* Apul. Apol. 1. *Veretillam, & virginal.* Nonno dicitur προσαπτικὸν χορεῖ ς.

VIRGINALE, de quo pronuncio, vti ante de *Puteale*.

Solin.cap.4. *Si concretum virginale fuerit.*

AN, VS.

TITAN, TITANVS. Plautus Menaechinis: *Barbatum tremulum Titanum, qui lucet Cygno patre.* Naeuius in Carmine belli Punici primi: *Inerant ſigna expreſſa, quomodo Titani bicorpores, gigantes, magniq; Atlantes.*

AR, E, alitérve.

ALTAR. Prudent. *Oſſibus altar & impoſitum.* Item Gloſſae. In S. Vincentio: *Altar quietem debitam Praeſtat beatis oſſibus.* Iſidori Gloſſae. In Caſſiano: *Altar tepeſcit ore, ſaxum pectore.*

PHLEGYAS, PHLEGYES, PHLEGVS. Stephanus : Ἔϛι ϑ τῦ φλεγύας, ϗ φλεγύης ἰωδεῖα, ϗ φλεγύς. Aen.6. —— *Phlegyaſq́, miſerrimus omnes*
Admonet —— Apollodorus.

AS, IS.

ARDEAS, *Ardeatis*. Cato lib.1. Orig. *Populus communiter Tuſculanus, Tiburtis, Pometinus, Ardeatis, Rutulus.*

ARPINAS, ARPIÑATIS. Cato primo Orig. *Siquis mortuus eſt Arpinatis, eius haeredes ſacra non ſequuntur.*

CAPENAS, CAPENATIS. Cato 1. Orig. *Lucus Capenatis.*

CVIAS, CVIATIS. Ennius: *Quiſquis erit, cuiatis erit* ——

Apul.lib.1.de A A. *Qui ſim, & cuiatis.* Lib.8. *Cuiatis eſſem.* Plautus Menaechinis: *Rogant, Cuiatis ſit.*

FERENTINAS, FERENTINATIS. Titinnius in Pſaltria: *Ferentinatis populus res Graecas ſtudet.*

FERENTINATES. NOVANI ex Vrſini ſchedis, ab vtro?

FERENTINVS paſſim Liuio. *Frentanus* duabus omnino ſillabis Silio Italico.

INFIMAS, INFIMATIS, *Infimus.* Plautus in Sticho:

Ergo oratores populi ſummates viri
Summi accumbent: ego infimatis infimus.

LARINAS, LARINATIS. Priſcian. lib. de Accentibus. *In vetuſtiſſimis Libris inueniuntur proferri Larinatis, Maecenatis: vnde ſubtracta T. Accentus remanſit.*

MAECENAS, MAECENATIS. Vide *Larinas.*

PENAS, PENATIS. Apud Feſtum: *Penatis ſingulariter Labeo Antiſtius poſſe dici putat: quia pluraliter Penates dicantur, cum patiatur Proportio etiam Penas dici, vt Optimas, Primas, Antias.*

Mantiſſa.

SAMNITIS, LAVRENTIS teſte Capro, teſte Priſciano, Cato: *Acceſſit ager, quem priuatim habent Gallicus, Samnitis, Appulus, Brutus.* Naeuius in carmine belli Punici neutraliter *Samnite.* Addit *Ceretis*, & *Ceritis* ex Aen.10.

Qui Caerete domo —— Item:
Eſt ingens gelidum lucus prope Caeritis amnem.

Horat. epiſt. 1. *Quid deceat, quid non obliti Caerite cera.*

Liuius lib. 41. *Lanuuini, Caeriteſq́, anguem iubatum apparuiſſe nunciarunt.*

TIBVRTIS teſte Priſciano, & Catone 1. Origin. ſupra in *Ardeas.*

TIBVRS paſſim. Inſcriptio ad aquas Alburneas:

SENATVS. POPVL·VSQVE
TIBVRS

Altera item Tiburi in baſi marmorea.

AS, VM.

VAS, VASVM. Cledonius in Arte: *Antiqui rectius dicebant Vaſum, quomodo Scamnum. Auctoritas Vas praeſumit.* Fabius Pictor: *Dextra vaſum cum aqua.* Caeſar lib.3.de bello Ciuili: *Et noctu, neq́, conclamatu vaſis flumen tranſit.* Apud Gellium: *Neque vaſum, neque veſtimentum vllum eſt in manu preciosum, neque precioſus ſeruus, neque ancilla.*

AS, O.

TEMERITAS, TEMERITVDO. Fabius lib.9.cap.4. *Facilitates, temeritates,* paſſim. Pacuuius Duloreſte: Euni tyranni noui temeritudinem.

TENERITAS, TENERITVDO. Cicero de Finibus Bon. & Mal. lib.5. *In primo enim ortu ineſt teneritas, ac mollitia quaedam.* Apuleius lib.5.de Aſino A. *Proq́, animi tui teneritudine.*

AS, VS.

AS, VS.

ARCESILAS, ARCESILAVS. Vide poſteram ſeriem.
ELEPHAS, ELEPHANTVS. Opinatur Priſcianus poſterius ortum ex genitiuo prioris Ἐλέφαντος. Videtur.
Lucill.Sat.lib 1. —— *Miracla cient elephantes.* Lucan. lib. 9.
ELEPHANTVS Iuvenalis lib.4. *Rurſus ad Aethiopum populos, altosq; elephantos.* Plautus Milite.
Vtrumque Priſcianus agnoſcit lib. 6.

SECTIO SECVNDA.

E, ES, VM.

NAVALE. Veteres Gloſſae: Νεώριον, *Naualium.*
OVILE. Gloſſae. Ποίμνη, *Ouilium.*
PRAESAEPE Horat. *Scurra vagus, non qui certum praeſepe teneret.*
PRAESAEPES. Plautus: *Haec praeſaepes mea eſt*, genere foeminino ſicut apud Graecos: *Auctoritas eſt, non ratio*, inquit Probus in Catholicis. Cato: *Bonas praeſaepes, faliſcas clatratas.* Hodie legitur in Prudentio Hymno XI. *O ſancta praeſepis tua* per I.
PRAESAEPIAE. Varro lib. 1. de R R. cap. 13. *Culinam bonam, ruſticam bonam, praeſaepias laxas.*
PRAESAEPIVM *meum hordeo paſſim repleri iubet*, lib. 6. de Aſino Apuleius. Varro lib. 2. de R R. cap 5. *Pabulo viridi obiiciendo in praeſaepiis.* Gloſſae: Φάτνη, *Praeſepe, Praeſepium.*
RETE paſſiua, rectaque ſcriptione. Veteres Gloſſae: Δίκτυον, *Retium*, iterumque.
TAPETE, TAPES, τάπης, *Tapetum, Tapetium.*
TAPETE. Turpilius: *Glabrum tapete.*
TAPETVM. Incertus Auctor de Orthographia vulgo Beda habitus *Tapetum* τρισυλλάβως. Maro:

Inſtratos oſtro alipides, pictiſq; tapetis.

Incertus iſte legit *Pictoſq; tapetos*, errat, aut potius exſcriptor. Nonius autem legit: *Pulcroſq; tapetas.* Videſis Erythraeum.

E, VS.

IPSE, IPSVS. Diomedes lib. 1. *Ipſus, quod eſt in comoediis, eſt & apud Tullium.* Ea cauſa in neutro non ſcribitur *Ipſud*, inquit Rhemmius Palaemon, cui Beda ſubſcribit. Vtriuſq; rationem repudiat Priſcianus lib. 13. conferens *Alius*, cuius neutrum *Aliud*, non *Alium*: & ſi rectus nunquam efferatur per E. In Cyrilli Lexico: Αὐτό, *Ipſud.*

EN, IS.

ANGVIS, ANGVEN. Priſcian. lib. 8.
SANGVEN, SANGVIS Cicero in Hortenſio. *Vt ait Ennius: Refugiat timidos ſanguen, atque exalbeſcat metu.* Idem in 2. Annalium: *O genitor, o ſanguen diis oriundum.* Cato in libris Orig. *Quod ſanguen defluxerat, cognouere.* Ennius Hecuba: *Pergunt lauere ſanguen ſanguine.* At Probus lib. 2. *Poſuit Lucretius hoc Sanguen nouo more.* Dic. Antiquo more. Caper quoque libro de verbis dubiis: *Sanguis, non Sanguen.* Ignorantiae profeſſio, aut contumaciae.
PECTEN, PECTIS, κτείς, Gloſſae p. 154.
POLLIS, POLLEN, Chariſius.
RVMIS, RVMEN, Varro cap. 1. & 11. lib. 2. de R R. Item Nonius:

SINA-

SINAPE, SINAPIS, SINAPI. Columella lib.11.cap.3. *Sinape, atque coriandrum ſi modo recte.* Idem lib.10.

Seq; laceſſenti fletum factura ſinapis.

Graecorum imitatu, quibus dicitur ἡ σίναπις, vel σίνηπι. Plautus Pſeudolo: *Haec ſinapis.* Plautum nominat Probus lib.2.

E, ON.

ALCYONE, ALCYON. Seruius ad illud: *Dilectae Thetidi Alcyones ——* *De muliere Alcyone dicitur*, inquit: *cum de auibus Hic, & haec Alcyon ——* Vanus diſtinctus. Ovid. in vndecima Metamorphoſi:

Incubat Alcyone pendentibus aequore nidis.

Scribitur & *Alcedo*. V. *Halcyon* in ſerie.

EN, O.

ANIEN, ANIO, ANIENVS. Ovid. *Aut Anienis aquae ——*

Horat.lib.1.Carm. *Et praeceps Anio ——*

A priore Val. Probus lib.2. figurat *Anienus*. Ita primo Siluarum Papinius:

Illis ipſe antris Anienus fonte relicto.

TERMEN, TERMO, TERMINVS. Feſtus: *Termonem Ennius Graeca Conſuetudine dixit, quem nos nunc Terminum hoc modo:*

Ingenti vadit curſu, qua redditu' termo eſt.

Varro lib.4. de L L. *Itaque Terminus quum in Latio aliquot locis dicitur, vt apud Accium, non Terminus, ſed Termen. Ex his veteribus Amtermini, & Amtermines.* Cato in Orig. *Oratorum amterminum.*

TVRBEN. Tibull. *Namq; agor vt per plana citus ſola verbere turben.*

Chariſ. agnoſcit l.1. Inſtit. fruſtra Erythraeo repudiante, ac Librorum fidem implorante.

TVRBO. Maro 7. *—— Tortus ſub verbere turbo.*

EN, VM.

GLVTEN, GLVTINVM. Georg. 4. *—— Collectumq; haec ipſa ad munera gluten.* Salluſt. *Quaſi glutino adoleſcebant.* Scaurus vero dicit Daedalum inueniſſe *Glutinum.*

EN, VR.

FEMEN, FEMVR. Proletariis Maronis editionibus. *Eripit e femore ——*

Mediceo, & Libris antiquis: *A femine. Femen* nominatiuum agnoſcit Seruius ex Capro, itaque legendum veteres Grammatici adſeuerant. C. Iul. Romanus Tibullum citat, qui *Femini* dixerit eo verſu: *Implicuitq; femur femini ——* Sed Soſipater hunc obliquum tribuit recto *Femur*, legitque ſupero loco: *Eripit e femine.* Vide lib.1. Feſtus: *Femur femoris, & Femen feminis.* Curtius lib.8. *Iouis femine Liberum Patrem eſſe celatum.* Plin. lib.28. cap.15. *Hic adalligatus femini omnes impetus diſcutit.* Mox: *Femina atteri aduriq; equitatu notum eſt.*

ER, A.

Vide A, ER ſuperius. *Crater, Cratera.*

ER, ES.

PASSES dixere priſci, poſteri *Paſſer.* Sic *Valeſius Fuſius.*

ER, IS.

ER, IS.

ACER, ACRIS. Naeuius Carmine Belli Punici : *Fames acer augeſcit hoſtibus.*
Ennius XII.
In campo paſsim molliſsimus perculit acris.

CAMPESTER, CAMPESTRIS. Cato primo Orig. *Agrum, quem Volſci habuerunt, campeſtris plerus Aboriginum fuit.*

CELEBER, CELEBRIS. Cicero 2. ad Herennium : *Locus quaeritur, celebris, an deſertus?*
Ovid. *Circus erat pompa celeber, numeroq́; deorum.*
Curtius lib. 4. *Profeſsione, quam ſcientia celeber.*

CELER, CELERIS. Lucan. I. —— *Celer Cyllenius haeret.*
M. Cato de Re Militari : *Satis celeris ſis in tempore.*

CINER, CINIS. Priſcian. lib. 5. & 6.

PVLVER, PVLVIS, Priſcian. lib. 6.

SALVBER, SALVBRIS. Ovid. 4. Faſt. *Phoebe ſaluber ades* ——
Lexicum Graeco-latinum : Ὑγιεινός, *Saluber, Salubris.*

VOMER, VOMIS. V. anterius, vbi de Librorum fide, meritoque.

Sequeſtrus.

SEQVESTER, SEQVESTRIS. Virgil. in II. —— *Pace ſequeſtra.*
Plaut. Vidularia : *Ego ſeruabo quaſi ſequeſtro detis.*
In eadem : *Hunc fugio ſequeſtrum.*
Cicero 2. Verr. *Aut ſequeſtres, aut interpretes corrumpendi erant.*

VOLVCER, VOLVCRIS, πετεινός, Graeco-lat. Lexicum.

VOMER, VOMIS Priſcianus lib. 6.

ER, VS.

AESTIFER, an AESTIFERVS ſcribendum Plinius apud Chariſium lib. 2. quaerit. Scribi, dicive mandat ad hunc modum: *Facifer, Aurifer, Armiger, Lucifer.* Ratio eius: *Quod compoſita ſunt*, deiicitur ex iis, quae ſubiicimus.

ALEXANDER, ALEXANDRVS. Chariſ. lib. I. Inſtit. *Alexander, & Teucer dici debet: ſed & Alexandrus, & Teucrus dici poſſunt, vt Virgil. Teucrus, & Euandrus. Secundum illam ſcilicet rationem, qua nomina Graeca, quae in Os exeunt, Latine in Vs exire Aurelio placet. Contra quam tamen regulam a Graecis* ἀγρός, *idem a nobis Ager dicitur. Ideoq́; vt in his, & caeteris ante omnia Conſuetudo ſequenda eſt.*

ANAXIMANDER *omnia ad ſpiritum retulit*, Seneca lib. 2. qq. Nat. cap. 18. *Anaximandrus ait omnia iſta ſic fieri.* cap 19. Idem.

ANTIPATER, ANTIPATRVS ex Ἀντίπατρος. Inſcriptio Romae in S. Ioanne, & Paulo :

D. M. S.

CLAVDIVS. ANTIPATRVS

SIBI. ET. SVIS

CANDELABER ſcriptum veteribus credo Arnobio lib. I.

CANDELABRVS Caecilio.

CASSANDER Curtio, Iuſtino.

CASSANDRVS Ovid. lib. 2. de Ponto : *Non tibi Caſſandrus pater eſt* ——
Cenſorinus cap. 18. *Caſſandrus tricies ſexies centum milium.*

CEREBER, Ἐγκέφαλος, H. Stephani Gloſſae. Vbique *Cerebrum.*

CREBER *vtraque manu pulſat caua tempora* —— Aen. 6.

CREBRVS

CREBRVS, Πυκνότερος, Gloſſae H. Steph.
CVLTER.
CVLTRVS, Σφαγίς, Eaedem Gloſſae.
DECEMBER vbivis.
DECEMBRVS Romae in aedibus Petri Siluerij:

C. IVLIO. C. L. DECEMBRO

Iterum ad Crucem montis Marij:

D. IVNIO. D. F. DECEMBRO

Iſidorus Hiſpalenſis lib de Natura rerum cap. 5. *Ianuarius cum Decembrio in horarum menſura concordat: Februarius cum Nouembrio ſpatium aequale conſummat. Martius conſentit Octobrio* Ita editum a Breulio. Neque mihi peregrina viſa res. Haut mirum: nam compoſiti pars altera eſt ὄμβρος, ſeu ὄμβριος in iſtis. Vide Nannij Miſcellanea.

DIMETER, DIMETRVS: *Trimeter. Trimetrus: Tetrameter, Tetrametrus: Hexameter, Hexametrus: Pentameter, Pentametrus.* Mar. Victorinus: *Dimetrus initialis.* Idem: *Tetrametrus verſus heroicus.* Caeſius Baſſus: *Iambicus trimetrus*, in libro de Metris.

Mar. Victor. *Pentametrus Catalecticus.* Idem *Trimetrus.* Idem lib. de Carmine Heroico: *Hexameter dicitur, aut Hexametrus, vt Euander Euandrus, quorum vnum venit ex Graeca enunciatione, alterum ex Latina.*

EVANDER. Vide *Dimeter.* Aen. 8.

Rex Euandrus ait —— Ita Libri quamplurimi. Item illic: *Euandrus habebat.* Ita Codices Romanus, ac Mediccus: alij *Euander.* Similiter

Tunc rex Euandrus Romanae conditor arcis legit Iſidor. lib 15. Orig. cap. 1. & Priſcian. lib. 6. Quare idem Iſidorus in *Euandre, Menandre* nullam agnoſſe debuit metatheſim, neque ſcopulus Manutio lib. 3. aliiſque ſecutos eſſe. Sunt enim vocatiui caſus ex rectis in Vs.

EXTER, EXTERVS. Statius lib. 11. Theb.

Sed quid apud tales, quis non ſua pignora curae,
Exter honor? ——

HISTER. Vide in ſerie. Euſebij Chronica:

Hiſtrus ciuitas in Ponto condita. Salluſt. apud Gellium lib. 10. cap. 7. *Iſtrus enim quoque in Europa fluit.*

HISTRVM Priſcianus lib. 5.

INFER, INFERVS. Cato de R R. cap. 149. *Vbi ſuper, inferq; vicinus permittet,* pro *Inferior. Superior.* Eidem *Citer.*

LEANDER, LEANDRVS. Arnob. in 6. *Cleochium dicit habuiſſe ſuprema Leandrus.*

Ovid. 2 de Arte A.

Saepe tua poteras Leandre carere puella.

In Epiſt.

Quam mihi miſiſti verbis Leandre ſalutem.

Alibi:

Si tibi tale fretum quondam Leandre fuiſſet.

LVDICER, AN LVDICRVS? Videtur *Ludicer* Proportione repoſci, *Macer, Sacer, Pulcer.*

Nec in Crus occurrit ſimile. At Vſus: *falſum quis dicere Solem Audeat* —— ? ——

MAEANDER, Feſto *Maeandrus.* Idem *Maeandros*, a quo quartum caſum inclinat Lucanus lib. 3.

Errantem Maeandron adit ——

Silius in 7.

Qualis Maeonia paſſim Maeandrus in ora.

Ciofanus in 2. Metamorph. *In ambobus meis,* inquit, *Maeandrus.*

MELEAGER, MELEAGRVS. Metamorph. 8.

Eſſe putant tutos, donec Meleagrus & vna.

Manus δ' ἐπιδαμονεσέρα *Meleagros* forma Graecanica praeſcripſerat. Eſto caſus quartus hic anteiuerit:

—— *Quamuis Meleagron haberet.* Poſtilla:
—— *Flamma Meleagrus ab illa Vritur* ——

TYSIA. Mar. Victorinus in lib. 2. Rhetor. Ciceronis: *Corax, & Tyſia artes primi oratorias apud Graecos ſcripſiſſe dicuntur.*

TYSIAS paſſim Cicero, paſſim alij, inter quos Dionyſius Halicarnaſſeus, cui ſcribitur I minuſculo, quod & rectius autumo.

A, AE.

ARVA, ARVAE. Virgil. *Arua aliena iugo premere* —— Alterum ſcribit Naeuius Lycurgo: *Quaq; incedunt, omnes aruas obterunt.* Pacuuius: *Poſtquam calamitas plures annos aruas caluitur.*

BLANDITIA. Cicero de Rep. lib. 4. *In ciue excelſo atque homine nobili blanditiam, oſtentationem.* Agnoſcit Aldus Manutius lib. 1. Gram. Q. Cicero de petitione conſulatus:

Quid opus eſt magnopere blanditia?

Rutilius Lupus: *Blanditia ſua, quod petiſſet a patris mollitie impetraturum.*

BLANDITIAE paſſim.

BLANDITIVM in Cyrilli Lexico Κολάκευμα interpretatum, & cum C ſcriptum eſt.

DELICIA, DELICIAE, DELICIVM. Plautus Poenulo: *Mea voluptas, mea delicia.* Idem Truculento, Gell. lib. 19. cap 8. Inſcriptio Beneuenti:

IVCVNDA. SEPVLTA
EST. DELICIA. EIVS

Delicium. Martialis: *Stellae delicium mei columba.*

EPVLA: EPVLAE, EPVLVM paſſim. *Epulam antiqui etiam ſingulariter poſuere,* Feſtus.

EXSEQVIAS IRE creberrimum. Feltriae in aedibus Ant. Arzentru

VT. EXSEQVIVM. SIBI. FACERENT

FIDENA. Plin lib. 16. cap. 4. *Fidenam primus irrupiſſet.* Maro: —— *Vrbemque Fidenam,* Silius Italicus lib. 15. *Roma minanti Impar Fidenae* ——

FIDENAE Tacito, Liuio.

FOENISICIAE *inſtituendae* Columella lib. 2 cap. 11.

FOENISICIVM Plin. lib. 18. cap. 28. *Ante ſecunda foeni ſicia.*

INCITAE in Plauti Trinummo, *Vt ad incitas redactus.* In Poenulo: *Profecto ad incitas lenonem rediget, ſi has abduxerit.*

INCITA Lucillio lib. 15. *Commanducatus corrupit, ad incita adegit.*

INIMICITIAE cui non ſcriptae? *Inimicitiam* dixit Accius teſte Chariſio, & Ennius teſte Gel io lib. 19. cap 8.

INEPTIA, INEPTIAE. Prudent lib. 1. contra Symmachum,

Indocilis fatui ducebat Ineptia vulgi

Lib. 2. *Gentilis ineptia.*

INSIDIAE. *Inſidia prima* Salluſtij eſt.

MINA, MINAE. M. Catus in Suaſione: *Mina cogi nulla potuit.* Idem tradit Feſtus, & Curiatius.

MYLA, MYLAE. Liuius lib. 24. *Quae ad Mylam falſo nunciata erant.* Silius lib. 14.

Subſidium infelix fugientibus aequora Mylae.

Marcianus Heracleota: Πάλιν δ' ἀπὸ τούτων δύο πόλεις Ε'ὔβοια, καὶ Μύλαι κατυκίσθησαν ἐπικαλούμεναι. *Rurſus ab his ciuitates duae Euboea, & Mylae cognominatae habitatae ſunt.* Cluverius importunitate ſua verſum vtrumque dicunt, ſcripto in capite verſiculi alterius Καὶ Μύλαι. Scylax Caryandeius: Πόλις Ε'λληνὶς Μύλαι, καὶ λιμήν: *Vrbs Graecanica, & portus Mylae.*

RVDIA Ennij patria. Ita Codices Plin. lib. 3. cap. 11. Explodit Pincianus. Quo iure? Nihilne ergo in ſcribendo varium? Non Orthographica ratio eſt λυγκὸς ἀιολώτερον χρῆμα; Θερμαί, *Thermae* ſcripſere Latini, ſcilicet *Aquae.* Strabo lib. 5. Θερμὰ Καιρετανά, ὕδατα ſcilicet. Euſebij Chronica a D. Hieronymo: *Quidam oſſa eius Rudiam ex Ianiculo tranſlata affirmant.*

RVDIAE *genuere vetuſtae* Silio meo

TISSA, TISSE. TISSAE. Ptolemaeus Θίσσα. Silius lib. 14. —— *Paruo nomine Tiſſe.* Stephanus: Τίσσαι χωρίον Σικελίας: *Tiſſae Siciliae locus.*

VIN-

VINDICIAE lib.3. Liuij: Vindicia in decemvirali lege: *Si vindiciam falſam tulit.*

A, ES.

ACHATA abſque S, per A. Sic Soſipater lib.1. Inſtitut. ex veterum obſeruatione *Achates* Maroni.

AMICITIA, AMICITIES Plinius Secundus ſermonis Dubij lib.6. apud Chariſium in iis, quae recitat ex C. Iulij Romani Analogia, *Amicities, vt Planicies, Luxuries, Mollicies*, & ſimilia veteri dignitate. Caeterum rationis via, inquit Chariſius, *debet Amicitia dici. Quod ſi manus veterum licentiae porrigemus poteſt & Copies, & Obſeruanties & Beneuolenties dici.* Caeterum rationis vi debet *Amicitia dici*, inquit Pierius.

Lucretius lib. 3. *Tunc & amicitiem coeperunt iungere* ———

ANCHISA Soſipater Latina reformatione agnoſcit lib 1. Inſtit. pro recto, *& Atrida, Achata, Pylada, Oreſta.* Item Tullius. Maro: *Anchiſa generate* ———

Anchiſes paſſim Virgilius ſcribit, a quo recto *Anchiſa* quintum, ſextumq́ue caſus putauit Scaliger cap.23. de Cauſis L L. Penſiculate minus.

ANTISTITA. Verrina 6. *Illius templi antiſtitae*. Ita legunt Gellius lib. 13. cap. 19. Priſcian. lib.5.

Ita ſcribit Varro lib. 4. Plautus Rudente: *Veneriaeq́, antiſtitae*: Accius Aſtyanacte: *Vtinam vnicam mihi antiſtitam arquitenens ſuam tutetur.*

Antiſtes vbivis: ſed pro meliore ſexu.

ATRIDA ſupra Soſipater, & Horatius: *Atrida vetas cur?*

P. opert. *Non ita Dardanio gauiſus Atrida triompho.*

Atrides Ovidius, alij.

BARBARIA. Horat. *Graecia barbariae lento colliſa duello.*

BARBARIES Iuſtin lib 9. *Domitarum gentium barbaries.*

CANITIA Fl Soſipater lib.1. *Canitia nec irrationabiliter, nec abhorride dicitur: & ideo non eſt ab Analogia recedendum. Canities autem poëtico decore in lenitatem ſoni corrupta eſt.* Plin. lib. 31. cap. 7. *Canitia in vaſis ſumma eſt.* —— Lucani lib. 8. *Canitiae* in vetere Pulmani Codice, & tribus Cornelij Gualteri. *Canities* Maroni.

Canitudo Plauto: *Stultus eſt aduerſus aetatem, & capitis canitudinem.*

CHORAVLA *doctiſſimus*, Apul. lib.8. de A A. Item in Nerone Suetonius: *Etiam hydraulam, & choraulam, & vtricularium.* D. Auguſtin. tom.4. q.101. ex vtroque miſtim: *Choraula melior alio choraula.* Iſidorus in Gloſſis: *Choraula iocularius.* Plinius *Iſmeniam choraulen*, & Iuuen. Sat.6. Petronio *Puer choraules.*

CHRYSA etiam pro viro, qui Ovidio *Chryſes*, Soſipater ſupra. Eſt etiam vrbs Homero: *Χρύσαν ἀμφιβέβηκας.*

DESIDIA nimis obuium. *Deſides* Lucret. lib.5.

—— *Quid luxus, deſidieſve?*

EPIROTA de Pyrrho paſſim. *Epirotes Thyamis* lib.2. de Leg. Ciceronis, ita Ful. Vrſinus, & Ciacconius.

EFFIGIA. Plautus Rudente: *Veneris effigia haec quidem eſt.* Apul. de Deo Socratis: *Effigiae, & exuviae templorum, religiones, & regiones.* Afranius Vopiſco: *Cuius te ſuſcitat imago, cuius effigia? quo natus patre?* Lucret. in 4.

Dico igitur rerum effigias, tenuisq́, figuras. Ita liber vetus.

FALLACIA, FALLACIES. Apul. lib 5. de Aſino A. edente Vulcano: *Fallacie, germanitatis inducta.*

GLACIES, & GLACIA, Κρύσαλλος, πάχνη, Gloſſae Philoxeni. Fruſtra diſtinctus a Barthio quaeritur.

GEOMETRA, GEOMETRES. Arnob. lib. 2. *Muſicus, Dialecticus, Geometres*: Quinctilianus lib. 1. cap 10. *Non Geometres faciet.*

GETA obuium *Getes* 2. de Ponto Eleg 1. & 4. Eleg.7. Sidonius in Narbone:

Chunus, Sauromates, Getes, Gelonus.

Idem Carm.2. *A genitrice Getes, ſimul* ——

HAERESIARCHA nil tritius. Hieronymo vertenti Euſebij Chronica: *Baſilides haereſiarches.* Auguſtinus lib. 7. cap. 2. de Nuptiis, & Concupiſcentia: *Haereſiarches veiter Pelagius.*

HOSPITA,

HOSPITA, HOSPES. Aen. 3. —— *Bellum, o terra hoſpita portas.*
Lucan. lib. 5. —— *Hoſpita tellus.*
HYPOCRITA in omni terra. At Fabius lib. 11. c. 3. *Apud Andronicum hypocriten.*
IDA, IDE. Aen. 12. —— *Idaea carpit ab Ida.*
Thebaidos lib. 4. —— *Magnis reſonat vagitibus Ide.*
Sic a Bernatio editio Plantiniana, & Pariſienſis ab eruditiſſimo Cruceo.
Priſciani Periegeſis —— *Vmbroſis extendens collibus Iden.*
LAPITHA, LAPITHES, ὁ Λαπίθης. Flaccus lib. 5.

His Lapithes adfuerat eques ——

Iterum in ſeptimo.
LVXVRIA in Latio, & extra. Claudian. *Luxuries odiis* —— Apul. lib. 6. de Aſino A. *Ne petulanti luxurie vulnus degrauaret.* Cicero lib. de conſulatu:

Quorum luxuries fortunae cenſa peredit. In Diuinatione.
Varro lib. 1. cap. 23. de R R. *Horum luxuriem.*
Et ſuperi Grammatiſtae vatum peculium rentur eſſe.
LYRISTES. Sidonius lib. 8. *Alcaeo melior Lyriſtes ipſo.* Plin. lib. 2. epiſt. 15. lib. 9. epiſt. 17. Aliorum Propertio *Lyriſta.*
MACERIA multis campis. *Maceries* in quadam Inſcriptione Romae in aedibus Delphinorum:

SECVNDVM. MACERIEM. EVCARPIANAM

MACA, MACES. Alibi Silius: —— *Maca proſtratus ab hoſte.*
Lib. 9. —— *Maurus atrox, Garamasq; Macesq;.*
MASSAGETA, Vide in ipſa ſerie. *Maſſagetes audax* ſcribitur Claudiano in Rufinum.
MELICERTA, MELICERTES. Vtrumque apud Varronem lib. 7. & 8. de L L. alioſque bonos Auctores notat Pontacus. Noto & Metamorphoſeos lib. 4.

—— *Nudis Melicerta lacertis.*

MINVTIA, Lactantius, alij.
MINVTIES. Apul. lib. 9. de A A. *Vſque ad ſummam minutiem.* Arnob. lib. 2. *Conſumitur enim minuties iſta immenſum.*
MOLLITIA. Vide *Amicitia.* Cicero in Partitionibus. *Mollitia animi.* Apul. Apol. 1. *Indocta, & rudis mollitia.*
Horat. Epod. 11. Salluſt. *Mollitia decretorum vobis dignitatem, illi metum detrahi.* Plin. lib. 4. epiſt. 21. Iuſtin. lib. 1. *Mollitia corporis.* Tacitus An 6. *Mollitia vitae.*

Mollities, laeuesq; genae ſe prodere poſſent, lib. 1. in Eutrop.
MVRIA, MVRIES. Feſtus: *Muries dicebatur ſal in pila tunſum, &c.*
MVRIA paſſim. Catoni *Muries.* cap 88. *Si natabit, ea muries erit.*
MYSTA, MYSTES. Fulgent. lib. 1. Mythol. *Iamdudum nouus initiatus es myſtes ſacris.*
Horat. lib. 2. Oda 9. *Tu ſemper vrges flebilibus modis Myſten ademtum* ——
NAVITIES, ἀρετή, Gloſſae. *Nautia* vbi?
NAVITAS Ciceroni in Epiſtolis.
NEQVITIA late regnat. *Nequities.* Manilij lib. 2.

—— *Legesq; per ipſas Saeuit nequities* ——
Horat. Sat. 2. lib. 2. *Illum aut nequities, aut vafri inſcitia iuris.*
NIGRITIA *quoq, nihil differens a loto.* Plin. lib. 13. c. 9. & lib. 29. c. 6. *Nigritiam capillis affert.*
NIGRITIES. Cor. Celſus lib. 8. cap. 2. *Vbi caries, nigritieſve in ſummo oſſe eſt.*
NOTITIA ſatis nota. *Notities* Lucret. 5.

Notities hominum diuis vnde inſita primum.

ORESTA Soſipater ſcribit, & Seneca: *Te Oreſta furabor libens.*
Ouidius: *Fecerunt furiae triſtis Oreſta tuae.* Iuſtin. lib. 17. *Oreſtae filij Agamemnonis.*
Oreſtes Homero, Graecis, Latinis.
ORONTA, ORONTAM ponit lib. 1. Soſipater.
Virgilius *Orontem.*
PAVPERIA, PAVPERIES, Πενία, Cyrilli Lexicum. In Iure: *Si pauperiem feciſſe quadrupes.*
PERSA PERSES. Cornel. Nepos in Alcibiade: *Sine rege Perſe.* Cuius editor veteribus MSS. gloriatur vſus.
Perſeus vſitatiſſimum, vt Achilles, Ἀχιλλεύς, Τυδῆς, Τυδεύς, alia.

PINGVI-

PINGVITIA, PINGVITIES. Arnob.lib.7. Hoſtiarum carnes, oſſa, dentes, pinguitias, omenta cum cerebris.

Apuleius lib.10. *Corpus obeſa pinguitie compleueram.*

PLANICIA. Feſtus: *A pedum planicia initio Plotus, poſtea Plautus.* Romae extra portam Capenam:

SENATVS
POPVLVSQVE
ROMANVS
CLIVOM
MARTIS
PECVNIA PVBLICA
IN PLANITIAM
REDIGENDVM
CVRAVIT

Planicies, Liuius.

PROPHETA non raro. *Prophetes* Tertull.lib.de Fuga, & lib.de Anima.

PROSAPIA Plautus: *Proſapies* Gloſſae veteres.

PYLADA Soſipater.

PYLADES Cicero in Tuſcul. Val. Maximus.

SATRAPA paſſim. *Satrapes*, ὁ Σατράπης. Terentius in ἑαυτοῦ. *Satrapes ſi ſiet.* Val.Probus l.2. Aemilius Probus in Pauſania exemplaribus collatis ex diuini viri Sauaronis Bibliothece. Idem in Alcibiade.

SAVROMATA, SAVROMATES habes in ſua ſerie.

SCYTHA vbiuis *Scythes* Horat.l.2. qui & alibi *Scythen* ſcripſit.

SEGNITIA. Terent. Andria: *Enimvero Dave nihil loci eſt ſegnitiae, neque ſecordiae.* In foro Sempronij:

VELVTI. SEGNITIAM. EXPROBRARET

Tacit.14. Annal. Columella lib.9.cap.5. Plin.lib.33.cap.3. Iuſtin.lib.5.& 21.

SEGNITIES Aen.2. — *Quae vos tam ſera moratur*
Segnities? —

His ex locis futile paret τ̃ περιοσολογούντων diſcrimen: *Segnities vitij eſt: ſegnitia frigoris.*

SOPHISTA, SOPHISTES lib.1. de Natura D. edidit P. Victorius. Sidonius in Narbone: *Et tu Pittace Lesbius ſophiſtes.*

SOSPITA IVNO Silio Italico.

SOSPES Maroni ſcribitur, & Plauto.

STVLTITIA vtinam rarior! *Stultities* in Tullij Catone Maiore:

— *Tanta eſt inconſtantia, Stultities, & peruerſitas* —

TETRARCHA Lucae 3. cap.

TETRARCHES Epitoma Liuij 94.

THYESTA Soſipater ſupra, Cicero 3. Tuſcul.

THYESTES Senecae Tragoedia inſcribitur.

TRICLIMARCHA in veteri Inſcriptione.

TRICLIMARCHES *experrectus* in Satirico Petronij.

TRISTITIA denſo ſatu prouenit.

TRISTITIES Apuleij lib. 10. de A A. *Senili triſtitie ſtriatam gerens frontem.*

A, ER.

CRATERA, CRATER, CRATERIA. Iſidorus lib. 20. Orig.cap.5. *Cratera calix eſt duas habens anſas, & eſt nomen Graecum. Declinatur autem apud eos Crater: Nam Latine haec Cratera dicitur.* Vnde Perſius:

Si tibi crateras argenti —

Priſcian.lib.5. Ὁ κρατήρ, *haec cratera.* Perſius
Crateram argenti ſudabit praetrepidum cor.

Apuleius

Apuleius lib. 4. Florid. *Prima cratera ad ſitim pertinet.*

Horat. l. 3. Od. 18. *Vina craterae.* Romae in domo Gentilis Delphinij CRATERAM ARGYPOCORINTHIAM. CVM. SVA. BASI. ET. YPOBASI. S. Cyprianus. Vide inſcriptiones Gruteri verbo *Tabulae.*

Sidon. l. 2. epiſt. 9. *Quorum cerebru hoſpitales craterae nimium immerſae dominabantur.* Horat. l. 2. Serm. Sat. 4.

Crateria ſcribitur fide Dioſcoridis lib. 4. vbi de Thapſia: *Ε'κθλίβεσθαι διὰ τῦ χόνχιυ τὸ ὑγρὸν εἰς τὸν ὑποκειμένον κρατηρίαν.*

Maroni *Crateres.* Tullius in Arateis:

In medioq; ſinu fulgens cratera relucet.

Curtius lib. 4. *Ex auro crateram cum XXX. pateris dicauit.*

PAVPER, PAVPERA in ſexu altero. Valer. Prob. lib. 2. ex Plauto: *Haec res eſt paupera.*

Terentius: *Quia paupera eſt, ignoratur parens.*

STATERA, STATER Inſcriptio apud Vrſinum: POS

STATEREM. ET. PONDERA. QVAE

ANTEA. RESP. EMIT

Tull. 2. de Orat. *Non aurificis ſtatera.*

A, IS, IX, En.

ABSIDA, ABSIS. Iſidor. lib. 3. Orig. cap. 68. *Iſta omnia in abſidis colliguntur.* Quem vide & lib. 15. cap. 8.

Anaſtaſius in Leone tertio: *Aedificauit Eccleſiam cum apſida ampliſſima.* Ibidem: *Decoratam abſidam.* V. apſis in Serie Alphabetaria. In Gregorio quarto: *Cum abſida de muſiuo,* ſaepiuſque.

CASSIDA, CASSIS. Chariſius vtrumque praenotauit lib. 1. & Priſcianus libro 6. Maro lib. 11. —— *Aurea vati Caſſida* —— Propertius:

Aurea cui primum nudauit caſſida frontem.

CHLAMYS, CHLAMYDA. Varro. Hercule Socratico: *Cubo in Sardinianis tapetibus, chlamyda; ſed purpurea amicula.* Apul. lib. 2. Florid. *Chlamyda velat vtrumq; brachium.* & lib. 6. de A A.

GRACILA, GRACILIS. Terent. *Vt gracilae ſient.*

HILARA, HILARIS. Plautus Rudente: *Sed quid ais mea lepida, hilara?*

IVGLANDA, IVGLANDIS. Feſtus: *Quidam nucis iuglandis, quam Verrius Iuglandam vocat.* Locis compluribus.

SALAMINA. Iuſtino lib. 2. *Salamis & Salamin* Horatio, aliiſque.

STERILA Feſto. *Sterila* vbi non, &c.

CHOENICA *menſurae genus*, Feſtus: *Χοῖνιξ* Heſiodo, caeteris. Similiter Stephanus: Α'πὸ τῦ κάλυκος, ἡ καλύκη, καὶ τῦ χιτῶνος ἡ χιτώνη, καὶ ἡγεμόνος ἡγεμόνη. Palladius l. 11. de R R. tit. 14. *Tribus cadis vnam floris menſuram, quam Tyri Choenicam vocant; adiicies.* Iterum lib. 12. tit. 20. *Choenix.* Priſcianus: *Qui quater adſumtus ſit Graio nomine Choenix.*

FVLICA, FVLIX Georg. 1. *In ſicco ludunt fulicae* ——

Cicero de Diuinat. *Rauca fulix* —— Item in Arateis: *Cana fulix.*

SIRENA, SIREN. D. Ambroſ. lib. de Thobia cap. 5. *Hinc Sirenae, quae voluptatis ſpecie.*

A, VM.

AGATHYRNA Polybio, Liuio, Straboni, apud Stephanum, *Α'γαθύρσα.*

AGATHYRNVM Plinio lib. 3. cap. 8. *Cephaloedis, Aluntium, Agathyrnum, Tyndaris colonia.* Apud Strabonem: *Αγάθυρσον.*

ALIMONIA Gellius: *Amiſſoq; naturalis alimoniae fundamento.*

ALIMONIVM. Varro lib. 1. de R R. cap. 8. *In partu, & alimonio.* Lib. 3. cap. 16. *Mellis alimonio.* Vnde *Alimonia* πληθυντικῶς Lib. 73. de iure dot. & alias.

ARMENTA. Liuius: *Qui curuifrontes paſcere armenta ſoles.* Alij *Cornifrontes* legi volunt.

ARMENTVM notiſſimae ſcripturae.

BAMMA.

BAMMA, BAMMVM, Adamantius Martyrius, *Bammum*, ὀξυτάριον, ἐκ τοῦ Βάμμα.
CAEMENTA. Ennius: *Labuntur ſaxa, caementae cadunt.*
CAEMENTVM parietibus in vulgi.
CAVERNA, vbi non? In Cyrilli Lexico: Τρῶγλη, *Foramen, Cauernum.*
COLOCASIA. Palladius lib.5. de R R. tit. 3. *Colocaſiae plantaria ponemus ſaepius.*
COLOCASIVM. Ecloga Virg. 4. —— *Colocaſia miſcet acantho.*
Martial. lib.8. ep 33. *Lenta minus gracili creſcunt colocaſia filo.*
CONCORDIA.
CONCORDIVM Lib.27. D. de pact dotal. in Pandectis Flor.
DOLABRA, Iuuenalis. *Dolabrum.* Lexicon Cyrilli putatum: Ἀξίνη, *Dolabra: Hoc dolabrum.*
FARETRVM hoc, Faretra, Βελοθήκη, in eodem Lexico.
FIMBRIA, FIMBRIVM, Beda in Orthographia.
FOENISICIA. Plin. lib. 18. cap. 8. *Ante ſecunda foeniſicia.* Columella lib 2. c. 11. *Foeniſiciae inſtituendae.*
FVLMENTA. Lucill. lib.4. —— *Fulmentas quatuor addit.*
Plaut. Trinummo: *Fulmentas iubeam ſupponi ſoccos,*
FVLMENTVM. Varro: *Fulmenta lectum ſcandunt.*
INIVSTITIA. Aliter Excerpta de Gloſſis: *Iniuſtitium*, Ἀδικία, vt *Solſtitium, & Iuſticium* per dies nefaſtos: Imo per dies faſtos. Prudentius Hymno V. *Arcu iuſticium triſte tyrannicae.* Et mox: *Cogit iuſticiae vindice dextera.*
IMPENDIA. Romae extra portam Oſtienſem:

C. HERODES. DE. SVA. IMPENDIA

IMPENDIVM, Cicero, Seneca.
LABIA. Pomponius Proſtibulo: *Nunquis hic reſtat, qui nondum labias lirarit mihi.* Plautus Sticho: *Age tibicen, quando bibiſti, refer ad labias tibias.* Lucill. Satyr. lib. 22. *Zopyrion labias caedit vtrimque ſecus.* Gell. lib. 10. cap. 4. *Labias ſenſim primores emouemus.* Ibidem: *Spiritum, & labias.* Idem lib. 9. cap. 11. Apuleius ſaepicule.
LABIVM non paucies occurſat.
MACELLA, MACELLVM. Plutarch. in qq. Rom. Διὰ τί τὰ κρεωπώλια μάκελλα, καὶ μακέλλας καλοῦσι;
MARGARITA, MARGARITVM. Soſipater lib.1. *Longe ſuauius margaritum neutrali genere dicitur,*
Prudentius in Romano: —— *Margarita ſpargere Chriſti vetamur inter immundos ſues.*
MENDA. Ovid. Artis ſuae lib.1. *Nocte latent mendae, vitioque ignoſcitur omni.*
Lib.2. *Eximet ipſa dies omnes de corpore mendas.*
MENDVM. Cicero in Praetura Sicilienſi: *Quod mendum iſta litera correxit.*
MYRTETA. Plautus Vidularia: *Neſcio qui ſeruus e myrteta proſilit*, Priſcian. lib. 4.
MYRTETVM, vt ſexcenta talia.
MVLCTRA. Maro: *Bis venit ad mulctram.* Columella libro ſeptimo, de R R. cap. 8. *Mulctra cum repleta eſt lacte.*
MVLCTRVM. Calpurnius, Ecloga 4. *Duc ad mulctra greges* ——
Nemeſianus: —— *Noſti nunquam mea mulctra vacare.*
Horat. *Veniunt ad mulctra capellae.* Iſidor. lib. 20. cap 6. Orig.
NOVACVLA, NOVACVLVM. Quod Origine tuemur ac Proportione. *Gubernatum, gubernaculum: Coenatum, coenaculum. Nouatum, nouaculum.* Pars enim expolita nouaculo nouatur: vnde Apuleio: *Quid nouatio, & reuelatio pudendorum? Ad nouaclum* legi in Lampridij Codice Palatino credo Salmaſio.
PARCIMONIA, PARCIMONIVM Inſcriptio:

MANILIA ... PAVLA
DE. PARCIMONIO. SVO
SIBI. ET. AELIO
PAVLINO. COMPARI. SVO
DOMVM. AETERNAM. DO

PISTRINA, PISTRINVM. Chariſius lib. 1. *Piſtrinum neutro dicitur*: ſed Lucill. lib. 26. foeminino extulit: *Media e piſtrina.*

RAMENTA; Plautus: *Ramenta ſiam plumbea propenſior.*

Plaut. Rudente: *Nunquam hercle hinc hodie ramenta fies fortunatior.*

RAMENTVM. Fab. Lucullus Epico: *Viliſſimum ramentum, proluuioſa peſtis.*

Plin. lib. 33. cap. 8. *Inficitur ita ramentum obiter, dum vritur.*

SPICA, SPICVS, SPICVM. Apicius lib. 1. cap. 7. *Moue ſpica, & emendaſti.*

Verſus antiquus apud Feſtum: *Quaſi meſſim per miſſim vnumquemq; ſpicum collegit.*

Varro lege Maeuia: *Neq; in bonam ſegetem nullum eſt ſpicum nequam, neque in mala, non aliquod bonum.* Cicero 2. de natura Deorum.

Spicum illuſtre tenens ſplendenti corpore virgo.

STIPVLVM, STIPVLA, *Culmus*, Καλάμη, Cyrilli Lexicum.

TEGVLA. In Eunucho Ter. *Per alienas tegulas veniſſe clanculum.*

TEGVLA πληθυντικῶς a *Tegulum* lib. 30. §. Labeo ff. de Vſuc. Pand. Flor.

TESTA, TESTVM. Plin. lib. 30. cap. 1. 13. *Fimo quoque ouium ſub teſto calefacto.* Lib. 31. cap. 7. *Sub aereo teſto diſcoxere.*

TRIBVLA. Columella lib 2. cap. 21. *Si pauca iuga ſunt, adiicere tribulam, & traham poſſis.* Sic legit & Georg. 1. Nonius: *Tribulaq; trabeaeq; & iniquo pondere raſtri*: & ſi nunc in omnibus Codd. ſit *Tribulaq;*.

TRIBVLVM. Varro: *Iumentis iunctis, ac tribulo.*

A, VS.

CHILIARCHA Curtij lib. 5.

CHILIARCHVS diſcas e Polluce mox.

GYMNASIARCHA.

Vetus Inſcriptio:

C. RVTILIO. C. T. COCLITI
VIRO... GYMNASIARCHAE

GYMNASIARCHVS. Verrina 6. *Demoliendum curauit Demetrius Gymnaſiarchus.*

Columna marmorea Romae:

ΠΡΟΧΕΙΡΙΣΘΕΣ. ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΟΣ. ΠΡΟΕΣΤΑΤΗΣΕ. ΕΝΔΟΞΩΣ.

Gymnaſiarchorum virgam meminit Sidonius lib. 2. epiſt. 2. In marmore Anconitano: Βάτων γυμνασίαρχος.

Graece Γυμνασίαρχος, Γυμνασιάρχης, & Dialecto Γυμναζίαρχα, vt Μητίετα Ζεύς.

Pollux lib. 1. cap. 9 κε. Τριήραρχοι, πεντηκόνταρχοι, ναύαρχοι, σόλαρχοι.

PHARMACOPOLA, PHARMACOPOLVS tranſſcribi poteſt ex Ariſtotele lib. 8. de Animalibus cap. 8. vbi vir doctiſſimus exoſculatur lectionem hanc: Ἔστι δὲ τοῦτο θεωρῆσαι ἐκ τῶν παρὰ τοῖς φαρμακοπώλοις τρεφομένων.

AL, ALE.

ANIMAL, ANIMALE. Soſipater lib. 1. *Multi autem voluerunt & nominatiuum per E, efferri, vt hoc Animale, Tribunale, Bidentale.* Per E, atque ὁπλιδίτως vſurpauit.

Manilius lib. 2.

——— *Corpusq; animale figuret.*

AVCTVMNAL. Varro lib. 2. *Aequinoctium auctumnal*, Plinius lib. 6. notat. Quod Soſipater dixerit *Auctumnale.*

BIDENTAL TRISTE Horatio. *Bidentale.* vide ſupra.

BIDENTALE Soſipatro lib. 1. Cyrilli Lexicum. Κεραυνοβόλιον, *Bidentale.*

CAPITAL Feſto, Plauto, in Legibus.

CAPITALE Soſipatro. Ovid. 3. Faſtorum:

——— *Capitale vocamus*
Ingenium ſolers: ingenioſa dea eſt.

CER-

CERVICAL. Martial.lib.14.Epig.146. *Tinge caput nardi folio, ceruical olebit.* H. Stephani Gloſſae: *Ceruical*, Περικράνιον.

CERVICALE probat Soſipater, & Cyrilli Lexicum: Ἐπαυχένιον, *Ceruicale.*

CVBITAL. Horat. in ſerm. *Faſciolas, cubital, focalia* ——

CVBITALE integrum eſt: quod & alij in Horatio legunt.

FEMINAL, FEMINALE. Ex vtro Φιμινάλια Suidae?

FOCAL.

FOCALE. *Hoc focale tuas adſerat auriculas.* Martial. lib.14.ep.142.

MANAL, ſeu MANALE, oſtium Manium, Feſtum ita corrigente Scaligero.

MINERVAL. Varro lib.3. Rerum R. *Simul ac promiſeris mineruał, incipiam.*

MINERVALE D. Hieron. in epiſt. Pauli ad Epheſ. *Mineruale munus* integra phraſi.

PENETRAL. Macrob. lib.7. cap.1. editionis amoeniſſimae a Pontano:

Tantum intra ſuum penetral aeſtimes adorandam.

Prop. in 4. *Qua penetral: virgo tale iter omne caue.*

PENETRALE. Ovid. 1. Triſtium. *Cum tamen in noſtrum fueris penetrale receptus.*

PENETRALIVM. Gloſſae: Ἐνδόμυχον, *Penetralium, Penetrale, Latebroſum.*

PVLVINAR ἑδοσχαρίτια, Veteres Gloſſae: Ἕδος, *Puluinarium, Sacrarium.*

PVTEAL. Ovid. 2. de Remedio: *Qui puteal, Ianumq; videt* ——

Cicero pro Seſtio: *Puteali, & foeneratorum gregibus inflatum.*

Idem lib.1. epiſt.8. ad Atticum *Putealia.* Horat. Feſtus: *Scribonianum appellatur ante atria, puteal, quod fecit Scribonius.*

PVTEALE. ex ſimilium congerie non trepidem ſcribere cum Cyrilli interprete quiſquis eſt, in Lexico: ἱερὸς τόπος, περικεκλεισμένος, *Puteale.* Iterumque ἱερὸς φραγμός, *Puteale.*

QVADRANTAL, QVADRANTALE Antiquae Gloſſae.

SAL, *non eſt dicendum*, inquit Soſipater. Afranius tamen: *Quidquid loquitur, ſal merum eſt.* At ſui parum meminens eodem libro primo Soſipater multis poſt paginis promit e Salluſtio: *Neque ſalem, neque alia irritamenta gulae quaerebant.* Idem ex Varrone de poëmatis 2. *Nunc vides in conuiuiis ita poni & ſal, & mel.*

SALE Ennius Protulit in IV. Annalium, inquit Priſcian. lib.5.

Coeruleum ſpumat ſale conferta rate pulſum.

Sale igitur, vt Mare, & Lacte, inquit Soſipater lib.1. addita ratiuncula: *Quia nullum Latinum finitur hac extremitate.* Quomodo *Sol, Nil*, & congeries haec vniuerſa? *Sale* quoque Cato cap. 145. de RR.

TORAL, TORALE, Conſentius in Arte. Horat. epiſt.5.

—— *Ne turpe toral, ne ſordida mappa.*

Varro lib. 4. de L L. apud quem *Torale* extrudit Ant. Auguſtinus Conſentij immemor. Gloſſae: *Torale*, Περίκλινον. Vide Nonium.

TRIBVNAL, TRIBVNALE, Soſipater lib.1. Iſidorus vero lib.1. Orig. cap.19. *Tribunal'* cum apoſtropho legi praecipit. Cur hoc potius quam caetera? Fabius libro 1. cap.6. *Tribunal etſi receptiſſimum eſt moribus: non defuerunt, qui Tribunale quatuor omnino ſillabis abſolutiſſimum putarent.*

VIRGINAL. Prudentius in S. Agne: *Intactum ab omni crimine virginal.* Apul. Apol. 1. *Veretillam, & virginal.* Nonno dicitur παρθενικὸν κορεῖον.

VIRGINALE, de quo pronuncio, vti ante de *Puteale*.

Solin. cap.4. *Si concretum virginale fuerit.*

AN, VS.

TITAN, TITANVS. Plautus Menaechinis: *Barbatum tremulum Titanum, qui lucet Cygno patre.* Naeuius in Carmine belli Punici primi: *Inerant ſigna expreſſa, quomodo Titani bicorpores, gigantes, magniq; Atlantes.*

AR, E, alitérve.

ALTAR. Prudent. *Oſſibus altar & impoſitum.* Item Gloſſae. In S. Vincentio: *Altar quietem debitam Praeſtat beatis oſſibus.* Iſidori Gloſſae. In Caſſiano: *Altar tepeſcit ore, ſaxum pectore.*

PHLEGYAS, PHLEGYES, PHLEGVS. Stephanus: Ἔστι δὲ τοῦ φλεγύας, καὶ φλεγύης ἰνδεῖα, καὶ φλεγύς. Aen. 6. —— *Phlegyaſq; miſerrimus omnes*
Admonet —— Apollodorus.

AS, IS.

ARDEAS, *Ardeatis*. Cato lib. 1. Orig. *Populus communiter Tuſculanus, Tiburtis, Pometinus, Ardeatis, Rutulus.*

ARPINAS, ARPIÑATIS. Cato primo Orig. *Siquis mortuus eſt Arpinatis, eius haeredes ſacra non ſequuntur.*

CAPENAS, CAPENATIS. Cato 1. Orig. *Lucus Capenatis.*

CVIAS, CVIATIS. Ennius: *Quisquis erit, cuiatis erit* ——

Apul. lib. 1. de A A. *Qui ſim, & cuiatis.* Lib. 8. *Cuiatis eſſem.* Plautus Menaechinis: *Rogant, Cuiatis ſit.*

FERENTINAS, FERENTINATIS. Titinnius in Pſaltria: *Ferentinatis populus res Graecas ſtudet.*

FERENTINATES. NOVANI ex Vrſini ſchedis, ab vtro?

FERENTINVS paſſim Liuio. *Frentanus* duabus omnino ſillabis Silio Italico.

INFIMAS, INFIMATIS, *Inſimus*. Plautus in Sticho:

Ergo oratores populi ſummates viri
Summi accumbent: ego infimatis inſimus.

LARINAS, LARINATIS. Priſcian. lib. de Accentibus. *In vetuſtiſſimis Libris inueniuntur proferri Larinatis, Maecenatis: vnde ſubtracta T. Accentus remanſit.*

MAECENAS, MAECENATIS. Vide *Larinas*.

PENAS, PENATIS. Apud Feſtum: *Penatis ſingulariter Labeo Autiſtius poſſe dici putat quia pluraliter Penates dicantur, cum patiatur Proportio etiam Penas dici, vt Optimas, Primas, Antias.*

Mantiſſa.

SAMNITIS, LAVRENTIS teſte Capro, teſte Priſciano, Cato: *Acceſſit ager, quem priuatim habent Gallicus, Samnitis, Appulus, Brutius.* Naeuius in carmine belli Punici neutraliter *Samnite.* Addit *Ceretis*, & *Ceritis* ex Aen. 10.

Qui Caerete domo —— Item:
Eſt ingens gelidum lucus prope Caeritis amnem.

Horat. epiſt. 1. *Quid deceat, quid non obliti Caerite cera.*

Liuius lib. 41. *Lanuuini, Caeriteſq; anguem iubatum apparuiſſe nunciarunt.*

TIBVRTIS teſte Priſciano, & Catone 1. Origin. ſupra in *Ardeas*.

TIBVRS paſſim. Inſcriptio ad aquas Alburneas:

SENATVS. POPVL·VSQVE
TIBVRS

Altera item Tiburi in baſi marmorea.

AS, VM.

VAS, VASVM. Cledonius in Arte: *Antiqui rectius dicebant Vaſum, quomodo Scamnum. Auctoritas Vas praeſumit.* Fabius Pictor: *Dextra vaſum cum aqua.* Caeſar lib. 3. de bello Ciuili: *Et noctu, neq; conclamatis vaſis flumen tranſit.* Apud Gellium: *Neque vaſum, neque veſtimentum vllum eſt in manu precioſum, neque precioſus ſeruus, neque ancilla.*

AS, O.

TEMERITAS, TEMERITVDO. Fabius lib. 9. cap. 4. *Facilitates, temeritates,* paſſim. Pacuuius Duloreſte: Euni tyranni noui temeritudinem.

TENERITAS, TENERITVDO. Cicero de Finibus Bon. & Mal. lib. 5. *In primo enim ortu ineſt teneritas, ac mollitia quaedam.* Apuleius lib. 5. de Aſino A. *Proq; animi tui teneritudine.*

AS, VS.

Digitized by Google

AS, VS.

ARCESILAS, ARCESILAVS. Vide poſteram ſeriem.

ELEPHAS, ELEPHANTVS. Opinatur Priſcianus poſterius ortum ex genitiuo prioris Ἐλέφαντος. Videtur.

Lucill.Sat.lib 1. —— *Miracla cient elephantes.* Lucan. lib. 9.

ELEPHANTVS Iuvenalis lib.4. *Rurſus ad Aethiopum populos, altosq; elephantos.* Plautus Milite.

Vtrumque Priſcianus agnoſcit lib. 6.

SECTIO SECVNDA.

E, ES, VM.

NAVALE. Veteres Gloſſae: *Νεώριον, Naualium.*

OVILE. Gloſſae *Ποίμνη, Ovilium.*

PRAESAEPE Horat. *Scurra vagus, non qui certum praeſepe teneret.*

PRAESAEPES. Plautus: *Haec praeſaepes mea eſt*, genere foeminino ſicut apud Graecos: *Auctoritas eſt, non ratio*, inquit Probus in Catholicis. Cato: *Bonas praeſaepes, faliſcas clatratas.* Hodie legitur in Prudentio Hymno XI. *O ſancta praeſepu tua* per I.

PRAESAEPIAE. Varro lib.1.de RR. cap.13. *Culinam bonam, ruſticam bonam, praeſaepias laxas.*

PRAESAEPIVM *menm hordeo paſſim repleri iubet*, lib.6. de Aſino Apuleius. Varro lib.2. de RR. cap 5. *Pabulo viridi obiciendo in praeſaepiis.* Gloſſae: *Φάτνη, Praeſepe, Praeſepium.*

RETE paſſiua, rectaque ſcriptione. Veteres Gloſſae: *Δίκτυον, Retium*, iterumque.

TAPETE, TAPES, *τάπης, Tapetum, Tapetium.*

TAPETE. Turpilius: *Glabrum tapete.*

TAPETVM. Incertus Auctor de Orthographia vulgo Beda habitus *Tapetum τρισυλλάβως.* Maro:

Inſtratos oſtro alipides, pictisq; tapetis.

Incertus iſte legit *Pictosq; tapetos*, errat, aut potius exſcriptor. Nonius autem legit: *Pulcrosq; tapetas.* Videſis Erythraeum.

E, VS.

IPSE, IPSVS. Diomedes lib.1. *Ipſus, quod eſt in comoediis, eſt & apud Tullium.* Ea cauſa in neutro non ſcribitur *Ipſud*, inquit Rhemmius Palaemon, cui Beda ſubſcribit. Vtriuſq; rationem repudiat Priſcianus lib.13. conferens *Alius*, cuius neutrum *Aliud*, non *Alium*: & ſi rectus nunquam efferatur per E. In Cyrilli Lexico: *Αὐτό, Ipſud.*

EN, IS.

ANGVIS, ANGVEN. Priſcian. lib.8.

SANGVEN, SANGVIS Cicero in Hortenſio. *Vt ait Ennius: Refugiat timidos ſanguen, atque exalbeſcat metu.* Idem in 2. Annalium: *O genitor, o ſanguen diis oriundum.* Cato in libris Orig. *Quod ſanguen defluxerat, cognouere.* Ennius Hecuba: *Pergunt lauere ſanguen ſanguine.* At Probus lib.2. *Poſuit Lucretius hoc Sanguen nouo more.* Dic, Antiquo more. Caper quoque libro de verbis dubiis: *Sanguis, non Sanguen.* Ignorantiae profeſſio, aut contumaciae.

PECTEN, PECTIS, *κτείς*, Gloſſae p.154.

POLLIS, POLLEN, Chariſius.

RVMIS, RVMEN, Varro cap.1. & 11. lib.2. de RR. Item Nonius:

SINA-

SINAPE, SINAPIS. SINAPI. Columella lib.11.cap.3. *Sinape, atque coriandrum: ſi modo recte.* Idem lib.10.

Seq; laceſſenti fletum factura ſinapis.

Graecorum imitatu, quibus dicitur ἡ σίναπις, vel σίναπι. Plautus Pſeudolo: *Haec ſinapi.* Plautum nominat Probus lib.2.

E, ON.

ALCYONE, ALCYON. Seruius ad illud: *Dilectae Thetidi Alcyones ——* *De muliere Alcyone dicitur*, inquit: *cum de auibus Hic, & haec Alcyon ——* Vanus diſtinctus. Ovid. in vndecima Metamorphoſi:

Incubat Alcyone pendentibus aequore nidis.

Scribitur & *Alcedo*. V. *Halcyon* in ſerie.

EN, O.

ANIEN, ANIO, ANIENVS. Ovid. *Aut Anienis aquae ——*

Horat.lib.1.Carm. *Et praeceps Anio ——*

A priore Val. Probus lib.2. figurat *Anienus*. Ita primo Siluarum Papinius:

Illis ipſe antris Anienus fonte relicto.

TERMEN, TERMO, TERMINVS. Feſtus: *Termonem Ennius Graeca Conſuetudine dixit, quem nos nunc Terminum hoc modo:*

Ingenti vadit curſu, qua redditu' termo eſt.

Varro lib.4. de L L. *Itaque Terminus quum in Latio aliquot locis dicitur, vt apud Accium, non Terminus, ſed Termen. Ex his veteribus Amtermini, & Amtermines.* Cato in Orig. *Oratorum amterminum.*

TVRBEN. Tibull. *Namq; agor vt per plana citus ſola verbere turben.*

Chariſ. agnoſcit l.1. Inſtit. fruſtra Erythraeo repudiante, ac Librorum fidem implorante.

TVRBO. Maro 7. —— *Tortus ſub verbere turbo.*

EN, VM.

GLVTEN, GLVTINVM. Georg. 4. —— *Collectumq; haec ipſa ad munera gluten.* Salluſt. *Quaſi glutino adoleſcebant.* Scaurus vero dicit Daedalum inueniſſe *Glutinum.*

EN, VR.

FEMEN, FEMVR. Proletariis Maronis editionibus. *Eripit e femore ——*

Mediceo, & Libris antiquis: *A femine. Femen* nominatiuum agnoſcit Seruius ex Capro, itaque legendum veteres Grammatici adſeuerant. C. Iul. Romanus Tibullum citat, qui *Femini* dixerit eo verſu: *Implicuitq; femur femini ——* Sed Soſipater hunc obliquum tribuit recto *Femur*, legitque ſupero loco: *Eripit e femine.* Vide lib.1. Feſtus: *Femur femoris, & Femen feminis.* Curtius lib.8. *Iouis femine Liberum Patrem eſſe celatum.* Plin. lib.28. cap.15. *Hic adalligatus femini omnes impetus diſcutit.* Mox: *Femina atteri aduriq; equitatu notum eſt.*

ER, A.

Vide A, ER ſuperius. *Crater, Cratera.*

ER, ES.

PASSES dixere priſci, poſteri *Paſſer*. Sic *Valeſius Fuſius.*

ER, IS.

CREBRVS, Πυκνότερος, Gloſſae H. Steph.
CVLTER.
CVLTRVS, Σφάγίς, Eaedem Gloſſae.
DECEMBER vbivis.
DECEMBRVS Romae in aedibus Petri Siluerij:

C. IVLIO. C. L. DECEMBRO

Iterum ad Crucem montis Marij:

D. IVNIO. D. F. DECEMBRO

Iſidorus Hiſpalenſis lib de Natura rerum cap. 5. *Ianuarius cum Decembrio in horarum menſura concordat: Februarius cum Nouembrio ſpatium aequale conſummat. Martius conſentit Octobrio.* Ita editum a Breulio. Neque mihi peregrina viſa res. Haut mirum: nam compoſiti pars altera eſt Ὄμβρος, ſeu Ὄμβριος in iſtis. Vide Nannij Miſcellanea.

DIMETER, DIMETRVS: *Trimeter, Trimetrus: Tetrameter, Tetrametrus: Hexameter, Hexametrus: Pentameter, Pentametrus.* Mar. Victorinus: *Dimetrus initialis.* Idem: *Tetrametrus verſus heroicus.* Caeſius Baſſus: *Iambicus trimetrus*, in libro de Metris.

Mar. Victor. *Pentametrus Catalecticus.* Idem *Trimetrus.* Idem lib. de Carmine Heroico: *Hexameter dicitur, aut Hexametrus, vt Euander Euandrus, quorum vnum venit ex Graeca enunciatione, alterum ex Latina.*

EVANDER. Vide *Dimeter.* Aen. 8.

Rex Euandrus ait —— Ita Libri quamplurimi. Item illic: *Euandrus habebat.* Ita Codices Romanus, ac Mediceus: alij *Euander.* Similiter

Tunc rex Euandrus Romanae conditor arcis legit Iſidor. lib 15. Orig. cap. 1. & Priſcian. lib. 6. Quare idem Iſidorus in *Euandre, Menandre* nullam agnoſſe debuit metatheſim, neque ſcopulus Manutio lib. 3. aliiſque ſecutos eſſe. Sunt enim vocatiui caſus ex rectis in Vs.

EXTER, EXTERVS. Statius lib. 11. Theb.

Sed quid apud tales, quis non ſua pignora curae,
Exter honor? ——

HISTER. Vide in ſerie. Euſebij Chronica:

Hiſtrus ciuitas in Ponto condita. Salluſt. apud Gellium lib. 10. cap. 7. *Iſtrus enim quoque in Europa fluit.*

HISTRVM Priſcianus lib. 5.

INFER, INFERVS. Cato de R R. cap. 149. *Vbi ſuper, inferq; vicinus permittet*, pro *Inferior, Superior.* Eidem *Citer.*

LEANDER, LEANDRVS. Arnob. in 6. *Cleochium dicit habuiſſe ſuprema Leandrus.*

Ovid. 2 de Arte A.

Saepe tua poteras Leandre carere puella.

In Epiſt.

Quam mihi miſiſti verbis Leandre ſalutem.

Alibi:

Si tibi tale fretum quondam Leandre fuiſſet.

LVDICER, AN LVDICRVS? Videtur *Ludicer* Proportione repoſci, *Macer, Sacer, Pulcer.*

Nec in Crus occurrit ſimile. At Vſus: *falſum quis dicere Solem Audeat* —— ? ——

MAEANDER, Feſto *Maeandrus.* Idem *Maeandros*, a quo quartum caſum inclinat Lucanus lib. 3.

Errantem Maeandron adit ——

Silius in 7.

Qualis Maeonia paſſim Maeandrus in ora.

Ciofanus in 2. Metamorph. *In ambobus meis*, inquit, *Maeandrus.*

MELEAGER, MELEAGRVS. Metamorph. 8.

Eſſe putant tutos, donec Meleagrus & vna.

Manus δεισιδαιμονεστέρα *Meleagros* forma Graecanica praeſcripſerat. Eſto caſus quartus hic anteiuerit:

—— *Quamuis Meleagron haberet.* Poſtilla:
—— *Flamma Meleagrus ab illa Vritur* ——

Valer-Flaccus lib.1. —— *Herculeis aequum Meleagre lacertis.*

Manil.lib.5. Statius Theb.2. *Meleagrus* Euſebij interpreti Hieronymo non ſemel in Macedoniae regibus.

Deianira Ovidij: *Tu quoque cognoſces in me Meleagre furorem.*

EVAGRVS ſimiliter Ovidij lib.12. Metamorph. *Parta tibi eſt, Euagrus ait* —— Auſis *Euager?*

MENANDER, MENANDRVS. Vide *Maeander*, & *Nicander* in vaſta ſerie: Macrob.lib.1.cap.17. *Menandrus ſcribit Mileſios.*

NIGER, NIGRVS proprium, Νίγρος Plutarcho libro de Valetudine. Romae in Via ſacra.

C. FVLVIVS. C. F. NIGRVS

NOVEMBER.

NOVEMBRIVS. D.Gregorius M. lib.7. epiſt.40. *Menſe Nouembrio praeſentis ſecundae indictionis. Nouembris reliquus erat*, Cato de ſacrificio commiſſo.

OCTOBRVS *amnis praeterit moenia*, Curtij lib.6. Idem nomen *October* pro menſe.

ODORIFER. Gloſſae augent ſillaba: Εὔοσμοι, *Odoriferus, Odoratus.*

ONAGER, D. Hieron. *Onagrus.* Varro lib.2. de Re R. cap.6. *Ad ſeminationem onagrus idoneus.*

PESTIFER in triuiis rectus iactantior, & Aen.3.

PESTIFERVS Cornel. Celſus lib. 2. cap. 2. *Sudor quoque frigidus in acuta febre peſtiferus eſt.*

PHILAGRVS ex lib.6. Herodoti recte vertit interpres cum praefuiſſet φίλαγρος. Anne & *Philager?*

PISANDRVS *dux patriae relictus*, Iuſtin.lib.5. Alias *Piſander.*

PROSPER, PROSPERVS. Domitianus in ſenatu: *Vt proſper dicendi ſucceſſus oſtenderet auditorum beneuolentia creſcere dicentium facultatem.*

Legit autem Priſcianus apud Ciceronem 6. de rep. *Eſt hominum generi proſperus, & ſalutaris ille fulgor, qui dicitur Iouis*: Val. Maxim.lib.3.cap.7. *Nec minus animoſus, minusq; proſperus illius in Africam tranſitus*, addicentibus cunctis Exemplaribus Colonienſes membranae in Silio:

—— *Magnis non proſperus auſis.*

SACRVS, SACER, Θεῖος τόπος, Cyrilli Lexicum Graeco-lat.

SOPORIFER. Sillaba ſunt auctiores Gloſſae: Καροφόρος, *Soporiferus.*

TERPANDER *muſicus inſignis habebatur*, Euſebij Chronica.

TERPANDRVS cur non, vt *Terſandrus.*

TERSANDER, TERSANDRVS. Prob.lib.2.probat ex Aen.2.

Terſandrus, Stenelusq; ruunt ——

Marius Victorinus lib.1. *Terſandrus: Drus enim ſillaba cum vnam vocalem breuem habeat.*

TEVCER, TEVCRVS. Vide *Alexander.* Aen.3.

Teucrus Rhoetaeas primum eſt aduectus in oras. Vbi veteres aliquot Libri legunt *Teucros* extremitate Graecanica: Longobardicus, nequid diſſimulem, *Teucer.* At ſcriptum Virgilio *Teucrus* teſtes mihi Soſipater lib.1. Inſtit. Priſc.l.6.& 4. non obſtrepente Iſidoro lib.1.Orig.c.6. qui ponit nomina notha, *quae corrumpunt vltimas ſillabas manentibus prioribus, vt apud Graecos Alexandros, Menandros: apud Latinos vero Alexander, Menander.*

VBER, VBERTVS. Iſidor.lib.11.Orig.cap.1.

Vbera dicta vel quia lacte vberta. Gellius lib.8.cap.14.

VESPER, VESPERVS, HESPERVS. Notiſſima variantia.

VETER, VETVS. Ennius: *Cum veter occubuit Priamus ſub Marte Pelaſgo.* Priſc. in 5. Aen.

ZOROASTER, ZOROASTRVS, *Zoroaſtres.* Apul.in Apol. *Cur mihi noſſe non liceat Zamolxis bona verba, vel Zoroaſtri ſacerdotia.* Suidas: Ζωροάστρης ἀστρονόμος. Diogenes Laert. Ζωροάστρην τὸν Πέρσην.

Vniformia vocabula.

AGER non congeminat: etſi Graece Ἀγρός. Volunt autem, *quae apud Graecos aut per γρος, aut per τρος, aut per δρος, aut per κρος efferuntur, haec omnia amiſſa Graeca extremitate, & per Er elata, vt ſecundi ordinis declinari.* Ita Chariſius lib.1. pagg. vndecima, & 64. itemque Priſcianus lib.6. qui *Ager* excipuum faciunt. Addo ex Κάπρος, *Caper*, ex vetere Graecia Ἄπρος *Aper*, non *Aprus*: ex quo tamen *Aprugna* duci videtur, quod ſuo vide loco.

CON-

Digitized by Google

CONTRA *Petrus* ſcribitur, non *Peter*. Sic *Hydrus, Scombrus, Codrus, Ebrus, Locrus*.

CONGRVS quoque non *Conger* formari Soſipatro locis duobus antedictis, credat, cui libido. Plautus in Perſa: *Memini vt muraena, & conger ne calefierent.* Ita legit Priſcianus lib. 6. non *Congrus*. Ita eſt Froboenianae Plinij editioni lib. 9. cap. 62. *Conger & muraena caudas inter ſe praerodentes*. Ibidem: *Locuſtam conger, rurſus polypum congri lacerant*. Neque mutant Pincianus, aut Hermolaus Plinij laeua, dextraque oculi.

IVGER declinari iubet D. Auguſtini. lib. de Grammatica: antiquis tribuit *Iugerum*.

PODAGER, Claudianus: *Stare nequit podager*. In Symphoſij Aenigmatis *Miles podager*. Ποδαγρός. *Podagrus* hodie mihi quaeritur.

ES, IS.

AEDES, AEDIS. Per IS figurat vltimam Feſtus. Varro de Vita P R. lib. 1. *Haec aedis, quae nunc eſt, multis annis poſt facta ſit*, alibique apud Nonium.

APES, APIS. Metam. 7. *Non apis inde tulit collectos ſedula flores*.

Ita legit Priſcianus ex argumento deminutionis *Apicula*. Argumentum alterum peti poteſt ex ſillabaria quantitate. Lib. 9. cap. 12. Columella: *Sic apis euadit veſtibulum*.

Tibullus: *Rure leuis vernos flores apis ingerit alueo*.

Cyrilli Lexicum: Μέλισσαι, *Apes*: Μέλιττα, *Apis*.

CANES, CANIS. Ennius: *Tantidem quaſi foeta canes ſine dentibu' latrat*.

Lucill. *Nequam, & magnus homo laniorum immani canes vt*.

FAMES, FAMIS. Varro lib. 2. de R R. cap. 5. *Algor enim, & famis eas macreſcere faciunt*. Maro: *Auri ſacra fames*.

FIDES, FIDIS. Similiter ex argumento *Fidicularum* opinatur ſcribendum per I *Fidis*, non *Fides* Probus.

Columella lib. 11. cap. 2. ſaepius *Fidis exoritur*.

FELES. Columella lib. 8. cap. 14. *Vipera, feleſq; aut etiam muſtela*.

Varro lib. 3. de R R. *Ne felis, aliáve beſtia introire ad nocendum poſſit*.

Incerti: *Hoſpes diſce nouum mortis genus: improba felis*
Dum trahitur, digitum mordet, & intereo.

Vtrumque Soſipatro, Gloſſiſque antiquis.

NVBES, NVBIS, NVBS μονοσυλλάβως. Adamantius: *Nubis quidam nominatiuum enunciare maluerunt*. Beda: *Quamuis quidam Nubs nominatiuum terminare maluerunt*.

Auſonius: *Iunonia ludificat Nubs*.

PVBES *puberis*, Caeſar: *Pubis, puberis*, Probus: alij *Puber puberis*.

SATELLES, SATELLIS, δορυφόρος. Gloſſae vett. Eaedem: Σωματοφύλαξ, *Satellis*.

SCROBES, SCROBIS, βόθρος, Lex. Graeco-lat. vetus.

SEDES. Et Gloſſae: *Sedis*, θρόνος.

TRAMES ex vulgi Conſuetudine proba. Veteres Gloſſae: *Tramis* δίοδος.

TORQVES, TORQVIS. Naeuius Iliados lib. 1. *Collum marmoreum torques gemmata coronas*.

Propertius: *Torquis ab inciſa decidit vna gula*.

Vtrumque apud Chariſium, & Antiquas Gloſſas.

VVLPES, VVLPIS. Apul. de deo Socratis: *Coruus, & vulpis vnam offulam ſimul viderant*.

ES, VS, X.

Extrita vocali Variantia.

ADIPES ILLA lib. 2. de Re R. *Adeps, vel Adipes in vtroque genere inuenitur*, inquit Priſcian. lib. 5.

CONIVX, & *Coniugus*. Apuleius libro 6. de Aſino Aureo. *Magni Iouis germana, & coniuga*.

CRVCES primore olim caſu ſcriptum docet Varro lib. 8. de L L. Poſt *Crux*.

DAPES, DAPS. Liuius Andronicus in 2. Odyſſ. *Quae haec daps eſt? quis feſtus dies?*

Feſtus: *Daps apud antiquos dicebatur res diuina.*

DVCES, DVX Varro lib. 4. de L L.

FACES *antiquis dicta, vt Fides*, Feſtus. *Fax.*

FAVCIS, φάρυγξ, Cyrilli Lexicum. *Faux.* Ex Graeco naſcitur.

FRVGES, FRVX. Fabius Declam. 13. *Hoſtiae cauſa pecudi fuit laeſa fruges.*

Feſtus: *Frux, frugis dixerunt antiqui.* Auſonius:

Ante equidem campus quam ſpicea ſuppeteret frux.

FRVGIS quoque in recto agnoſcit Varro lib 8. de L L.

LIBYS, LIBS. Silius lib. 7. —— *Appula tardo*

Arua Libys paſſu legit ——

NEX in Miloniana: *Neces* in Aurelio Victore legit Salmaſius: *Vt eius neces auctoribus exitio ... eſſet.*

NVBES, NVBS in prodictis:

PLEBES, PLEBS Plinius lib. 26. cap. 1. *Plebesq́; humilis.*

Silius: —— *Plebes praua furoris.*

Nec parce alibi. Lucan. in 3.

—— *Neſcit plebes ieiuna timere.* Quod ex Lucano conferunt Chariſius lib. 1. Priſcian. libro 7. Phocas in arte laudat Lucillium lib. 5. Hiſconij in regione Ferentina Inſcriptio:

HVIC. PLEBES. VNIVERSA. HISCONIENSIVM. STATVAM

Vitioſe Romae in titulo Ancharij: PLEPES. VRBANA

Et conciſe Saronali in Luſitania: PLEPS. VRBANA

Lexicon Cyrillo datum: Δῆμος μικρός, *Haec Plebis.*

POLLVCES, POLLVX. Plautus Bacchid.

Caſtor, Pollucès, Mars, Mercurius, Hercules.

Varro lib. 4. de L L. *Pollucis a Graecis in Latinis literis veteribus nomen eſt, quod inſcribitur, vt* Πολυδεύκης, *Pollus es non vt nunc Pollux.*

PRAECIPES, PRAECEPS. Plautus in Commouentibus.

Saliam in puteum praecipes.

STIPES, *non Stips*, Fl. Caper de verbis Dubiis.

Ovidius: *Stipes, ab antsquis tu quoque nomen habes.*

SATRAPS, SATRAPES. Sidonius Carmine 2.

Quiſque ſedet ſub rege ſatraps. ita vinxerat omnes

TRABES, TRABS. Ennius Medea:

Vtinam ne in nemore Pelio ſecuribus
Caeſa accidiſſet ad terram abiegna trabes.

D. Auguſt. hom. 40. *Feſtucam ſi nutrias, trabes erit.* Item ſer. 16. in Matth.

Varro lib. 6 de L L. e vetere quo: —— *Vna trabes remis roſtrata per altum.*

Vide Priſcian. in 7. Tertull. lib. de Pallio: *Aries trabes, machina eſt. Trabis* etiam. Papirianus: *Trabs ab eo, quod dicitur Trabis.*

SEGREX, SEGREGVS. Seneca Hippolyto: *Segregem ſparſi per agros.* Auſonius in Parentalibus. *Ipſe tuo viuens ſegregus arbitrio.*

SEPES, SEPS. Val. Flaccus lib. 6. —— *Non paſcua, non ſeps*

Hic tibi: nocturnis mitte haec ſimulacra rapinis.

Auſonius in Grammatico maſtige: *Bucolico ſepes dixit Maro, cur Cicero Seps?*

GENVS, γένος. *Gens.* Aen. 10. —— *Vigiláſve Deum gens?*

Silius 7. *Gens Cadmi Cleadas* ————

SECTIO

SECTIO TERTIA.

IS, extrito I.

FRONDIS, FRONS. *Prodeſt praeterea cum Baccho Perſica frondis.*

Idem : *Delphica frondis.*

Idem : *Vnde etiam in potu frons haec memoratur amica.*

GLANDIS, GLANS. *Glandis*, inquit Probus lib 2. Inſtit.Virg. *Glans*, & Ovid.

Glans alat, & priſco more bibantur aquae.

Vtrumque ponit Phocas in Arte:

LAVRENTIS, LAVRENS. Ennius Annalibus:

Quos homines quondam Laurentis terra recepit.

MENTIS, MENS. Ennius Epicharmo: *Terra corpus eſt: at mentis ignis eſt.*

Varro lib 4. de L L. *Iſthic eſt de ſole ſumtus ignu, iſq; mentis eſt.*

Alij *Mentes* ſcribunt in illo:

Et animam, & mentes, cum qua dij nocte loquuntur.

Mentem alij.

NIVIS, NIX. Adamantius: *Ciuis, Niuis, Nauis, Clauis.* Quaerit Victorinus, quomodo priſci ante inuentam X ſcripſerint *Nix?* Reſponde, *Niuis, Ninguis* etiam ſcriptitauere.

Idem quaerit quomodo ante inuentam X ſcripſerint *Senex?* Reſponde, *Senecs, Seneces*, forte & *Senecas*, aut *Senicis.* Lucill lib. 16. *Nec nos ſeneces putare.* Quo flexu corrigit Plauti Militem Lipſius lib.1. Antiq. Lect. cap.19. repoſito: *O lepidum ſemcem* Et Priſcianus lib.6. legit e Ciſtellaria: *Datores belliſsimi vos negotiolis ſenices ſoletis eſſe.* Item Soſipater lib.1. *Senex, ſenicis facere deberet.* Et vero fecit.

PARIS, PAR. Atta in Socru:

SCOBIS, SCOBS. Columella lib.4. cap.29. *Scobis nunquam ſic eximebatur.* Lib.7. cap.10. *Eburnea ſcobis ſale fricto.* *Scobs* Phocas. Item in Lexico Cyrillum inſcripto.

SCROBIS, SCROBS. Adamantius, & Phocas in Arte: *Scrobis, vt Nauis.* Columella lib 5 cap.10. *Scrobis clibano ſimilis fiat.* *Scrobis*, vt *Orbis* Caſſiodorus. Cyrilli Lexicon: Βόθρος, *Bothrago, Scrobis, Scrobes.*

SENEX. Vide *Niuis.*

IN, IS.

ARIN, ARIS, proprium viri: *Delphin Delphis: Eleuſin, Eleuſis: Trachin, Trachis.* Priſc. l 6.

Addo *Telchin, Telchis* ex Euſtatio. Annotat idem Priſcianus Auctores Graecorum in *IS* terminatione magis vſos: Latinorum frequentius in IN: quamuis Cicero, inquit, pro Scauro: *Cum dare nollet Aris, clam ex Sardinia eſt fugere conatus.* Et Ciceronis aemulus Silius l. 15.

—— *Fiſus fluctibus Arris* *Incuſtoditam ſine milite liquerat vrbem.*

DELPHIN, DELPHIS, *Delphinus.* Cicero in Arato:

Delphinus iacet haut nimio luſtratu' nitore.

Vitruuius lib.10. cap.13. *Collocati aerei delphini.*

Iuuenalis in 4. *Quarto Delphinis balaena Britannica maior.*

Nero: *Et qui coeruleum dirimebat Nerea delphin.*

Manilij lib.5. *Delfinis: Coeruleus ponto cum ſe delfinis in aſtra*

Erigit. —— Ita Barthius lib. 3. Aduerſ. cap.11.

ELEVSIN, ELEVSIS, *Eleuſina.* Beneuenti

SACRATAE. APVD. ELEVSINAM
DEO. BACCHO. CERERI. ET. CORAE

Iterantur eadem verba, Romae in S. Apoſtolorum.
Euſebius Chronicis: *Templum in Eleuſina aedificatum.*

SALA-

SALAMIN, SALAMIS. Manilius lib.5. —— *Salamis non merget Athenas.*

PANIS, & hoc PANE primore caſu veteres extuliſſe notauit Arnob. lib.1.

IS, VS.

ALABIS. Silius lib.14. —— *Hypſamq́; Alabimq́; ſonoros. Alabus*, ex Ἄλαβος. *Alabus.* Ptolemaeus: Ἀλάβου ποταμοῦ ἐκβολαί.

Alabon apud Diodorum Sic. lib.4. Καλούμενος Ἀλαβών.

ANGVLAREM LOCVM, & *Angularium* promit e iure Briſſon. lib. Παρέργων. In Iobo, Eſaia, aliasque *Lapis angularis*: in Lexico Cyrillum inſcripto. Γωνιαῖος, *Angularis.*

ARTICVLARIS. Priſcian. l.2. *Articularia pronomina.* Spartian. in Seuero: *Conſiſtere in curru affectus articulari morbo non poſſet.*

ARTICVLARIVS. Plin. lib.21. cap. 20. *Articularios morbos ſedat.* Item lib. 15. cap.5. lib 29 cap.4. Cato de R R. cap 157. *Morbum articularium nulla res tantum purgat, quantum braſica cruda, ſi eam des cum ruta, & coriandro conciſam.* Cyrilli Lexicum: Καρπόδεσμος, *Lemniſcus, Articularia faſciola* Gloſſae: Ἀρθριτικός, *Articularius.*

AVXILIARIS. Ovid. —— *Fratrem iuuat auxiliaribus vndis.*
Alibi *Auxiliare carmen.*

AVXILIARIVS. Plautus Truculento: *Adeo ei conſiliarius hic amicus eſt, quam auxiliarius.* Ciofanus in Metamorph. adſerit Tullio ſcriptum *Auxiliariam cohortem*

BALNEARIS, BALNEARIVS Soſipater lib.1. *Balnearius fur: Balnearis autem vrceus, & ſolium balneare.* Ex Proportione ipſa friuola paret haec ſecretio.

BINOMINIS ISTER Silio: *Binominis* Feſto.

CALIGARIS, CALIGARIVS. Soſipater friuolo diſcrimine lib.1. *Caligarius, artifex: caligaris, clauus* Eum tamen videatur Plinius iuuare lib. 9. cap 18. *Clauorum caligarium effigie.* Sed idem Plinius, ſi in mentem fuiſſet, *Caligariorum*, dixiſſet, vti prius *Articularios morbos.*

CELLARIS, TVRDVS: *Cellarius ſeruus*, Soſipater.

CONCINNIS. Apuleius lib.5. de A A. *Lucernamq́; concinnem completam oleo.*

CONCINNVS.

COQVINARIS. Varro Γεροντοδιδάσκαλος: *Cultro coquinari ſe traiecit.* Tali extremitatis variantia minus animaduerſa Lipſium in emendationem non rectam impulit, dum *Coquinario* ſupponit. Sed & *Vaſa coquinaria ex argento* apud Plinium lib 33.c.11. inclinatum eſt ex *Coquinaris*, an ex *Coquinarius*, quod volunt? In ambiguo eſt.

CVBICVLARIVS, *cuſtos cubiculi: cubicularis vero lectus, cubiculo aptus.* Fribolario diſtinctio. Quem tamen vt ſeruet Caſaubonus edidit *Cubicularios* in Suetonij Nerone c.38. *Incendit vrbem tam palam, vt pleriq́; conſulares, cubicularesq́; eius cum ſtuppa, taedaq́; in praediis ſuis deprehenſos.* Vidi in eius Octauio *Cubiculares imagines*: in Val Maximi lib 9 cap.12 *Cubicularem lectum*: in Martialis lib. 14 Epigr.147. *Cubicularia gauſapina.* Epigram.150. *Cubicularia polymita.* Epigram.39. *Cubicularia lucerna.*

EXSOMNIS de Maecenate Paterculus, de grue Solinus cap.15.

EXSOMNVS quaedam Inſcriptio in Reſuuiller.

FVSTVARIVS: vnde *Fuſtuarium ſupplicium*, & ſemiplene *Fuſtuarium* in Philippicis Tullij. F

FVSTVARIS Romae ſub Ianiculo:

FVSTVARI. SVPPLICIO. SE. NOVERIT. ESSE. SVBDENDVM

FVTILVS, FVTILIS. Feſtus: *Futiles dicuntur, qui ſilere tacenda nequeunt. Futilus.* Ennius Phoenice: *Saeuiter ſuſpectionem ferre falſam futilum eſt.*

IMPROLVS, vel IMPROLIS, Feſtus.

INTERCALARIS Macrobio, aliis.

INTERCALARIVS in Cenſorino, edente Carrione. Liuius lib.7. belli Macedonici: Etiam ita ſcriptum, ſi diis placet, l. 2. in Verrem.

HILARIS, HILARIVS. Plautus Amphitruone: *Hilarus ſit, ſi gaudeant.* Ciceroni 13.l. ad Atticum *Hilarus librarius eſt.*

IOCVLAREM AVDACIAM dixit Terentius.

IOCVLARIA CARMINA in Suet. Nerone an a *Iocularius*. Idem Terent. in Andria: *Iocularium in malum inſciens paene incidi.*

IN-

INSVLARIS.

INSVLARIVS in Cyrilli Lexico.

MANIPVLARIS, *Maniplaris* Ovidio. *Inde maniplaris nomina miles habet.*

MANVPVLARIS Inſcriptio, quae Puteolis:

C. SENIO. SEVERO. MANVPVLARIO

V. *Manipularis* ipſa in ſerie.

OCVLARIS.

OCVLARIVS. Aſſiſij: MEDICVS. CLINICVS. CHIRVRGVS. OCVLARIVS

Inſcriptio alia: MEDICVS. OCVLARIVS

PALMARE VESTIGIVM Fabio Declam. 1. Palladio lib. 3. de R R. tit. 24. *Palmaribus ſcrobibus obrui.*

PALMARIVM FACINVS Tullio *Palmare facinus.*

Terentius Eunucho Act. 5. ſc. 4. *Id vero eſt, quod mihi puto palmarium.*

PECVLIAREM *cauſam*, & *Peculiariam* expreſſim in Pandect. Flor. lib. 4. §. vlt. de doli except. aliasque.

PRIMIPILARIS Quinctilianus libro 6. Spartiani Libri MSS. in Peſcennio, & Iuliano.

PRIMIPILARIVS in Priſciano Notis ad 1. Aen.

Suidas: Πριμοπιλάριος, ὁ τὸ μεῖζον ἀξίωμα τῶν στρατιωτῶν ἔχων παρὰ Ῥωμαίοις: *Primipilarius, cui maior erat apud Romanos in militia dignitas.*

Idem Spartianus ibidem.

PRONIS. Varro Parmenone: *Alia trabs pronis in humum accidens proximae frangit ramos cadens,* πρηνής.

PRONVS in prono eſt.

PVTRIS. Videtur & *Putrus* ſcriptum veteribus eo ducentibus Gloſſis: Σαθρὸν, *Fragile, Putre, Putrum.*

RIDICVLARIS. Iſidorus: *Qui & ioco ridiculares extiterunt.*

RIDICVLARIVS Plauto. Gell. *Nimis ridicularius fuit.*

SANDALIARIS. Metis ara: MAGISTRI. VICI. SANDALIARIS

Romae in aedibus Capranicorum:

MAG. VICI. SANDALIARI

Ecquid deſit? aut S, aut I, aut huius apex.

SANDALIARIVS APOLLO memoratur in Suetonij Auguſto. Gell. lib. 18. cap. 4. In *Sandaliario* fuiſſe ſe commemorat, vico.

SINGVLARIS ſpargitur per philoſophiae puluinaria, per grammaticorum ſubſellia

SINGVLARIAS COMPEDES habes in Plauti Captiuis. Gellij autem l. 17. c. 9. *Literas ſingularias ſine coagmentis ſillabarum.* Turpilius Demetrio: *Homo vnita eſt natura, ac ſingularis.* Quare ne dubites de LipsI correctione Gellij lib. 9. cap. 4. *Singulariae velocitatis*, Giſelini MSᵒ. adſeritur.

STERILAM, *Sterilem* Feſtus. Vtique a *Sterilus*, & *Sterilis*.

TRICLINIARIS. Soſipater lib. 1. *Vnde perſpicuum eſt Caluum ad amicos non recte dixiſſe Non eſt triclinatius: cum Tricliniaris dicere debuiſſet.*

TVTELARIS.

TVTELARIVS. Inſcriptio Populonij inter Proculi honores:

PRAITORI. TVTELARIO

Eadem verba in titulis Ariſtaeneti apud Manutium. Plin. lib. 34. cap. 7. *Capite tutelarios cauere pro ea inſtituti publici fuit.*

VVLGARIS, extremitas vulgo cognitiſſima.

VVLGARIVS. Turpilius Thraſyleone: *Non eſt mediocris re[illegible]que vulgaria fallacia haec.*

Afranius Priuigno: *Debinc temeritatem reperio vulgariam.* Arnob. lib. 6. *Quod in vulgariis prouerbiis dicitur.* Gellij lib. 1. cap. 22. Lib. 17. cap. 3.

Digitized by Google

IS, VR ἀποκοπή.

TVRTVRIS apud Auſonium vetere in Libro reperit Mariangelus.
TVRTVR vulgarium eſt.
VVLTVRIS *in ſiluis miſerum mandebat homonem*, Ennius.
VVLTVR.

SECTIO QVARTA.

O, ES.

AMBAGO. Manil. lib.4. *Et verum in coeco eſt, multaq́; ambagine rerum.* Cyrilli Lexicum: Περίοδος, *Amfractus, Circuitus, Ambago.*
AMBAGES. Faſtor, 4. *Obſcurae ſortis patres ambagibus errant.*
COMPAGO, vnde *Compagine* eſt Manilij, Ouidij, Seruij.
COMPAGES, ex quo *Compagum* Macrob lib. 1. cap. 6. *Singularum compagum membra tractemus.*
CONTAGIO. Arnob. lib. 2. *Vtrum ſapor in rebus ſit, an palati contagionibus fiat.* Feſtus: *Contagionem eſſe dicendum, non Contagium.* Notum tamen id Maronis:

Dira per incautum ſerpant contagia vulgus.

CONTAGES. Lucret. *Quae contage ſua palloribus omnia pingunt.*
PROPAGO. Maro —— *Itala virtute propago.*
PROPAGES. Pacuuius Antiopa: *Saluete gemini, mea propages ſanguinis.*
PROPAGMEN. Ennius: *Nobis vnde forent fructus, vitaeq́; propagmen.*
CARO, CARNIS. Liuius Andronicus in Odyſſea:

Carnis ait, vinum quoque quod libabant, anclabatur, ἐκερἄσατο. Tit Liuius, vti hodie edunt: *Latinaeq́; inſtauratae, quod Laurentibus carnis, quae dari debet, data non fuerat.* Vt ex *Caro Caruncula*: ſic ex poſitione *Carnis Carnicula*, Priſcian. lib. 6.

O, ON.

AGAMEMNO in editionibus Tullij emendatioribus libro 13. ad Atticum epiſt. 45. *Poſteaquam a te Agamemno.* Manutio Victorio, Gulielmioque amplexantibus. Sergius in 2. editione Donati: *Agamemnon, Agamemno, & fere omnia Graeca, quae in On exeunt. Agamemno, Leo, Plato,* Latinius ſcribi clamat in Arte Conſentius. Statius Achill. 1.

—— *Stimulatq́; Agamemno volentes*

ALMO. Cytherius Sidonius: —— *Almo capellas,*
Almo puer ——

ALMON Aen. 7.
ANNO germanus Annibalis, aliorumq́ue nomen in Poenulo Plauti, & Silio conſenſu Librorum. At Silij Colonienſes membranae *Hannon* duplicato ſcelere
ANCO reponit Pincian. in Plin. l. 2. c. 72. *In opido Ancona. Nec enim primae, ſed tertiae inflectionis eſt*, inquit. Tamen & Melae lib. 2. cap. 4. *Ideo a Graiis dicta Ancona.* Nec inuſitatum eſt a tertio flexu orta nomina ſpectari habitu, ornatuq́ue nominum primi flexus, quod in hoc tractatu de varia nominum Orthographia non paucies animaduertimus. Ideo etiam Solino ſcriptum cap. 8. *Anconam a Siculis.* Sic & alibi D. Auguſt. Ἀγκών, πόλις Πικεντίνων Stephano. Silius Italicus l. 8.

—— *Ne[illegible]one vilior Ancon.*

ANTIPHO. Sic vbique Terentius. Vide Leo.
ANTIPHON. Tertull. lib. de Anima: *Artemon, Antiphon, Straton.* difformiter.
ASCALO Plin. lib 5. cap. 13. adſtipulantibus vetuſtis Codicibus, & Priſciano lib. 6.

ASCALON

ASCALON in ſacris Codicibus.

CERDO, CERDON in aliis, atque aliis Euſebij libris.

CHILO Aug. 18. de Ciuit. cap. 25. Laërt. lib. 1. Plut. in Conuiuio ſeptem Sapientum aliquot MSS. fide Pontaci.

Miror ſi Laërtius, & Plutarchus fideliter allegantur: nam Graecanica non eſt haec finalitas vllibi.

CHILON Pauſaniae lib. 10. Suidas, Graeci caeteri. Auſonius.

Spartanus ego ſum Chilon, qui nunc prodeo.

DEXO. Cicero: *Dexo Tyndaritanus homo nobilis.* Ab incude Latinorum haec finalitas.

DIO, DION agnoſcit Pontacus ad Euſebij Chronica.

Cor. Nepos: *Dion Hipparini filius.*

GELO Siracuſanorum dominus paſſim recte: in vnico Euſebij.

GELON teſte Pontaco. I ad Liuium, i ad Pindarum.

HIPPO. Silius lib. 3. —— *Dilectus regibus Hippo.* Plin. lib. 5. cap. 13.

Ἵππων Graecis. Noſtra vide Siliana.

LACO. Cor. Nepos in Timotho: *A quo cum Laco pecuniam.*

LACON pro cane Ovid. lib. 3. Metamorph.

Praeualidusq; Lacon, & curſu fortis Aëllo.

LEO, LEON. Priſcianus lib. 6. *Haec tamen* [Μίμων, Ζίνων, Λεοχάων] *antiqui ſolebant ablata N proferre, & ſecundum Latinorum regulam in O terminantium, quod vbiq; Terentius facit, declinare, vt hic Antipho, huius Antiphonis, hic Draco, huius draconis, hic Leo, huius Leonis. Si enim Leon dicas, neceſſario ſeruas, vt genitiuus quoque ſecundum Graecos T habeat, Leontis. Vnde Cicero in libris Verrinarum, qui eſt de Supplicis proprium nomen Leon Leontis declinauit.* QVID IN LEONTE MACHARENSI NON IDEM FECISTI? Quem an recte ſatis ſit Petrus Victorius imitatus, addubito, qui in epiſtola ad Ardinghellum: *Leonti X vere magno Pontifici*: paſſim enim ille Pontifex *Leo*, non *Leon* ſcribebatur. Iterum Tullius 5. Tuſculan. *Cum Leonte principe Phliaſiorum.* Item: *Cum admiratus eſſet Leon.*

MENO. Cicero pro Fundanio: *Eſſetne id, quod Meno nunciaſſet?* pro *Menon*, inquit Priſcianus.

METO Varroni de L. L. & Vitruuio lib. 9. Pithoeo emendante lib. 2. Aduerſ. cap. 13.

METON Cenſorinus lib. de die Natali. Ammianus.

NARBO, NARBON Plin. lib. 5. cap. 13. fide veterum Codicum.

OSORTHO in Euſebij editis ante legebatur, quam Pontacus repoſuiſſet *Oſorthon* Librorum conſenſu MSS. quamplurimorum.

PALAEMO, *Telamo, Plato (nam ſic eum Cicero quoque appellat) retinuerunt: quia Latini, quod O, & N literis finiretur, non reperiebant*, inquit Fabius lib. 1. cap 5.

PALAEMON *Vicetinus*, Sueton. de viris Ill. Fabius, quaedam Euſebij Exemplaria.

Maro Ecloga 3. —— *Vel qui venit ecce Palaemon.*

Plautus Rudente: *Sed o Palaemon ſancte Neptuni comes.*

PARMENIO Curtius. Val. Maximus lib. 6. cap. 4. *Et ego vterer, ſi Parmenion eſſem.*

PLATO Vide *Palaemo*. Manilius: *Aetheriusq; Platon, &, qui fabricauerat illam.*

RVBICON Vib. Sequeſtro: abſque N *Rubico* Silio, & Lucano.

SIMO. Vide Priſcianum ſupra in *Leo*: Auſonius:

Et noris, poſſit quid Simo, quidq; Deus.

SIMON paſſim: ſed Hebraicam redolet Originem שמעון: eſtque diuerſum, vt appareet: nam Σιμῶν, & Simo Terentij eſt ex Σιμός.

SOLO Latinius, quam *Solon*, Pithoeus inante Priſcianum teſtatus.

TARCHON. Aeneid. 8. *Mandatq; inſignia Tarchon.*

Tarcho in antiquo Codice, reperit Pierius, docetq; olim nulla Romanis per ON ſcripta.

TELAMO. Vide *Palaemo*. Ita quoque exhibet vetus Vrſini Liber 3. de Natura Deorum.

TELAMON. Metam. 13. —— *Telamon, Peleusq; fuerunt.*

TELXIO, ET THELASIO in quibuſdam D. Auguſtini Codicibus repertum ſibi teſtatur Viues.

THELASION Euſebij Chronica referunt: Pauſanias *Telexion*.

TRYPHO, TRYPHON Pontacus ad Euſebium.

XENO pro Ξείνων. Cicero in Frumentaria: *Tum iſte Veneris magna vice imperat, vt Xeno audiret.*

ZENO Ciceroni ſexcentis locis, Varr. lib. 2. de R R. Tertulliano in Apol.

ZENON in Carrionis Cenſorino, & Plin. lib. 22. cap. 22.

O, VM.

ADAGIVM, ADAGIO. Lexicum Cyrilli: Παροιμία; *Prouerbium, Adagio.*

CONSORTIVM, CONSORTIO L. 96. §. cum eodem D. de ſolut. Pand. Flor. Paterculus libro altero: *Vt & tribuniciae poteſtatis conſortionem Neroni conſtitueret.* Valer. Maximus lib. 4. cap. 2. 6. 7. Vide Nonium.

Liuius lib. 6. *Quaenam iſta ſocietas, quaenam conſortio eſt!*

EXCIDIVM, Aeneide 5. *Septima poſt Troiae excidium* ——

Excidionem apud Feſtum reperias. Plautus Curculione: *Condidici opidis facere excidionem.*

INTERSTITIVM, INTERSTITIO. Tacit. An. 4. *Dandumq; interſtitium poenitentiae.*

Gell. lib. 20. cap. 1. *Iuris inter eos quaſi interſtitionem quandam, & ceſſationem.*

Arnobius lib. 6. *Interſtitione aliqua animorum data.*

OBSIDIVM Tacito lib. 3. hiſtor. *Subierunt obſidium etiam foeminae.* Columellae lib. 9. c. 9. de R R. *Curatoris obſidio protinus excepti ſunt*, aliasque. C. Laelio, Salluſtio, Plauto in Rudente, Gellio lib. 15. cap. 31. *& Bacchidibus.*

OBSIDIO praeſtabilius eſt Feſto ex duobus Ennij locis.

Liuius lib. 6. *Obſidio vrbi inferretur.*

SVPERSTITIVM, *Superſtitio*, Gloſſae: Θρησκεία, *Superſtitium, Religio, Ritus.*

O, VS.

ARCHITECTO, *Architectus.* Titinnius in Setina: *Incluſus Architectonis.*

CAPO, CAPVS. Varro: *Ex gallo gallinaceo caſtrato fit capus.* Adſerit vtrumque Aldus libro 1.

Idem Varro lib. 2. de R R. cap. 7. lib. 3. cap. 9. Feſtus: *Canterius hoc diſtat ab equo, quod maialis a verre, capus a gallo.*

CENTVRIO, Liuius, Euangelia, Silius. *Centurionus antea, qui nunc Centurio, & Curionus, & Decurionus* Feſtus. Item *Decurio*, & abſciſſe *Curio.*

COMEDO, *Comedum antiqui bona ſua comedentem antique dixerunt*, Feſtus.

EPVLO, *Epulones: Epulonis* Feſto.

GOBIO, GOBIVS. *Gobio* apud Iuuenalem Sat. 4. Priſcian. libro ſexto, Plinium, alios.

GOBIVS in Martialis Xeniis, Ovidij Halieutico: Oppiano, & Athenaeo Κώβιος. Fl. Caper: *Gobius piſcis: nonnunquam Gobio legitur.*

PAVO, PAVVS, Arnob. lib. 7. Tertull. lib. de Pallio. Auſon. Epigram. 68. *Pauaq; de pauo conſtitit ante oculos. Anſer, caper, aut pauus*, Arnob. lib. 7.

Ita *Scorpio, Scorpius.* V. ſubiectiora.

SOLSTITIO, SOLSTITIVM pecori defendite Maro. Tertullian. lib. de Pallio: *Solſtitionibus annuis, Luna modulationibus menſtruis vacat.*

SVPERSTITIO, SVPERSTITIVM. Cyrilli Lexicum: Θρησκεία, *Superſticium.* Ac ne ſcriptori, quiſquis fuit excidiſſe putes, iterato: Δεισιδαιμονία, *Superſticia, Superſticium, Superſticio, Religio.*

OR, IS, VS.

IMMEMOR, IMMEMORIS. Caecilius in Epiclero:

Itáne Antipho iuuentus profluuia fide?
Itáne eſt immemoris? itáne eſt madida memoria?

Silius Italic. lib. 17. *Immemoris dextraq; datae* ——

IN-

INDECOR, INDECORIS. Accius in Athamante apud Priſcianum: *Cuius ſi vita indecoris: mortem fugere turpem haud conuenit.*

MVLTICOLOR *picto per nubila deuolat arcu*, de Laudibus hortuli. Pompeianus de Iride: *Picta veſte decens, & multicoloribus alis.*

MVLTICOLORVS. Apuleius de Mundo: *Iris multicolora eſt.* Prudentius: *Prata multicolora.*

MVLTICOLORIVS. Gellius lib.11. cap.16. *Sicut multijuga dicimus, & multicoloria, & multiformia.* Sic *Verſicolorem veſtem, & verſicoloriam* notat e Iuie ſuo Briſſonius.

OR, OS.

LABOS, ODOS, VAPOS Quinctil. lib. 1.c.
Lucret.lib.6. —— *Permanat odos, frigusq; vaposq;.* Poſt, *Labor, Odor, Vapor.*
COLOS EXSANGVIS. Val. Probus e Salluſtio. *Color* vbi non?

OR, VR.

ROBOR, EBOR, MARMOR nonnullis arrogat Fabius lib.1. cap. 4. aut 6. Alij *Robur, Ebur, Marmur.* Fl. Soſipater lib.1. *Marmor, Robor* per O Phocas in Arte: *Ebor, Robor, & Fe-nor rationabiliter annumerant*, inquit.

ADOR veteres *Adur* Graecis conformius, quibus Ἀδὸρ. Eſt & Gloſſario: *Adu,* ζῖτος.

OR, VS.

PRIOR etiam in neutro genere. Val. Antias in 6. Annalium: *Hoc Senatusconſultum prior factum eſt.* Claudius in IIX. Annalium: *Qui prior bellum, quod cum his geſtum erat, meminiſſent.* Ibidem: *Vbi decreuerunt, commemorant Graccho foedus prior Pompeianum non eſſe ſeruatum.*

POSTERIOR ſimiliter. Caſſius Hemina annalem ſuum quartum hoc titulo inſcripſit:
BELLVM. PVNICVM. POSTERIOR

SECTIO QVINTA.

VS, A.

ALIENIGENVS, ALIENIGENA. Valer. Max.lib.1. cap.2. *Alienigena exercitatio.* Lib.1. *Alienigena exempla.* Lib.2 cap.1. *Alienigena ſtudia.* Lib.4. c.6. *Alienigeni mores.* Probatque has in Valer. Maximo lectiones Priſcianus lib.6.

IGNIGENVS Apuleio: *Ignigena* Bacchus Metam. Ovid. lib. 4.

VNIGENA Prudentio, & Ciceroni *mundus vnigena* dicitur lib. de vniuerſ.

VNIGENVS alibi reperias.

VS, OS.

ABYDVS, ABYDOS, ABYDVM. Ovid. in Epiſtolis:
—— *In ſpeculis omnis Abydos erat.*
Idem: —— *Quaere ſiquis Abydon eat.*
Plin. lib 5. cap. 32. *Abydum.*

AEACVS AEACOS. Metam.9. *Cum videat feſſos Rhadamanthon, & Aeacon annis.*
Lib.13. *Aeacon agnouit ſummus* ——

AEGYPTVS, AEGYPTOS Aen. 8. —— *Terrore Aegyptos, & Indi.* Ita legit Valer. Probus lib. 1. Idem Aen. 9. Libri nonnulli *Aegyptus*: diuertunt alij.

AEOLVS, AEOLOS. *Aeolon ille refert Tuſco regnare profundo,*
Aeolon Hippotaden ——
Metamorph. 14. Statius Thebaide 9. *Non pubeſcentes texerunt Aeolon anni.*

ALPHEVS Aen. 3. *Alpheos* Thebaidos 6. —— *Alternis Alpheon vtrimq́; ſolebat*
Meſtis ripis ——

ANDRVS, ANDROS. Metam. 14. —— *Quem dicta ſuo de nomine tellus*
Andros habet ——

ANDROGEVS, ANDROGEOS. Vetera Maronis Exemplaria cum Mediceo: *Androgeus offert nobis* —— Aen. 2.

AVVS, AVOS. In hortis Colotianis Inſcriptio priſca:

M. CAESONIVS. PRIMVS. AVOS

Et Ter. Scaurus, qui reliquas id genus ſcriptiones reiicit, *Auos* & *Auom* non diſcludit. Antiquis Libris *Auos* arrogat Victorinus ad lib. 1. Var. de R R. Accuſatiuus autem eſt in peruetere Maronis Libro ibi:

Nomine auom referens ——

Sic eſt pluribus Inſcriptionibus. AVONCOLO. Obſtrepit his Mar. Victorinus iuſſo talia per V ſcribi: *nam per VOS ſcriptae*, inquit, *ſignificant pluralem numerum, & caſum Accuſatiuum Auos, Flauos, Coruos, & horum ſimilia.* Atqui, ô boni, vt tuis tecum verbis agam, quorſum diſtinguere? *Nam qui non poteſt dignoſcere ſupra ſcriptarum vocum numeros, & caſum, valde eſt hebes.* Haec Victorinus.

CARDVVS, CARDVOS. Vetus eſt lectio Georg. 1.

—— *Horreret in aruis Carduos* ——

Eſt cui videbitur aſperior? Mollit caeterorum Proportio, vel Latinorum.

CAVCASVS, CAVCASOS. Sidon. Apollin. Car. 11.

—— *Glacies vbi Caucaſon auget.*

CESTVS, CESTOS. Thebaid. 4. *Ceſton, & Idalias procul ablegaſſe volucres.*

COCYTVS, COCYTOS. Silius in 13. —— *Torrens Cocytos ſanguinis atri.*

COLOSSVS, COLOSSOS. Martialis lib. 6. *Aedemq́; Martis, & Coloſſon Auguſti.* Feſtus: *Coloſſus a Coloſſo artifice.*

COQVVS, COQVOS. Moſtellaria: *Quom vna multa iura confundit coquos.*

CORYTVS, CORYTOS. Ovid. 3. Triſt. Eleg. 8.
In quibus eſt nemo, qui non coryton, & arcum.

CROCODILVS, CROCODILON *adorat*
Pars haec, illa pauet —— Iuvenalis Satyra 15.

CYPRVM paſſim inuenias. Silius Italicus lib. 7.
Cypron Idumaeas refert de Pallade palmas.
Sidonius Car. XI. —— *Paſci ſuetos per Cypron olores.*

CYZICVS paſſiua finalitate: Graecanica *Cyzicos.* Marcellin. l. 22.
Raptam Cyzicos oſtreoſa diuam.

DAMASCVS, DAMASCOS. Probus lib. 2. ex Lucano citat:
—— *Ventura Damaſcos.*

DARDANVS, DARDANOS. Ovid. lib. 1. Faſt.
Dardanon Electra quis neſcit Atlantide natum?

DELIVS Aen. 3.

DELIOS Carm. 9. Sidonius. *Tymbrae Delion, Arcaden Lycaeo.* Iterum Carm. 22.

DELVS, DELOS. Ovidius 2. Operis ſui:

Iam Samos a laeua fuerat, Naxosq́; relictae,
Et Paros, & Clario Delos amata Deo,
Dextra Lebynthos erat —— Cor. Severus:

Seu te, Cynthos habet, ſeu Delos gratior illa. Statius Achill. 1.

DIAMETRVS, DIAMETROS. Columella lib. 5. cap. 2. de R. R. *Diametros pedes habeat LXX.* Hermolaus Barbarus lib. 4. de iis, quae fiunt in ſublimi: *Vt diametro iridis ſubdupla ſit coronae diametrus.*

DI-

DIVVS, DIVOS *Iulius, Diuos Auguſtus* in Nummis. *Diuos Traianus* in antiquae Inſcriptionis fragmento:

DIVOS TRAIANVS
AVGVSTVS
CONCESSA TVSCVLI

EPIRVS, EPIROS. Vtrumque notatur a Seruio Georg. 1. & praefertur *Epiros* a Codice Romano.

Statius Achill. 1. — *Fraenat celeres Epiros alumnos.*

ERYMANTHVS.

ERYMANTHOS. Ovid. Metam. 5.

Maenaliosq; ſinus, gelidumq; Erymanthon, & Elim.

IOLCVS, IOLCOS. Columella lib. 10. — *Anguem Vellere Phryxeo delapſum vidit Iolcos.*

IPSVS, IPSOS Numae lex: SIQVIS ALIVTA FAXIT, IPSOS IOVI SACER ESTO

ISMARVS, ISMAROS. Probus legit. *Iſmaros, aut Rhodope* — In qua Pharmaceutria Bembus reponit:

Aut Tmaros — Reiicitur illo in Sileno:

Nec tantum Rhodope miratur, & Iſmarus Orphea.

ISMENVS, ISMENOS edidit Cruceus lib. 9. Thebaidos:

At pater arcano reſidens Iſmenos in antro.

LAPATHVS, LAPATHOS. Colum. lib. 10. *Lubrica iam Lapathos, iam ramni* —

LEBYNTHOS. v. *Delus.*

LEMNVS. Statius Achill. 1. *Et Lemnos non aequa viris* —

METHODVS, METHODOS. Auſon. in Grifo:

Quae logos, aut methodos, cuiq; experientia nomen.

NAXVS, NAXOS. Metamorphoſi 3. *Naxon, ait Liber, curſus aduertite veſtros.*

NERITVS, NERITOS. Aen. 3. — *Neritos ardua ſaxis Inſula* — Quod nomen aliter, quam per O ſcribi poſſe inficiatur Erythraeus. Maior Graecia *Naritus* per A ſcripſiſſe videtur ex paragogo *Naritius.*

NOTVS, NOTOS. Lucanus 9. — *In Noton effugit vmbra.* Priſcianus Periegeſi:

Ad Noton eſt longe —

OLEARVS. Infra mox: *Olearosq; latent* — Aen. 3. *Olearon, niueamq; Paron* —

PACTOLVS diuite prouentu. At Romanus Liber, aliique non pauci Aen. 10. habent Graecanice: — *Pactolosq; irrigat auro.*

PAPHVS, PAPHOS. Horat. lib. 3. Oda. 28. *Paphon iunctis viſit oloribus.*

Silius lib. 7. — *Paphos centum mihi fumet in aris.*

PARVS. Vide *Delos.* Achil. 2. *Iam Paros, Olearosq; latent* —

PATROCLOS. Terentian *Sic Patroclon olim Hectorea manu periſſe. Patroclus* Achil. 1. apud Statium.

POLYPHEMVS *in antro*, Maron lib. 3. *Poliphemos* Sidonio Car. IX.

Vitatum Polyphemon, atque Circen.

RHADAMANTHOS vide *Aeacus.*

SAEVVS, SAEVOS. Terentij Codices aliqui:

Quam ſaeuos ex amore eſt:

Aliqui Maronis teſte Pierio:

Saeuos vbi Aeacide telo iacet Hector —

SAMVS, SAMOS. Supra *Delos*; eſtque Pontaci fide plurimis Euſebij Exemplaribus. *Samos* per O, pauculis *Samus* per V.

SCORPIVS Sed Georg. 1. Probus legit — *Brachia contrahit ardens Scorpios* —

Tullius in Arateis: — *Emergit Scorpios alte,*

Manilius lib. 2. — *Acri Scorpios ictu.* Inconſtanter eadem pagella bis *Scorpius* per V. Lucillius lib. 30. — *Scorpio cauda Sublata* — Sed anne *Scorpio'* legendum? Ex his vaneſcit Fl. Capri diſcrimen: *Scorpio bellica res eſt, id eſt, ſagitta: Scorpius animal.* Nam belli inſtrumentum ex ſimilitudine venenati animalculi nomen ſortitur. De bellico miſſili Liuius tamen perpetuo tenore *Scorpio* ſcripſit.

SE-

Digitized by Google

SERIPHVS. Statius Achill. 1. —— *Humiliſq; Seriphos.*

SERVVS, SERVOS. Plautus: *Quem ſeruos ſermonem ſerat.*

SESTVS. *Seſtos, Abydeniq; ſinus* —— Statio Achill. 1.

SISYPHVS, SISYPHOS. Metam. 4. *Siſyphon adſpiciens* ——
Metam. 13. —— *Saxum graue Siſyphon vrget.*

SPERCHIVS, SPERCHIOS. Achilleide prima: —— *Deae Sperchios abundat Obuius* —— Ibidem: *Et tenuis Sperchios aquis* ——

TENEDVS, TENEDOS. Verrina 3. *Cuius ex nomine Tenedus* per V. Ea fides eſt Chirographorum: etſi editorum eſt *Tenedos* per O, vti Aen. 2.

Eſt in conſpectu Tenedos ——

Priſcianus in Periegeſi: *Terminat hunc Imbros pariter, Tenedoſq; coërcens:*

TMOLVS in Maronis Georgicis: in Thebaide 7. *Te Tmolos, te Niſa ferax* ——

TYRVS, TYROS. Aen. 4. *Aut ſi antiqua Tyros* ——
Mela lib. 1. cap. 12. *In Phoenicia eſt Tyros* ——
Ouidij Metam. 15. *Et Phoeniſſa Tyros* ——

ZACYNTHVS, ZACYNTHOS. Aen. 3. —— *Nemoroſa Zacynthos.* vulgati fere Libri omnes: antiqui nonnulli *Zacynthus* per V.

Denique *Capo*, & *Capus* Varroni lib. 2. de R R. cap. 7.

B S, P S, X. vocali V interiuncta.

AETHIOPS, AETHIOPVS. Lucillius: *Rhinoceros velut Aethiopus* ——

ARABS, ARABVS. Maro: *Omnis Arabs, omnes verterunt terga Sabae* Lucill. lib. 25. *Arabus Artemo.* C. Caſſius in epiſtola: *Arabi mirifico animo erga nos fuerunt.*

Maro in 7. *Hircaniſve, Arabiſve parant* —— Plautus Poenulo: *Murrhinus odor Arabus.* Hinc *Arabus lapis* Plin. lib. 36. cap. 21. Capuae Inſcriptio: M. CLOELIO. M. F. ARABO Auienus: *Curua ſinus Arabi ſuccedent aequora propter.*

Priſcian. in Periegeſi: *Non Arabis ſimiles opulentis* ——

Herodotus vna ſillaba plus lib. 7. Ἀράβιοι δὲ ἔσχατοι ἐτετάχατο: *Arabij vltimi ordinis erant.*

CHALYBES, CHALYBI. Seriem vide, in qua Χαλύβοισι.

CAPPADOX, CAPPADOCVS. Apul. l. 8. de A A. *Ille Cappadocum me, & ſatis forticulum denunciat.* Colum. lib 6. cap. 17. de R R. de ſale: *Vel etiam Cappadocus minute tritus, & immiſtus melli.*

Idem lib. 10. —— *Cappadocae ſeruat cognomina gentis.*

Mart. lib. 10. Epigr. 76. *Nec de Cappadocis eques cataſtis.*

Stephanus: τὸ ἐθνικὸν Καππάδοξ, καὶ Καππάδοκος, καὶ Καππαδόκης. Poſterius reponit in Τεκτόσαξ. Suidas: Καππάδοξ, & Καππαδόκης. Appianus Ciuil. l. 2. Κίλικες, καὶ Καππαδόκαι. Baſilius M. de Spiritu S. c. 29. Oppian. Κυνηγ. lib. 1.

Καππαδόκαι, Μάδροι, Σκυθικοί ——

CONGREX, *Congregus.* Auſonius. epiſt. 10. Congrege vulgo. Auguſt. l. 12. de Ciuit. c. 2. *Congregus* Iſidorus lib. 12. Orig. cap. 7. *Aliae congregae, id eſt, gregatim volantes.*

SEGREX, SEGREGVS. Seneca Hippolyto: *Segregem ſparſi per agros* ——
Auſonius in Parentalibus: *Ipſe tuo viuens ſegregus arbitrio.*

VS, VM, V.

ACINVS, ACINVM. Columella lib. 12. cap. 42. *Haec ratio rugoſa facit acinas*
Ibidem: *Craſſa, variaq; ſunt acina.* Cato: *Acina de vuis miſcellis decerpito.*
Gell. lib. 7. cap. 20. ex Catullo: *Ebrioſa acina ebrioſioris.*

ANFRACTVS, ANFRACTVM. Varro lib. 6. de L L. ex Attio:

Terrarum anfracta reuiſam.

ANGIPORTVS, ANGIPORTVM *non eſt peruium*, Terent. Adelphis. Vide Nonium.

ANTI-

ANTIDOTVS, ANTIDOTVM. Gell. lib. 17. cap. 16. *Huius regis antidotus celebratiſſima eſt, quae Mithridatios vocatur.*

Serenus: *Antidotus vero multis Mithridatica fertur.*

Idem: —— *Antidotus imitatur honeſtas.*

APIVS, APIVM. Apicius lib. 3. cap. 2. *Apios virides cum ſuis radicibus lauabis.*

Lib. 7. cap. 6. *Apium viridem inciſum ſuper ad ſpergis, oleum mittis, & inferes.*

APSYNTHIVS, APSYNTHIVM. Varro Quinquatribus: *Abſynthium vti bibam grauem, & caſtoreum.*

ARTICVLVS paſſim. Benedicti Gloſſae: *Articulum, Ἄρθρον, Articula, Ἄρθρα.*

ARTVS, ARTV. Flaccus 4. Argon. —— *Qua ceruix primo committitur artu.*

Plautus Menaechinis: *Ita mihi imperas, ergo huius membra, atq; oſſa, atq; artua comminuam.*

AVCTVMNVS, AVCTVMNVM. Varro Ephemeride nauali: *Auctumnum ventoſum fuerat.*

S. Cyprianus ad Demetriam; *Nec ſic arboreis foetibus auctumna foecunda ſunt.*

BALTEVS, BALTEVM. Aen. 10. —— *Humero quo apparuit alto Balteus* ——

Varroni *Balteum eſt cingulum e corio bullis ornatum:*

BAPTISMVS, BAPTISMVM. Gregorius M. hom. 20. in Euangelia: *Baptiſmum, quod peccata ſolueret.* Iſidorus lib. 6. Orig. c. 19. *baptiſmum* nominandi caſu ſaepius vſurpat quam extremitatem Beda quoque agnoſcit, cum attuliſſet *Baptiſmus, Baptiſma.* Similiter Σπασμός: Ariſtoteles vero lib. de Anim. 10. cap. 4. Σπάσμα ſaepius vſurpauit.

CALAMISTRVS, *Calamiſtrum*, Soſipater.

CANDELABRVS, BRVM. Caecilius Meretrice: *Memini ibi candelabrum ligneum ardentem.* Nota Arnobij lib. 1. *Candelabrum, & iugulum ratione eadem iugulus; & candelaber.*

CEREBRVS, CEREBRVM. Plautus Moſtellaria: *Imo etiam cerebrum quoque omnem e capite emunxiſti meum.*

CINGVLVS, CINGVLA, CINGVLVM. Macrob. lib. 2. de hom. Scip. ca. 5. *Medius cingulus, & ideo maximus.* Saepicule.

Ovid. 2. ſui operis: *Et nona velocem cingula laedat equum*

Idem in 3. *Nec breuis in rugas cingula preſſa ſuas.*

Calpurnius Ecl. 6. *Alternas vitreas lateralis cingula bullas.*

CLAVVS, CLAVA, CLAVVM, vt *Toruus, Torua, Toruum* ponit Adamantius apud Caſſiodorum. Poſt pauca: *Caluus Calua* adiungit.

CLIVVS, CLIVVM. Memmius: *Ille ardua nitens fortunae eſcendere cliua.* Cato: *Loca ardua, & cliua depreſſa.*

COLLVS, COLLVM. Lucillius: *Modo ſurſum, modo deorſum tanquam collus cernui.* Quo ſuper Fabius lib. 1. cap. 6. *Nec collos mihi Caluus perſuaſerit.*

COMPITVS, COMPITVM. Varro de ſcenicis originibus libro 3. *Vbi compitus erat aliquis.* Caecilius Titthe: *Vbi adicientem compitum.*

CORIANDRVS, CORIANDRVM. Apicius lib. 4. c. 1. *Coriandrum viridem, vuam paſſam enucleatam.*

Columella lib. 10. —— *Famoſaq; tunc coriandra.* Idem lib. 11. c. 3. & 12.

CORIVS, CORIVM. Plautus: *Iam tibi tuis meritis craſſus corius redditus eſt.*

In Poenulo: *Tris facile corios contriuiſti bubulos.*

Varro Eumenidibus. *Nunc corius vlmum tuus depauit.*

CORNVS, CORNV. Lucret. lib. 2. *Praeterea lumen per cornum tranſit* ——

Lucan. in 7. —— *Cornus tibi cura ſiniſtri.*

Et Metamorph. 5. *Flexile cornum.*

Plin. lib. 28. cap. 13. *Ceruini cornus cinis in aceto*, cap. 14. aliaſque.

CREPITVS, CREPITVM. Naeuius: *Tantum vbi molle crepitum facient, tintinnabunt compedes.*

CROCVS, CROCVM *gignitur* Curtij eſt lib. 3. Variantia haec Arnobio notata lib. 1. Plinio ſaepius vſitata, Celſo lib. 3. cap. 21. *Crocum* in recto. Diomedes tamen inter ſemper neutralia ſingularia ponit *Crocum* libro 1. Stat contra Apuleius diſertim libro 10. Metamorph. *Vino crocus diluta.*

CVLLEVS, CVLLEVM. Varro de Re Ruſtica libro 1. *In ſingula iugera, dena cullea vini ſunt.*

CVNICVLVS, CVNICVLVM *hoc*, Varro : alij *hunc*, Caper de verbis dubiis. Feſtus : *Cuniculum, id eſt, foramen ſub terra occultum.*

DENARIVS. Graeci Δηνάριον. Sic lib.13.§.leg.20.D.de verb.obl. Pandectae Flor.

DORSVS, DORSVM. Plautus Milite: *Timeo, quid rerum geſſeritis: ita dorſus totus prurit.*

DVPONDIVS, DVPONDIVM. Varro lib. 8. de L L.

EMPLASTRVS, EMPLASTRVM. Gell. lib. 16. cap. 7. Laberio in Alexandrea tribuit *Emplaſtrum* οὐδετέρως, *non genere foeminino, vt iſti nouitij ſemidocti. Quid eſt iusiurandum? Emplaſtrum aeris alieni.* Celſus eodem genere neutro lib.5.cap.17.ſaepius. At S. Ignatius Gellio fuit antiquior, cui epiſt.8. ſcriptum : Οὐ πᾶν τραῦμα τῇ αὐτῇ ἐμπλάστρῳ θεραπεύεται. *Non omne vulnus eodem curatur emplaſtro.* Alias quoque apud Dioſcoridem eodem genere : apud Galenum maſculo.

EXITVS, EXITIVM. Feſtus : *Exitium antiqui ponebant pro Exitu.*

FILVS, FILVM. Arnob.lib.1. *Nonne aliud haec vtria, aliud dicitis hos vtres? Coelus, & Coelum? Non item Filus, & Filum?*

Alibi : —— *Torti magica vertigine fili.*

FIMVS, FIMVM. Plin.l.28. cap.16. *Laudatur vnice caprinum fimum.* cap.17. *Melancholicis fimum vituli in vino decoctum remedio eſt.*

FLVVIA, FLVVIVS. Siſenna hiſtor. lib.4. *Quod opidum tumulo in excelſo propter mare, paruis moenibus inter duas fluuias intra Veſuuium collocatum.* Idem : *Transgreſſus fluuiam, quae ſecundum Herculaneum ad mare pertinebat.* Quod forſan ὑποθετικῶς olim, pleniusque dictum *Fluuia ſcatebra*, poſt deſolata voce. Vti *Fluuius* ſinus, vel canalis, aut quid ſimile.

FORVS, FORVM. Lucillius : —— *Forus olim ornatus lucernis.* Victorinus in Orthogr. *Forus, ſtatus tam in foro, quam in naui, & torculari.*

FRETVS, FRETVM. Vtrumque notatur Arnobio lib.1. Lucret. lib.6.

Nam fretus ipſe animi permiſcet frigus ad aeſtum.

Varro Gallo : *Inter Italiam, & Siciliam, qui eſt fretus inter Rhegium, & Meſſanam.*

Priſc.lib.6. *Quae debuerant eſſe ſecundae, vetuſtiſsimi eſt quando quartae declinauere, Huius ſibilus, Vadus, vulgus, fretus.*

GELVS, GELA, GELVM, GELV. Cato cap.40. *Ne gelus noceat* ——.

Actius Prometheo: *Profuſus flamine hiberno gelus.*

Afranius : *Silices quum findat gelus.* Gelus, Παγετός, Gloſſ.

Lucret. lib.6. *Gelum quod continet in ſe.*

Idem lib.5. *Aſsiduusque geli caſus mortalibus aufert.*

Varro lib.1. de R R. cap.45. *Venenum enim gelum radicibus tenellis ſub terra.*

Priſc. l. 5. & 6. *Gela*, vnde noſtratibus Gelee antiquiſſimi ſcripſere teſte Stephano: Ποταμοῦ Γέλα. ὁ δὲ ποταμὸς, ὅτι πολλὴν πάχνην γεννᾷ. ταύτην γὰρ τῇ Ὀπικῶν φωνῇ, καὶ Σικελῶν Γέλαν λέγεσθαι. Eadem verba reponuntur a Suida. Ea ſunt : *Fluuij Gelae, Fluuius autem ſic dicitur a multa pruina, quam generat. Sic eum Opicorum, & Siculorum ſermone Gelam dici*, Gelee.

GENVS, GENV. Cicero in Arateis : *Tertia ſub cauda ad genus ipſum lumina pandit.*

Ibidem : *Ac propter laeuum genus omni ex parte locatas.*

Ita legit Aldus Man. Ita ſaepius Tullius.

GLADIVS, GLADIVM. Varro lib. 1. de R R. cap.48. *Vocatur vagina, vti qua latet conditum gladium. Gladia*, Ξίφη, Gloſſae Philoxe. Varro lib. 10. de L L. auctor eſt a multis *Gladium*, & *Gladius* ſcribi. Fabio hi non probati, cuius vox : *Gladia qui dixerunt, genere exciderunt*, L.1. c.5.

HVMVS, HVMVM Gracchus in Thyeſte:

Merſit ſequentis humidum plantis humum.

Liuius in Adone : *Humum humidum pedibus fodit.*

IBER, IBERVS, IBERVM pro fluuio, Priſcian. lib.5.

INCESTVS, INCESTVM e iuriſprudentiae monumentis promit Briſſonius Παρέργων libro ſingulari.

Addo ex 4. Tuſcul. qq. *Corruptelas, & adultera, inceſta denique.*

INTYBVS, INTYBVM. Lucillius Sat.lib.5. *Intybus praeterea pedibus praetenſus equinis.* Pomponius in Placenta : *Ruſtici edunt lubenter paedidos triſtis atros intybus.*

Maro Georg. —— *Et amaris intyba fibris.*

Vide ſeriem.

LAMPSACVS, LAMPSACVM. Ovid. *Lampſacus hoc animal ſolita eſt mactare Priapo. Lampſacum* Plin. lib. 5. cap. 32.

LAQVEVS paſſim. *Laqueum* Lexicon Cyrillo arrogatum : Ἀγχόνη, *Laqueum.*

LE-

LECTVS, LECTVM L. 19. §. Item Celſus D. de auro arg. in Pandect. Flor.

LORVS, LORVM. *εἱμάς*, Ita Lexicon Cyrilli pro ἱμάς.

LVCRVS, LVCRVM. Plaut. Perſa: *Nunc ea narrabo, vnde tu pergrandem lucrum facias.* Ita Nonius, ita Gulielmius cap. 2. qq. in Perſam.

LVTVS, LVTVM. Boarni Inſcriptio:

SI. LVTVS. SI. PVLVIS. TARDAT. TE. FORTE. VIATOR

Claudius Annalibus, *Imbri lutus erat multus.*

Lutum, vel in luto reperias. Caeſar *Luta* ſcripſit referente Capro. Hermolaus Barbarus: *πάτος propric coenum eſt, atque lutus ceromati permiſtus.*

MANDATVS, MANDATVM ex legibus Briſſon. Παρέργων lib. ſingulari.

MONVMENTVS, MONVMENTVM. Romae in hortis S. Sebaſtiani:

QVISQVE. HVNC. MONVMENTVM

SIVE. VENDIDERIT

Ibidem in vinea Carpenſi:

HVNC. MONVMENTVM. EXTERVM

Romae apud Carpenſem:

ARA. ANTE. MONVMENTVM. COMMVNEM

Epigramma in S Praxedis pauimento Ant. Winghij diligentia, eiuſque germani Hieronymi mecum communicatum:

AELIVS. VALENTINVS. OPTIO. PEREGRINORVM

HVNC. MONVMENTVM. SIVE. SEPVLCRVM

MORGENTIA Silij l. 14. *Morgentium* Stephano.

MVNDVS, MVNDVM. Lucill. *Legauit quidam vxori mundum omne, penumq́.*

NODVS, NODVM, Cyrilli Lexicon.

OCEANVS, OCEANVM Priſcian. lib. 5. Auienus Periegeſi:

Vrget aquas, glaucoq́, rapax rotat agmine molem
Gurgitis oceani ——

Sed hic adiectiui vis ineſſe poteſt, vti in Venantio Fortunato lib. 7.

Quidquid ab oceanus circulus ambit aquis.

OCIMVS, OCIMVM. Aemilius Macer: *Inter preteritas numerabitur ocimus Herbas.* Perſius: *Cantauerit ocima vernae.* Soſipater vtrumque agnoſcit. I ad ſeriem.

OS, OSSVM, OSSV. Pacuuius in Chryſe: *Oſſum inhumatum.* Accius Annalibus.

Fraxinus fiſſa, ferox, inſenſa infinditur oſſu.

Effigies eſt illius ex Od. α. Ἔγχος ῥιδὼ, μέγα, ςιβαρόν ——

Probus obnititur: *Quidam oſſum dicunt: ſed errant*, inquit.

Oſſu priſcorum eſt, vti ex eo *Oſſua* plerisque Inſcriptionibus.

PALVS, PALVM. Varro Flexabulis: *Quid tu non vides in vineis, quod tria pala habeant, tripales dici?*

PAPYRVS. *Papyrum ergo naſcitur in paluſtribus Aegypti*, Plin. lib. 13. cap. 11.

PATIBVLVS, PATIBVLVM. Licinius Rerum Roman. lib. 21. *Deligat ad patibulos deligantur, & circumferuntur, cruci defigumtur.*

PECVS, PECV. Plautus Bacchidibus: *Paſtor harum dormit, cum hae ſic eunt a pecu balitantes.* Idem Rudente: *Non vides me referre vuidum rete ſine ſquamoſo pecu.* Feſtus: *Pecuum cum dixit M. Cato per caſum genitiuum a ſingulari caſu recti formauit, quo vtebantur antiqui, id eſt Pecu, ac Teſtu, Tonitru, Genu, Veru.* Nonius ſuper illo Virgilij:

—— *Mitte in Venerem pecuaria primus.* Non *Pecu*, inquit, vt ait in Pompeiana Cicero; ab eo quod eſt *Pecu* venit, vt a *Genu Genua.*

PENVS, PENVM, PENV. Caeſar Strabo in oratione, qua Sulpitio reſpondit: *Deinde propinquos noſtros Meſſalas, domo deflagrata penore volebamus priuare.* Afranius: *In penum herile.* Nota per tranſennam Plautus Poenulo: *Annuus penus.*

Lucillius: *Magna penus paruo ſpatio conſumta peribit.*

Plautus Captiuis: *Dicam ſeni curet ſibi aliud penus.*

Priſcianus libro 5. credit Horatij Exemplaribus in 1. Epiſtol. *Annonae proſit, portet frumenta, penumq́.*

PRAETEXTVS, PRAETEXTVM. Suetonius in Iulio: *Praetextum quidem illi ciuilium armorum hoc fuit.*

HVNC THEATRVM, HVNC PRODIGIVM Romanis vernacula vocabula Romanis tribuit Curius Fortunatianus lib. 3. Vſitatiſſime Theatrum, Prodigium in recto.

PVTEVS, PVTEVM. Varro Gallo, vel Fundanio: *Secundo de ſtatiuis aquis, vt ſunt lacus, & ſtagna, & putea, & maria.*

QVALVS, QVALVM. Maro: *Tu ſpiſſo vimine qualos.*

Cato lib. 22. de R R. *Quala parentur, ſarciantur.*

Idem lib. 52. *Eum qualum, aut calicem terra impleto.*

RENVS, RENVM, Priſcian. lib. 5. & Horat.

Aut flumen Renum, aut pluuius deſcribitur arcus.

RICTVS, RICTVM. Lucretius: —— *Iacens rictum, frons tenta manebat.*

Idem: *Mollia ricta fremunt duros nudantia dentes.*

Silius Italicus in 2. *Terribilem attollens excelſo vertice rictum.*

Catullus ad Aemilium: *Rictum, qualem defeſſus in aeſtu Meientis mulae cunnus habere ſolet.*

Solin. cap. 43. *Caninos rictus.*

SAGVS, SAGVM. Ennius: *Tergus igitur ſagus pinguis opertat.*

SAGVNTHVS Silio Italico vice ſaepiſſima: *Saguntbum oppugnatum ſit,* Liuius l. 21.

SCVTVS, SCVTA, SCVTVM. Turpilius Demiurgo: *Quia non minus fides hominem, quam ſcutus tegit.*

Subeſt ratio: Graecis Σκύτος.

Lucillius: *Scutam ligneolam cerebro infixit.*

SERTVS, SERTA, SERTVM, ſeu potius *Serti, Sertae, Serta.* Chariſius l. 1. antiquos *Serta, & Sertas* ſcriptitaſſe oſtendit e Cor. Seuero.

Huc ades Aonia crinem circumdate ſerta.

Seruius ad illud Virgilij: —— *Sertiſq; recentibus halant.*

Veteribus & *Serta, & Sertos, & Sertas* fuiſſe notat. Sic tamen vt cum *Sertos* dicerent, *Flores,* cum *Sertas, Coronas* intelligerent. Firmo id ex pleniore D. Cypriani eloquio in epiſtola 25. *Coronas manu veſtra ſertas.* Ex his ſcribendum in Plinio l. 31. *Cum vero e floribus fierent Serta a ſerendo, Sertiue appellabantur:* non vt vulgo, *Seruiae app.* Thebaid. l. 3. *Damnataq; vertice ſerta Diripit* ——
Tertia locutio integra continetur Inſcriptione prope S. Apollinarem:

ET. FLORES. GRATI. NYMPHIS. ET. LILIA. SERTA

Sic *Pluuius, deſcribitur arcus* Horatio. In Iure. *Communi fundo aqua pluuia noceat.* Vulgo *Pluuia.* Idem: *Si pluuium erit coelum.*

SEXVS, SEXV. Afranius in Priuigno: *Orbus virile ſexu adoptauit ſibi.* Salluſt. l. 2. hiſtor. *Vndiq; virile, & muliebre ſexu per vias, & tecta omnium viſebatur.* Siſenna lib. 3.

SINVS, SINVM pro vaſe. Plautus Curculione: *Hic cum vino ſinus fertur.*

Varro de vita P R. l. 1. *Vbi erat vinum in menſa poſitum, aut galeola, aut ſinum.*

SPARVS, SPARVM. Maro: *Agreſtiſq; manus armat ſparus* ——

Lucillius: *Tum ſpara, tum murices portantur, tragula porro.*

SPECVS, SPECA, SPECVM. Ennius Lytris: *Inferum vaſtos ſpecus.*

Cato: *Speca appoſita, qua aqua deuia abiret.*

Auſonius. Biſſula: *Pithiae ſpecum, quod nefas erat patere, penetrauit.*

Ovid Metam. 11. *Eſt ſpecus in medio natura factus, an arte Ambiguum* ——

SPICVS, SPICVM. v. *Spica.*

STADIVS, STADIVM. Macrob. l. 1. in Somnium Sc. cap. 14. *Octoginta ſtadios non excedit acies contra videntis.* Strabo l. 5. Στάδιοι δ᾽ εἰσὶν ἐκ τῆς Ῥώμης ϛξ´. Itaque ſpiſſo vſu Graeci.

TABVS, τὸ λύθρον Soſipater agnoſcit: *Tabum* alij.

TERGVS, I, TERGVM Plaut. Aſinaria: *Habeo, opinor, familiarem tergum, ne quaeram foris.*

THESAVRVS Graecis, Latiniſque Angelonio Praef. in lib. Regum:

Illic inuenes theſaura recondita Patrum. Beda in vita B. Cutberti —— *Magi theſaura ferentes.*

THYMVS, THYMVM. Plin. lib. 11. cap. 14 *Cum thymum, & vua florere incipiunt.*

Varro lib. 3. de Re Ruſtica. *Vt hoc ad ſanitatem aptiſſimum, apium: ſic ad mellificium, thymum.* Mox: *Thymum bonum, & frequens eſt.* Ariſtoteles lib. 9. de Animalibus ſaepius, c. 64. Ὅταν δὲ τὸ θυμὸν ἀνθῇ. Scribunt & Graeci Ὀρίγανος, Ὀρίγανον, Γάρος, Γάρον.

TIGNVM, TIGNV, ex quo *Tignuarij* Romae in aedibus Porcariorum:

COLLEGI. FABRORVM. TIGNVARIORVM

Cyrilli Lexicon: Δοκὸς *Tignus, Tignum, Trabes.*

TONITRVS, TONITRV. Vide noſtra Siliana: Plautus Amphitruone: *Strepitus, crepitus ſonitus tonitrus.* Accius Troadib. *Sed vtrum terrae motus, ſonitúſve inferum peruaſit aures inter tonitrua, & turbines.* *Tonitruum.* Seneca l. 2. qq. Natur. cap. 54. *Inde eſt ſonus, quem nos Tonitruum vocamus.* cap 56. *Antiqui aut tonitruum dixerunt, aut tonum.* Plin. l. 36. cap. 13. *Tonitruum intus terribile exſiſtat.*

TRI-

TRIBVTVS, TRIBVTVM a pleriſque veterum teſte Gellio lib.13. cap.19. Cato in Originibus. *Nae praedia in lubricum dirigerentur, cum tributus exigeretur.*

Plautus in Epidico:

At tributus quom imperatus eſt, negant pendi poteſſe:
His quom tributus maior penditur, pendi pot eſt.

VADVS, VADVM. Salluſt. hiſt. lib.1. *Haut facilem pugnantibus vadum: cuncta hoſti, quam ſuis opportuniora.*

VMBILICVS, VMBILICVM. Imp. Flauius: *Quartus autem locus, qui & totius compoſitionis quaſi quoddam inuenitur vmbilicum.*

VTERVS, VTERVM. Plautus Aulularia.

Perij, mea nutrix: obſecro, vterum dolet.

Turpilius Philopatro:

Diſperij miſera: vterum cruciatur mihi.

Apuleius Apol. 1.

O infelix vterum tuum Pudentilla!

VVLGVS, VVLGVM, vtrumque in quarto caſu recte ſcriptum Priſciano libro 6.

Lucill. Satyr. lib. 23.

Dilectum video ſtudioſe vulgus habere.

Maro in 2.

—— *Spargere voces In vulgum ambiguas* ——

VVLTVRNVS, VVLTVRNVM, Priſc. l. 5. Silius autem epitheti morer *Vulturna vada.*

VVLTVS, VVLTVM. Lucret. lib.4. *Iuxtum miſcentes volta parentum.*

Ennius: *Auorſabantur ſemper vos, voſtraq; volta.*

VS, VR.

LIGVS, LIGVR. Maro: *Vane Ligur.* Lucan. lib.1. *Et nunc tonſe Ligur* ——
Quam extremitatem adſerit, *Ligures*, & *Liguria*. *Ligus* Origo a Graecis Λίγυς, Λίγυος, Λιγύων apud Polybium. Salluſt. in 2. Hiſtor. *Nomine Corſa, mulier Ligus.*

V M, E S.

DILVVIVM, DILVVIES. Maro: *Diluuio ex illo.* ——

Horat. lib. 3. Od. 19. *Cum fera diluuies quietos.* ——
Lib. 4. Od. 14. *Diluuiem m. a.*
Lucret. lib. 6. *Pars etiam glebarum ad diluuiem reuocatur Imbribus* ——

PROLVVIES, PROLVVIVM. Aen. 3. —— *Foediſſima ventris Proluuies* ——

PROLVVIVM, Profuſio Ter. in Adelphis: *Quod proluuium? quae haec ſubito largitas?*

SVPERSTICIVM vſurpat ſaepiſſime Cuiacius lib. 17. Obſeruat. cap.2. indubie ex veteribus.

ARCHITECTVS, ARCHITECTO. Moſtell. Pl. *Architectonem neſcio quem.*

CASVVM VARIANTIA

CAPVT SECVNDVM.

SECTIO PRIMA.

Primi flexus Genitiuorum varians Orthographia.

GENITIVORVM quoque euariant vltimantes ſillabae. In prima quidem declinatione Genitiuus A E biuocali finitur: quandoq; priſcis A I, quandoque ſillaba A S. Nota ſunt: *Animai, Siluai, Aquas* Lucret. Beneuenti Lapides: NAI COLONIAI. BENEVENTA
Ennius: *Olli reſpondit rex Albaï longaï.*
—— *Auraï ſimplicis ignem, Pictaï veſtis, & auri.* Paucis accipe Mar. Victorini verba: *Omnes fere, qui de Orthographia aliquid ſcriptum reliquerunt, praecipiunt nomina foeminina caſu nominatiuo A finita numero plurali in AE exire, vt Aeliae: eadem per A, & I ſcripta numerum ſingularem oſtendere, vt huius Aeliai: inducti a Poëtis, qui PICTAI VESTIS ſcripſere, & quod Graeci per I potiſſimum hanc ſillabam ſcribunt propter exilitatem literae. H'τα autem propter naturalem productionem iungere alteri vocali non poſſunt. I vero quae eſt breuis, eademq; longa, aptior ad hanc ſtructuram viſa eſt. Quam poteſtatem apud nos habet & I, quae eſt longa, & breuis.* Tandem ſine controuerſia vbiuis caſuum iubet A E ſcribi, addito: *Nam qui non poteſt dineſcere ſupra-ſcriptarum vocum numeres, & caſum, valde eſt hebes.* Vide in eandem ſententiam Quinctilianum tractatu noſtro de Antiquorum Orthographia.

AVRAI, vel' AVRAS. Aen.2. —— *Nihil ille nec auras, Nec ſonitus memor* —— Vbi Seruius: *Haec eſt antiqua lectio. Namq; apud maiores trahebatur interdum a Graeco genitiuus ſingularis. Hinc eſt, & Paterfamilias, & Materfamilias, quae duo tantum nomina remanſerunt: nec huius Auras dicimus. nec huius cuſtodias ſecundum Salluſtium, qui ait: Caſtella cuſtodias theſaurorum pro Cuſtodiae.* Et ita etiam Aſper legit, & Chariſius lib. 1. plenius: *Caſtella cuſtodias theſaurorum in deditionem acciperentur. Auras* autem anteriore loco Maronis probant Pierius, Iul. Scaliger lib. 4. cap. 85. de Cauſis Linguae Latinae.

AVRAS, vide dicta proxime.

AVTOMATIAS lego in Cornelij Nepotis Timoleonte: *Itaq; ſuae domi ſacellum Automatias conſtituerat.* Nam cur toto libello haec vna vocula Graecis texatur elementis, niſi Graeculi nominis affectatione?

CVRAS. Accius Phinidis: *Nec vlla curas finis interea datur.*

DIANAS *fons eſt, Camerina gignitur vnda,* Priſcian. Periegeſi.

ESCAS. Liuius in Odyſſea: *Atque eſcas habemus mentionem.*.

FORTVNAS. Liuius: *Ei venit in mentem hominum fortunas.*

LATONAS. Liuius in Odyſſ. *Mercurius, cumq; eo filius Latonas.*

MONETAS. Liuius in Odyſſea: *Nam diua Monetas filiam docuit.*

ORNITHOGONIAS. Diomedes lib.1. *Macer Aemilius Ornithogonias ſecundo.*

PANDORAS. Plin. lib. 36. cap.5. In baſe autem quod caelatum eſt: PANDORAS GENESIM appellauit. Niſi Graecis elementis exaratum putas.

PATRESFAMILIAS paſſim. Aliter extulit Varro libro 3. de Re Ruſtica cap.3. *Etiam patresfamiliae rure.* Cato de R R. *Patremfamiliae agrum conſerere ſtudere oportet.* Colum. lib. 8. de R R. cap.11. *Pauorum educatio magis vrbani patrisfamiliae, quam tetrici ruſtici curam poſcit.* Item Plin. lib.9. epiſtolarum.

TERRAS. Naeuius in Carmine Belli Punici: *Rhuncus, atq; Purpureus filij terras.*

VIAS. Ennius Annalium 7. *Dux ipſe vias* ——
Quod pro *Viae* ſcriptum Priſcianus agnoſcit.

SECTIO

SECTIO SECVNDA.

Secundi flexus Genitiuorum varians Orthographia.

SECVNDAE DECLINATIONIS caſus patrius ab nominibus in *ius*, & *ium* vt ſcribendum diu, multumque omnibus aetatibus a pleriſque omnibus diſputatum eſt. Per II geminum recte eum caſum exprimi dubioſum non eſt: & recte I vnico. dum tamen apicato culmine ſuperet vicinorum elementorum ordinem: hanc enim compendij notam habuere librarij familiarem. Apex itaque eſt alterius I vicem, vt patebit ex Tractatu de Notis. Exempla veterum ſunt: DIS MANIBVS. Item INFERIS pro *Inferiis* in antiquo Lapide, quem C. Curtius, C. L. Antiochus pater, & Aricima Nais mater Baſſo filio poſuerunt:

DEBVIT. HOC. NATVS. NOBIS. PRAESTARE. DVOBVS:
VT. CINERES. PATRIOS. DEDERET. INFERIS

Porro vt vna progeminis ſcribatur I vocalis, non admittit Caper, & detractione corrumpi caſum Terentianus Scaurus clamat, qui literam I non tantum in Genitiuo nominum huiuſmodi geminari, vt ANTONII, TREMELLII verum etiam Vocatiuos nullam pati detractionem, vt O ANTONII, O TREMELLII ſingulari numero dicendum, & ſcribendum eſſe cenſet. Huius ſententiae ſubſcribit Valerius Probus in Arte, dum quaeri ait, qua de cauſa O MERCVRII per duo II ſcribatur, quam ita reddit: *Quoniam quaecunque nomina Ablatiuo caſu numeri ſingularis O litera terminantur, & Nominatiuo caſu numeri ſingularis VS ſillaba poſt I literam definiuntur: haec vocatiuo caſu numeri ſingularis pari numero ſillabarum ſcribantur: & ideo O MERCVRII per duas II* literas ſcribi pronunciat. Inuenies tamen diuerſum quid in Inſtitutis eiuſdem, iis exemplaribus quae vulgata ſunt; praeſertim in nominibus propriis. Scribit & Aldus Manutius libro 1. Grammatic. o *Virgilij* vocali tertia duplicata. Velius Longus quantum pertinet ad Genitiuum geminum II omnino quaerit, O, qua litera Datiuus finit, in I mutata: *Iulio, Iulij: Pallio, Pallij.* Geminat eandem vocalem Caecilius Vindex vultque *Luci a Lucius, a Lucius Lucij* fieri: ſic *Magi a Magus, a Magius Magij.* Quae vero de Vocatiuo altercatio eſt, aetatis noſtrae literati omnes in Chariſij ſententiam conceſſere; *Illud memineris, quod omnia nomina maſculina, quae ante VS ſyllabam, I habent in Genitiuo ſingulari eandem I literam geminatam recipiunt: in Vocatiuo vero, ne ſimilis ſit Genitiuo ſingulari, vnum I recipiunt.* Quod autem apex longulus in I ſit loco alterius, ſignum alterius depulſi eſt, non quod enunciari debeat, aut eo indicio vox ſyllaba eſſe auctior: eſt enim breuior. Sic *Vrbem PatauI Cura peculI, Fata LycI Pauperis & tugurI* ſcribendum Priſcianus praecipit l. 7. Conſentius in Arte admittit. Sic apud Lucretium:

Nec ratio remedI communis certa dabatur.

Apud Ouidium in peruetere Libro ad Cottam:

SacrificI genus eſt: ſic inſtituere priores.

Martialis:

Quod vomis, AntonI, quod luxuriaris, ApicI.

Chariſius, qui Genitiuum numero ſyllabarum minorem eſſe Nominatiuo non poſſe contendit, magis eos denotatos ait qui maluerunt per vnum I *ImperI, IngenI* dicere, quam ex regula *Imperij, Ingenij* geminata II litera. Neque tamen inficiatur placuiſſe Virgilio per vnum I ſcribere: *Ille vrbem PatauI*, cuius dictionis ſcriptio recepta iam Conſuetudine eſt, & vetuſtis adſtructa Inſcriptionibus. In vetere monumento effoſſo in Quirinali:

INTER DVOS
PARIETES
AMBITVS PRIVAT
FLAVI SABINI

Adducit idem Chariſius ex Lucillio l. 4. —— *Porro ſi filius LucI.*

—— *Ferit collum vt CornelI, CornificIque.*

&, *Pupilli, pueri, LucillI hoc vnius fiet.* Plinius quoque dubij ſermonis quinto dicit eſſe quidem rationem per duo II ſcribendi, ſed multa iam Conſuetudine ſuperari. Conſuetudini Terentius Scaurus obſtrepit his: *Propter quam cauſam ego etiam vocatiuos horum per duo II non vt Conſue-*

ſuetudo vſurpauit per vnum putem eſſe ſcribendum : quia non debeat aeque vocatiuus minorem numerum ſillabarum habere , quam nominatiuus. Ita o Antonj, o Aemilij in ſingulari vocatiuo & dicendum, & ſcribendum eſſe contenderim. Reſiſtit Horatius: *Mercuri facunde nepos Atlantis.* Vbi principem vocem quatuor integrari ſillabis ratio metri non patitur.

Adiectamentum ad Variantem Genitiuorum ſcriptionem.

Genitiuos in *Ius* ab *Alius, Alter, Ille, Iſte, Ipſe, Nullus, Neuter, Quis, Solus, Totus, Vnus, Vllus* ſoliti veteres per I ſcribere. Priſcianus lib. 6. *Vetuſtiſſimi ſolebant omnium genitiuum, in Ius terminantium, & in I Datiuum etiam in I Genitiuum , & in O Datiuum , in genere maſculino , & neutro : in foeminino vero ſecundum primam declinationem in Ae diphthongum proferre.*

ALII Cato in Cenſura de veſtitu, & de vehiculis : *Nam periniurius fiet* [male editio Priſciani nouiſſima *Periurium*] *cum mihi ob eos mores, quos prius habui, honos detur: vti datus eſt. tum vti eos mutem, atque alij modi ſim.* C. Licinius in 2. *Peruerſum eſſe alij modi poſtulare.* Coelius in 1. *Antequam Barca perierat, alij rei cauſa Africam eſt miſſus.* Caecilius in 6. *Nullius aliae rei.* Plautus *Aliae mulieri*, & *Ali rei* teſte Feſto.

ALTERI, ALTERO, ALTERAE Terent. in ἑαυτοντιμ. *Alterae dum narrat, forte audiui.* Plautus Rudente : *Huic alterae patria quae ſit, profecto neſcio.*

Vetus Inſcriptio : DATE. TER. FRVCTVM. VT
TERRA. REDDERE. POSSIT
AB. ALTERO. SPERES
ALTERO. QVOD. FECERIS

Terentius in Andria : *Dum loquitur alterae.*

ILLI. Cato in M. Caecilium : *Quis illi modi eſſe vult.*

IPSI. Afranius in Homine. *Ipſi me velle veſtimenta dicito.* Sic notat Priſc. lib. 6.

ISTI. Cato de moribus Cl. Neronis : *Pecunia mea reip. profuit, quam iſti modi, vti tu es.* Conſequus eſt Datiuus *Iſto.* Apul. lib. 7. *Caput quoque ipſum peſſimo iſto aſino demere.*

NVLLI. Cato : *Qui tantiſper nullae rei ſies, dum nihil agas.* Terent. Andria : *Tam iners, tam nulli conſili.* Propertij vetus Codex annotatus ab Antonio Feullo: *Quam circum nullae pendebant debita curae.*

NEVTRI. D. Auguſt. lib. de Gramm. *Vnde Vſus iam arripuit , vt dicamus generis Neutri, cum dicere debeamus Neutrius, vt Vtrius.*

QVIS, CVI pro *Cuius* in *Cuicuimodi* ſuppoſitum retur Priſc. l. 13. afferens ex ea, quae pro Roſcio : *Vereor enim cuicuimodi eſt, Roſci, ne ita hunc videar ſeruare, vt tibi omnino non pepercerim.*

SOLI. Cato in 1. Origin. *Nam de omni Tuſculana ciuitate ſoli Lucilij Manilij beneficium gratum fuit.* Terent. in Eunucho: *Solae mihi ridiculo fuit.* Ita legit Priſc. l. 6. Auſonius Praefatione in Idyllium 13. *Solae memoriae negotium ſparſa colligere, & integrare lacerata.*

TOTI. Afranius in Suſpecta: *Adeo vt te ſatias caperet totae familiae.* Conformi ſcriptione *Toto* ſcripſerunt in Datiuo Apul. l. 10. *Inhiauſq; toto filiae patrimonio imminebat, & capiti.* Idem l. 11. *Principi magno, ſenatuiq; & equiti, totoq; Romano populo renunciat.*

VNI. Titinnius in Barbato : *Quod quidem pol mulier dicit : namq; vni collegij ſumus.* Datiuus *Vno* conſequus eſt. Apul. l. 8. *Vno potiundi ſtudio poſtpones omnia.* Cicero *Vnae mulieri* teſte Lipſio libro 1. Antiq. Lection. cap. 14.

VLLI. Plautus in Truculento : *Quaſi vero corpori reliqueris poteſtatem coloris vlli capiendi.*
Seuerus in Aetna : —— *Nec corporis vlli*
Suſtentata cadunt robuſtis viribus ——

ANDROGEO, ANDROGEI, *Peneleo , Penelei* diuertentibus rectis orta ſunt *Androgeos, Androgeis, Peneleos, Peneleis.* Aen. 6. *In foribus lethum Androgeo* —— per O. Mediceus aliter Liber, offert *Androgei galeam* —— quam eſſe ſui temporis notam teſtatur Probus lib. 1. & Soſipater his: *Apud eundem inuenimus Androgei galeam* —— *ſed non ex eodem nomine. Nam ſi fuerit hic Androgeis Androgeo facit Genitiuo. Vt idem Virgilius : Penelei dextra* —— *Cum tamen huius nominis Peneleos nominatiuus ſit in Catalogo :*

Βοιωτῶν μὲν Πηνέλεως, ϗ Λήϊτος ἦρχον.

Boeotorum Peneleis, & Leïtus principes erant.

Digitized by Google

SECTIO TERTIA.

Tertij flexus Genitiuorum varians Orthographia.

IN TERTIO FLEXV nominum Patricos notant abeuntes in I.

Plauti Bacchid. *Relictus ille non in buſto Achilli.*

Aen. 2. —— *Duri miles Vlyſſi.*

Iterumque Statius lib. 2. *Et tardi reducis vias Vlyſſi.*

In primo —— *Nunc acris Oronti.* *Nunc Amyci caſum* ——

Salluſt. 1. hiſtoria teſte Chariſio: *Bellum Perſi Macedonicum.* Sic Genitiuus *Achilli, & Vlyſſi,* inquit Fabius lib. 1. c. 5. Sic *Herculi* pro *Herculis,* & *Vlyxi* pro huius *Vlyxis,* inquit Plin. l.6. Sermonis Dubij. Certe apud Apuleium Apol. 1. ſcribitur. *Vltra Vlyxi vota, & deſideria.* Perſius Sat. 4. *Magni pupille Pericli.* Priſcianus l. 6. vberrime id genus congerit. Agroetij mirior etiam eſt obſeruatio: *Hercules, Achilles, Verres recto caſu per E ſcribuntur: genitiuo per I, & omnia eiuſdemmodi nomina.* Haec igitur ſic ſcribuntur, ſi Muſis placet, a rectis *Achilles, Vlyſſes, Orontes, Perſes, Hercules, Verres*: tales namque nominatiui figurãtur ex Aeolica forma Α'χίλλης, Ο'δύσσης, Ο'ρόντης, Πέρσης, Η'ράκλης. Atqui prorſus aliter ſeſe res habet. Vſitati namque fuere priſcis Latinis hi nominandi caſus in E ab Aeolibus traduces accepti, *Achilles, Vlyſſes,* atque quam *Achilleus,* & *Vlyſſeus,* fuere crebriores: *Orontes, Perſes, Hercules* adaeque. Geminabant ergo Recti, cumque Rectis Genitiui, a ſua ſinguli Origine: *Perſi a Perſeus, Oronti ab Oronteus,* eodemque more alij. Simili formatura *Perſis, Orontis, a Perſes, Orontes,* atque alij. At ſtat a te Grammaticorum veterum canities: a me ratio, quam e ſoluta diphthongo peto: *Nec caſus duplicis per mare Vlyſſei.* quem caſum nemo iure neget ex *Vlyſſeus* enatum, vti in eo: *Laborioſi nec cohors Vlyſſei.*

Similiter in *Achilleī* diuertentibus ſonoris:

Horat. *Matroniſque Phrygum claſſis Achilleī.* Idem: *Heu pernicacis ad pedes Achilleī.*

Indicium alterum ſecundos hoſce caſus proficiſci a poſitionibus in Eus capitur ex quarto caſu in *Ea* exeunte: Lucan. in X. *Terribilem iuſto tranſigit Achillea ferro.*

Et *Herculeus* Prudentius: ſed diſſolute: *Herculeus mollis pueri famoſus amore.*

Pati ſolutione auctor Culicis: —— *Tantum non Orphēus H.brum.*

Idem: —— *Nunc manet Orpheus in te.*

Rectius porro Genitiuos iſtiuſmodi I perſolo ſcribi fides fit in quarti caſus pluratiui varietate.

Altera ſcribendi variantia eſt *Orontae, Achatae* eodem in caſu teſtibus Chariſio, ac Priſciano. *Orontis* autem per I ſuperiore Maronis loco aliquãta exhibent vetera exemplaria fide Seruij. Confirmat haec cuncta Chariſius ſcripto *ſine ratione,* Genitiuorum per I elatum a veteribus ex nominatiuis in *Es.* Atque etiam docet is lib 1. ab *Vlyſſeus,* non formari, niſi *Vlyſſei.* At Ο'ρφεῖ, Ο'ρφεῖ vt tertio caſu dicitur: ſic in Eclogis Maronianis: *Orphi Calliopia, Lino formoſus Apollo.*

Similiter ex *Vlyſſei* Genitiuo praeuia contractione Latini *Vlyſſi* deformarunt ratione, quam iam diximus. Frangitur eadem ratione Priſciani opinamentum autumantis Datiuos in I Genitiuorum occupaſſe ſedem. Producit is e Terentio *Archonidi filiam* pro *Archonidis.* Item ex Tullio in ſecunda Verrina: *In Timarchidi poteſtate.* At verbum ſupprimitur hoc explicandi genere: *Filiam, quae ſit Archonidi,* τὴν θυγατέρα. Similiter: *Poteſtas, quae ſit Timarchidi.* Recte enim dixeris: *Eſt Archonidi filia. Eſt Timarchidi poteſtas.* Idem Priſciano ſenſit Probus lib. 2. vbi *Bellum Perſi* datiuum retur, & in Cicerone *Filiumque Verri. Verri* autem patrium eſſe caſum Agroetio *eras credam, hodie nihil.* Tò *Orphi* tertij caſus eſſe ſeries anterioris verſus comprobat, Libri veteres adſtipulantur, & Priſcianus lib. 7. Sic *Themiſtocli fuga* Tullium in epiſtolis poſuiſſe credo Victorij MSS. Antiquis. *Sed Ariſtoteli, Theophani, Ariobarzani* cum idem in patricos caſus euadere pertendit, non ego credulus illi. Tales enim generandi caſus prouentunt ex poſitione in *US,* vt *Themiſtoclus, Agathoclus.* Plura vide Volumine 2. Aut a poſitione in *Eus,* vti iam proxime docui. A Finalitate *ES* vllum patrium caſum per I lege oriri non putamus cum bona Victorij pace. Errata ſunt igitur.

NEMINI pro *Neminis* ſcriptum veteribus adſerit Marius Victorinus, vti vſurpatum iis. *Nulli* pro *Nullus.* At cur *Datiuus* non erit?

TERTIA HAC IN DECLINATIONE ſunt & Genitiui ſcripti per *Os*, Maro, vel agnoſcente Phoca in Arte, *Parrhaſio dictum Panos de monte Lycei.* Idem: *Daphnidos arcum.*

Lucanus: *Pagaſaea ratis peteret cum Phaſidos vndas.*

Terentianus: *Quaque fretum torrens Maeotidos* ——

Quae vniuerſa ſic legit Probus lib. 1.

SECTIO

Digitized by Google

SECTIO QVARTA.

Quarti flexus Genitiuorum varians Orthographia.

QVARTAE, DECLIN. varius ab eodem recto Patrius I, OS, VS, VIS ab antiquis ſcriptus fuit.

I Adſpecti, Aduenti, Aeſti, Arci, Exerciti, Flucti, Fructi, Gemiti, Icti, Lecti, Lucti, Ornati, Parti, Piſcati, Porti, Quaeſti, Salti, Senati, Soniti, Sumti, Tumulti, Verſi, Victi.

ADSPECTI. Accius Aſtyanacte: *Commouit animum excelſa adſpecti dignitas.* Idem Alphoſiboea.

ADVENTI. Terentius Phormione: *Patrem vt extimeſcam, vbi in mentem eius aduenti venit.*

AESTI *forte exarido,* Paeuuius Chryſe.

ARCI. Cicero 3. de Nat. Deorum: *Cur autem arci ſpecies non in deorum numero reponatur.*

EXERCITI. Naeuius Belli Punici libro 1. *M. Valerius Conſul partem exerciti in expeditionem ducit.*

FLVCTI *Fluctus* pluratiuo. Pacuuius Chryſe: *Flucti flacciſcunt.*

Accius Telepho: *Fluctus cruoris voluerunt mibi.* Idem Clytaemneſtra: *Flucti immiſericordes.*

FRVCTI. Terent. in Adel. *Nunc exacta aetate hoc fructi pro labore ab his fero.*

Turpilius Canephoroe: *Satis fructi reddunt.*

GEMITI. Plautus in Aulul. *Tantum gemiti, & malae moleſtiae hic dies mihi obtulit, famem, & pauperiem,*

ICTI. Gell. lib. 9. cap. 13. *Ne Gallus impetum icti haberet.*

LECTI. Probus lib. 2. *Lectus huius lecti, non vt quidam imperiti putant, huius Lectus.* Friget eius probatio. *Lectus pro Lecti* in Amphitruone.

LVCTI.. Accius Pelopidis: *Rapere lucti veſtem in letho coningit.*

Idem Nyctegreſia: *An lucti poenitet?*

ORNATI. Priſc. lib. 5. Terentius Andria: *In aedibus nil ornati, nil tumulti.*

PARTI. Pacuuius Atalanta: *Vbi ego me grauidam ſentio aggrauaſcere propinquitate parti.*

PINI. Priſcian lib. 5.

PISCATI. Pomponius Piſcatoribus. *Quid habes in ſirpiculis calue? omne piſcati genus.*

PORTI. Turpilius Demiurgo: *Neque nautae cum eſſent circumuenti ventis incerto itinere porti indigentes.*

QVAESTI. Terent. in Hecyra: *Quaeſti gratia.* Vide peculiari loco. Titinnius Fullonib. *Ni nos texamus, nihil eſt fullones vobis quaeſti.*

SALTI. Accius Menalippo: *Traiectus nemorum in ſalti faucibus.*

SENATI. Salluſt. *Duobus Senati decretis.* Idem in Catil. Multorum hunc eſſe Genitiuum tradit Conſentius in arte: alterum tamen antefert, vt εὐφωνότερον Nonius attribuit Plauto, Siſennae, Luc. Calpurnio. Tullio arrogant in Laelio: *Illum diem clariſſimum fuiſſe, cum ſenato dimiſſo domum reductus ad veſperum eſt.* Quis deroget audito Quintiliano l. 1. c. 6. *Quid de alijs dicam, cum Senatus, ſenatus, ſenatui: an Senatus, Senati, Senato faciat, incertum ſit?* Atqui Tullio cum Terentio magna familiaritas (impar licet aetas,) quem Terentium *Ornati, Tumulti* ſcripſiſſe non eſt dubioſum. Prius certe Donatus etiam adſerit.

SONITI. Pacuuius Duloreſte: *Quidnam autem hoc ſoniti eſt, quod ſtridunt fores?*

Caecilius *Quidnam fores fecere ſoniti?*

SVMTI. Plaut. Trinummo: —— *Quid ecbibit, quod comeſt,*
Quod facit ſumti ——

Turpilius Philopatro: *Intercapedo ſumti faciundi fuit.* Idem in Pareteruſa ſcripſit *Sumti largitatem.*

TVMVLTI. Accius Nyctegreſia: *Cuius vos tumulti cauſa acciuerim.*

Terent. in Andria: *Nil tumulti.*

VERSI pro *Verſus.* Laberius in lacu Auerno: *Verſorum non numerum numero ſtuduimus.*

Valerius Phormione: *Quid hic cum tragicis verſis, & ſyrma facis?*

Leuius in Polymetris: *Omnes ſunt denis ſillabis verſi*

VICTI. Plautus in Captiuis: *Proin tu tui quotidiani victi ventrem ad me afferas.*

QVAR-

Digitized by Google

QVARTAE DECLIN. caſus ſecundus per Os quoque ſcriptus eſt. Notat in Orthographia Marius Victorinus: *D. Auguſtus genitiuo caſu Huius domos meae per O, non vt nos per V literam, ſcripſit.* Vide Sueton.

VS, & VIS a rectis in VS producit ſecundos caſus eadem claſſis quarta ANVIS *enim vt ſanguis deterior, ſic lac,* Varro de Lib. educ. *Anuis etiam Chariſius agnoſcit.* Terent. ἑαυτοντιμ. *Eius anuis cauſa opinor.*

DOMVIS. Varro Ταφῆ Μενίππȣ: *Perrexit in interiores partes domuis poſticae, vt ait Plautus penitiſſimae.* An pro *Domus* ſcriptum *Domuus* in tabula marmorea Eborae in foro piſcario?

LARIBVS
PRO. SALVTE. ET. INCOLV
MITATE. DOMVVS
Q. SERTORII

Suetonius de Auguſto: *Domos genitiuo caſu ſingulari, pro Domus, nec vnquam aliter: nequis mendam magis, quam Conſuetudinem putet.*

FLVCTVIS. Gellius lib.4. cap.16. *M. Varronem, & P. Nigidium viros Romani generis doctiſſimos comperimus non aliter locutos eſſe, & ſcripſiſſe, quam Senatuis, & Domuis, & Fluctuis, qui eſt patrius caſus.*

FRVCTVIS Varro de R R. lib.1. *Eius enim ſaliuam eſſe fructuis venenum.* Idem Meleagris: *Quaero vtrum fructuis an delectationis cauſa.* Idem Ταφῆ Μενίππȣ. Helenius Acron in Adelphos *huius fructuis, vt ſenatuis veteres extuliſſe annotat.*

GRADVIS. Varro de vita P R. lib.2. *Multo praediti pudore, & pudicitia adoleſcentes dixerunt eum maiore parte eius graduis ad te ſtipendia facerent.*

PARTVIS. Varro Andabatis: *Candidum lacte cum papilla fluit, ſignum putant partuis.*

QVAESTVIS Nouius: *Per deam ſanctam Lauernam, quae cultrix quaeſtuis fuit.* Varro de Liberis educandis: *Liberti quaeſtuis cauſa deribebant ſuas res pueris.*

RITVIS. Varro de Lib. educandis: *Itaque domi rituis noſtri, qui per Deum Fidium iurare vult, prodire ſolet in compluuium.*

SENATVIS. C. Fannius Coſ. contra C. Gracchum: *Senatuis conſulta.*

SVMTI *ſumma,* Cato cap.21. de R R.

VICTVIS. Varro de vita P R. lib.1. *Primum de re familiari, ac partibus: ſecundo de victuis conſuetudine primogenia: tertio de diſciplinis priſcis neceſſariis vitae.*

MANTVSA eſto. Tertio huius quarti ordinis caſus abſque I ſcriptos etiam politioribus fuiſſe. Notum eſt, & paucis cum P. Victorio notamus: Nos vt in veterrimo Mediceo codice inuenimus ſcripſimus: *Quibus ſubito impetu, ac latrocinio paricidarum reſiſtat.* Idem Tullius epiſt. ad Seruilium: *Vt intelligant hanc commendationem ſibi magno vſu, atq; adiumento fuiſſe.*

Georgicon 4.

Quod nec concubitu indulgent,

Item:

——— *Teq; adſpectu ne ſubtrahe noſtro.*

CIBVS pro *Cibi* in morem ſuperiorum Genitiuorum eſt in Captiuis Plauti, & obſeruat Priſcianus:

Tantus ventri commeatus meo adeſt in portu cibus.

CONTRA eſt etiam ſcriptus per I pro VS in *Pini, & Corni* teſte Priſciano lib.5.

VS etiam ſcribitur Genitiuus quartae flexurae a nominibus in V. *Cornus, & Genus* eo caſu agnoſcit Conſentius in Arte. Ita eſt in Froboenana Plinij editione libro 10. cap.70.

Cornus ceruini odore fugantur ſerpentes.

Itaque agnoſcit Pintianus. Verum cur non ſint a poſitionibus *Cornus, & Genus,* quae anticis paginis adſerta ſunt?

SECTIO QVINTA.

Quinti flexus Genitiuorum varians Orthographia.

QVINTA IN CLASSE nominum varia quoque eſt Patrij caſus in ora extrema ſcriptio. Gellius lib.9. cap 14. *Facie, facies, Facij, facies: Die, dies, dij, dies: Fame, fames, famij. Pernicie, pernicies, pernicij, perniciei: Progenie, progenies, progenij, progenies: Luxurie, luxuries, luxurij, luxuries: Acie, acies, acij, acies.* Pleraque haec omnia cum Gellio viri memoriae noſtrae literatiſſimi comprobarunt Giſanius in Lucretium, Erythraeus in Virgilium, Hotomanus in Roſcianam, Pierius Valerianus ibi:

Libra die, ſomniq; pares vbi fecerit horas.

Veteres inter Soſipater libro 1.

ACIES. Salluſt. lib. 1. Hiſtor. *Ductitauit acie pars.*

FAMES olim in Genitiuo *Fame, fames, fames, famij,* cuius ſcriptionis veſtigium eſt in *Fame* ſexto caſu producto Aen 6. —— *Ille fame rabida tria guttura pandens.*

FIDES. Chariſ. lib. 1. Inſt ex Plauto: *Fide cenſebam multo maximam fidem,*

Metamorphoſeos 3.

Prima fide, vocisq; rate tentamina ſumſit,

Idem in 6.

Vtq; fide pignus dextras vtriusq; popoſcit:

Plautus Perſa:

Neque tipulae leuius pondus eſt, quam fides lenoniae.

PLEBES. Salluſt. 1. hiſtoriarum vetuſte ſcripſit: *Plebei tribuniciam poteſtatem.*

PERNICIES. Fl. Soſipater lib. 1. *Cicero,* inquit, *pernicies cauſa genitiuo extulit.* Gellius lib 9. cap. 14. *M. quoq; Tullius in Oratione, qua Sextum Roſcium defendit Pernicij ſcriptum reliquit, verba haec ſunt: Quorum nihil pernicij cauſa diuino conſilio: ſed vi ipſa, & magnitudine rerum factum putamus.*

VARIA ORTHOGRAPHIA in vnius quartae flexurae Datiuo notatur, in quo Caeſar optimus Latinitatis auctor in Libris Analogicis I vltimantem eximendam cenſuit: aliis attexere I viſum eſt. Multi idem Caeſari ſenſere, praeſertim Poëtae.

Maro: *Parce metu Cytherea* ——
Georg. 4. *Quod nec concubitu indulgent* ——
Idem: *Teq; adſpectu ne ſubtrahe noſtro.*
Lucillius: *Quod ſumtum, atq; epulas victu praeponis honeſto.*
Etiam Tullius: *Quibus ſubito impetu, ac latrocinio reſiſtat.*

SECTIO SEXTA.

Cauſatiui varians Orthographia.

PRIMA Incuſatiuorum caſuum claſſis & ſi toto genere varia *Am*, *An*, *En*: etiam in ſingulis variat: ſed ſingula ſi recenſeam, abutar otio. Pauca tamen delibanda exhiſce miciis grammaticalibus.

AEGINAM, AEGINAN. v. ante.

NOTA ſcriptitatos olim Incuſatiuos quorundam per *Am*, & ſextos caſus in A, qui poſtea reformati ſunt ad exemplum Graeciae, ſcriptumque in quarto caſu A terminale, in ſexto *Te* additum, cum priſci ſic:

APOSTEMAM. Iſidor. lib. 4. Orig. cap. 7. *Nam collectiones Graeci apoſtemas vocant.*

DIADEMAM Pomponius in Satyra: *Cuiuſvis leporis liber diademam.* Apul. lib. 10. de A A. *Caput cingebat diadema candida.*

DOGMAM. Laberius in Cancro: *Nec Pythagoream dogmam doctus.*

GLAV-

GLAVCOMAM. Plautus in Mil. Glorioſo:

Glaucomam ob oculos obiiciemus.

REVMA, AE. Iſidorus lib. 4. cap. 7. *Catarrhus eſt fluor reumae iugis ex naribus.*

SCHEMAM, SCHEMA. Plautus Amphitruone. *Cum hoc ſeruili ſchema.* in Perſa: *Theatrum lepida condecorauit ſchema.* Caecilius in Hippolyto: *Caluus in me incedit ſatu hilari ſchema.* Caecilius Ἀρπαζομένῳ: *Vtinam te ſine ſchema, ſine cruribus videam.* In Auguſto Suetonius Auguſti fortean verbo *Exemplar impetratae ſchemae.* Arbiter: *Largior ſchema.*

TRIMMA pro *Trimmate* legas etiam apud Anaſtaſium Bibliothecarium in Silveſtro: *Fecit autem & cameram baſilicae ex trimma auri fulgentem.*

SYRMAM, SYRMA. Valerius in Phormione: *Quid hic cum tragicis veſtibus, & ſyrma facis.* Poſt pauca: *Cum tragicis verſis &.* —— Itaque melius. Priſcianus lib. 10. Naeuius in *Glaucoma.* Afranius Diuortio. *Auerruncent cum ſyrma ſimul.*

SECVNDA IN CLASSE recte ſcripta ſunt *Aegoceron, Androgeon, Athon, Peneleon,* paria. Extra legis orbitam fertur Incuſatiuus abſciſſa litera, aut pedi ſuppacta.

Georg. 1. *Aut Atho, aut Rhodopen, aut alia Ceraunia coelo.*

Quid quod 3. de R. Tullius Cicero *Athonem* extulit? *Quid illa ergo ſibi vult abſurda exceptio, niſi quis Athonem pro monumento vult funditus efficere? Quis enim eſt Athos, aut Olympus tantus.* Quae ſcriptura Priſciano lib. 6. mira viſa.

ANDROGEONA. Propert. lib. 2. Eleg. 2.

Reſtituit patriis Androgeona focis.

TERTIA IN FLEXVRA veteres ſcribebant *Calypſonem, Didonem, Ionem, Sapphonem, Mantonem.* C. Caeſari veteres ſecuto *Calypſonem* tribuit Fabius lib. 1. c. 6.

Ennius: —— *Poenos Didone oriundos.*

Priſcianus lib. 10. *Accius in Ione.* Latinius, meliusque ita ſcribi cenſet Fl. Soſipater. Diſſentit Phocas in Arte: *Errant enim,* inquit, *qui Didonis, aut Mantonis genitiuum dicunt: & vocis aſperitas, & veterum auctoritas eiuſmodi declinationem repudiant.* Vult ipſe *Didois* dici more Graecanico. Fabius ſupra: *Mihi autem placet Latinam rationem ſequi, quouſque patitur decor. Neque enim iam Calypſonem dixerim, vt Iunonem.*

Non praetermittendum Soſipater adſerit Plinio placuiſſe *Didum* in quarto caſu. Atteius ſane Philologus librum ſic inſcripſit: *An amauerit Didum Aeneas?* Et L. Anneius Cornutus in Maronis Commentariis Aen. x. *Hoſpitio Didus exceptum eſſe Aeneam.*

NON ALIENA ab hoc Flexu tertio vetuſtas illa quarti caſus *Diomede,* ex Διομήδη, Διομήδεα. Agnoſcit Seruius in vndecimo:

Vidimus, o ciues, Diomede, Argiuaque caſtra.

Pierius etiam in antiquis Codicibus pleriſque reperit *Diomede,* cui per ignorantiam *Diomedem* ſubſtitutum. Cur vero minus *Diomede* ſcribatur Maroni, quam Lucretio *Mele, Pelage?* Omnia hac ex Ea coalita ſunt in E longulum.

PVPPIM, *Meſſim, Reſtim* praefert Conſentius in Arte. *Puppim, Sitim, Securim, Turrim* Soſipater ait: obſeruaſſe tamen ſe Turrem apud Virgilium per E vocalem ſecundam libro 2.

Turrem in praecipiti ſtantem ———

Clauim Tibullus: —— *Haec clauim ianua ſenſit.*

Strigilim Lucilius. Varro de Poematis ſecundo *Lentim, Baſim, & Peluim per I ſcribamus, quoniam & Baſicula, & Peluicula ſcribatur,* inquit Vel. Longus in Orthographia, *& Ablatiuo caſu finiantur Baſi, Pelui.*

MESSIM. Varro lib. 3. de R R. cap 2. *Neque in granario meſſim.*

RESTIM TRACTES. Cato lib. de R R. cap. 77.

SEMENTIM. Cato cap. 17. de R R. *Per ſementim incipiunt primum maturae eſſe.*

SECTIO SEPTIMA.

Vocatiui & Sexti caſus Variantia

perpuſilla eſt. De quinto caſu nominum in *Ius,* vna cum Genitiui ſcriptione pertractatum eſt. Vocatiui nominum in E R. rectis iidem ſunt: licet a rectis in VS id generis nominum reſpondeat Vocatiuus in E *Menandre, Euandre,* quae pluribus exſecuti ſumus in Variantia Rectorum.

SEXTI VARIANTIA.

In prima claſſe.

IN PRIMAM referri poteſt *Calcha* pro *Calchante*. Plautus Menaechinis: *Noui cum Calcha ſimul*.

In tertia claſſe.

Variantem Orthographiam inuenire eſt in Sexto caſu nominum tertiae coniugationis, in quibus eſt.

E pro I

AEDILE non *Aedili*, inquit Chariſius. Varro de Originibus ſcenicis libro 2. *A Claudio Pulchro aedile*.

ANNALE Cicero pro Fundanio: *Non modo hoc a Iulio Annale*. Audaculi ſit *Annali* hoc loco. Varro lib. 6. epiſtolicarum qq. *Eclogas ex annali deſcriptas*.

AVXILIARE HOMINE ex Plinio producit Chariſ. lib. 1.

COELESTE. Ovid. —— *Fore vt a coeleſte ſagitta*
Figar —— Paſſim *Coeleſti*.

FAMILIARE. Varro ad Neronem: *A Lare familiare*. P. Rutilius de vita ſua: *Pro L. familiare veniebam*.

HVMILE. Pomponius ſecundus in Coena: *Ex humile rege*.

INCOLVME. Cicero de Gloria lib. 2. *Quo ſtante, & incolume*. Pomponius Synephebis: *Incolume illo*.

LATERENSE. *Confiteor ſumma in Laterenſe ornamenta eſſe*, pro Plancio Cicero. Idem hic cum *Annale* ſentiendum.

MARE in ſexto caſu ſcribi praeceptio eſt Fl. Soſipatri l. 1. ſtantis virorum maximorum auctoritate. Varro de Gente R R. libro 3. *A mare operta opida*, pro a *Mari*, vt refert Plinius. Idem Rerum Human. lib. 12. *Ab Erythraeo mare orti*. Et in Fundanio: *In mare aquam frigidam oriri*. Atacinus:

Cingitur Oceano, Libyco mare, flumine Nilo.

In Iuris Libris *Mare* eo caſu creberrimum eſt.

Ovid. —— *Libyco de mare carpat aquam*. Celſus lib. 3. cap. 21.

NOBILE. Cicero de Iure Ciuili: *Aliquo excellente, ac nobile viro*.

PLVRE. Plautus in Coeco, aut in Praedonib. *Plure altero tanto, quanto eius fundus eſt, velim*. Cicero: *Plure venit*. Lucill. *Plure foras vendunt*.

RETE. Ovid. 5. Faſtor. *Cur tibi pro Libycis clauduntur rete leones?* Plautus Rudente: *Mea opera, & rete, & horreo*. Sed verius hunc ſextum caſum eſſe a priſco *Retes*. Vnde idem in Rudente: *Non vides me proferre vuidum retem ſine ſquamoſo pecu?* Quod & foemineo genere ſecundum primam declinationem protulit arbitrante Priſciano l. 7. *Pol magis ſapuiſſet, ſi dormiuiſſet domi: nam nunc & operam ludos facit, & retiam, vt tempeſtas eſt*.

SITE. Boethius: *Et longa ſite perditus*
Spernit flumina Tantalus.

TRIVMPHALE. Romae in monte Mali:

MONVMENTVM. QVOD. EST. VIA. TRIVMPHALE

Paſſim omnia haec I vltimante ὀρθογραφῶσι.

I pro E

non inſolenti viciſſitate ſcriptitatum.

AMNI. Georg. 2. —— *Prono ruit incitus amni*. Ita legunt Giſanius, & Lambinus.
Item: —— *Secundo defluit amni*.

CIVI.

CIVI. M.Tull.lib.2.in Verrem: *Quod ciuis Romanus a Siculo petit, Siculus iudex datur: quod Siculus a ciui Romano, ciuis Romanus datur. Sic Libri veteres*, inquit Priſc. l.7.

CLASSI. Maro: *Aduectum Aeneam claſſi* —— Ita Conſentius.

Catullus: *Per medium claſſi barbara nauit Atho.*

Coelius Antipater Annal.3. *Omnes ſimul terram cum claſſi accedunt.*

COLLI. Lucret. lib.2. *Nam ſaepe in colli tondentes paſcua laeta.* Cor.Seuerus in Aetna:

—— *Tuto ſpeculaberis omnia colli.*

FINI. Terentianus. *Quem tantum in fini ſumunt heroïca metra.*

Idem: *Namq́, referre nihil, ſi quali ſillaba fini.*

Manil. lib.1. *Fini cum viſu pariter ſua fila mouente.*

FVSTI. Plautus: *Cum fuſti in manu.* Apuleius lib.4. de Aſino A. *Paratus non fuſti tantum, ſed machaera percuſſus occumbere.*

IMBRI. Horat. Sat.5. —— *Factum corruptius imbri.*

Imbri,ventoq́, rigentes, Theb.1.Statius.

Nec minus ex imbri ſoles —— Georg.1.

Verrina 5. *Imbri frumentum corrumpi.*

Varro: *Non quaerenda homini qui habet virtutem, paenula in imbri.*

IVVENALI, ſtatim in capite Grammaticae D. Auguſtini.

LABI. Lucret. lib.5. *Nec nouitate cibi, nec labi corporis vlla.*

LAPIDI. Lucret. *Cum lapidi lapidem terimus* ——

LVCI. Plautus Sticho: *Me miſiſti ad portum cum luci ſimul.*

Lucret. in 4. *Commouet in tenebris: in luci quae poterit res.*

MELLI. Sammonius Serenus: *Aut pice cum melli nitrum, ſulphurq́, & acetum.*

MESSI FACTA legit apud Varronem l.1. Paſſeratius: meo Libro ineſt E *Meſſe.*

MONTI, *& hoc fonti, cum alij dicant hoc Monte, & hoc Fonte, ſic alia, quae duobus modis dicuntur,* Varro lib 8.de L L.

OCCIPITI. Perſius *Occipiti ſano*, & *Caeco*, & in Occaſione Auſonius.

ORBI. Lucret.lib.2. *Cui ſimilis toto terrarum non ſit in orbi.*

Recipit Priſcian.lib.7. Idem iterum in 5.

—— *Terrarum qui in orbi ſancta tuetur Fama* ——

DE MAIORI PARTI CONSILI in fragmentis Legum.

Cicero de Rep.5. *Orbi terrarum comprehenſos.*

Ita Chariſius lib.1. P. Rutilius de vita ſua lib.5. *Ex orbi terrarum.*

Var.l.3.c.5.de R R. *Aqua calida, & frigida ex orbi ligneo.* Cap.16. *In orbi rotundo oſtendunt.*

Et frequenter Sanctra ita locutus, vt notat Plin. lib.6. addito:

Conſuetudo melior, quae facit Ex orbe.

PARTI. Manilius lib.2. *Quacunq́, in parti naſcentem* ——

Lucret.lib.4. —— *Si ex parti claudicet hilum.*

Lib. 1. *Nam quaecunq, prius de parti corpore ceſſe.*

Lib.6. *Ille ex aeſtifera parti venit amnis ab auſtro.*

POSTI. Ovid. lib.5. Metam. *Raptaq́, de dextro robuſta repagula poſti*

Oſſibus illiſit —— Ita legit Priſcian. lib.7.

ex *Segeti vellito ebulum*, Cato. cap.37. de R R.

SORDI. Lucret.lib.6. *Viſceribus caecis prope iam, ſordiq́, ſepultis.*

SORTI. Plautus in Caſina: *Specula in ſorti reſtat mihi.*

Maro: —— *Cecidit cuſtodia ſorti.*

VICTRICI. Iuſtin.lib.5. *Cum claſſe victrici Aſiam vaſtat.*

VNGVI. Licinius Caluus in Poëmate. *Vaga candido Nympha quod ſecet vngui.*

Horat.lib.1. Epiſt.

—— *Luctantis acuto ne ſecer vngui.*

Item libro 2. Oda 8.

Dente ſi nigro fieres, vel vno Turpior vngui ——

VOCI. Lucret. lib.4. —— *Maioribus eſſe creatum*

Principiis voci ——

QVARTAE DECLINATIONI vetuſtas multa transſcripſit, & ſextos eorum nominum caſus per V tornauit, quos politior manus per O rotundauit.

Plautus Rudente. *Peri algu.*

AGRV.

AGRV. Spoleti extra portam D. Petri propter ripam:

IN FRONT
P. XIIX
IN AGRV
P. XIIX

COLV dixiſſe Statium Priſciano credo. Cicero libro 2. de Orat. *Quando ad me venis cum tua colu, & lana.*

Maro per O Aen 8. *Cui tolerare colo vitam* ———

CVPRESSV. Metam. 3. *Vallis erat piceis, & acuta denſa cupreſſu.*

Aen. 3. in antiquis pleriſque Codicibus:

— *Atraq; cupreſſu*: etſi in Mediceo, & proletariis *Cupreſſo.*

DOMV in Libris Iuris creberrimum eſſe notat vir termaximus Briſſonius Παρέργων libro ſingulari. Quantum virum ad has minutias deuertere depuduit! Epigraphen pulcerrimam ex antiquitate nobilitat Gruterus in theſauro Inſcriptionum germana Antiquitatis anima in qua *Domu.* Habe tu ex D. lib. 25. tit. 4. de ventre inſpiciendo:

MVLIER IN DOMV HONESTISSIMAE FOEMINAE PARIAT

. . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . .
. . M. GELLIVS
STEPHANVS. IVN
CVM. STEPHANO. PATRE
DOMV. TERTIANA. EX
DIRVTION. RESTIT
DEDICAVERVNTQ

Romae ad columnam Traianam:

NATVS. MESIA. INFERIORE.

DOMV. Neapoli in Suburbio:

DE. DOMV. AVG.

Apud Gentilem Delphinium antiquitatis ſecretarium:

DITIS. AETERNA. DOMV.

Romae apud Pantagathum:

METRODORO. DE. DOMV. FRVCICIA.

DONV. In montis Tarpeij antiquiſſimo Monumento:

HERCVLES. INVICTE. CAVTIVS. HOC. TVO. DONV.

DORSV. Priſcian. lib. 5.

FRETV. Quinto in Verrem apud Gellium lib. 13. c. 19. *Perangusto fretu diuiſa.*

Lucret. lib. 1. *Anguſtoq; fretu rapidum mare diuidit vndu.*

Ita legit lib. 1. Priſcian. Cicero: *A Gaditano fretu.* Auguſtus ad Antonium: *Fretu ceſſi.*

HVMV. Varro Pranſoza-parato: *Contra coactus ceruus latratu canum.*
Fertur biſulcu vnguibus nitens humu.

Varro Ταφῆ Μενίππου: *In pauimento non audes facere lacunam: at in humi calceos facis elixos.*

LOCV. Romae via Appia: VNV. LOCV. PONATVR.

OSSV ab eodem recto. Romae in Monumento Lesbiae:

OSSVA. DVM. CERNIS. CONDITA. MOESTA. MEA

Marmor: MEA. SVNT. HIC. OSSVA. IN. OLLA

Soſip. lib 1. *Oſſu*, ὀστέον. Soſipater lib. 1. affert ex Var. lib. 13. de L L. *Oliuo, & oſſo.* Ergo non ἀκόλως in Terentio peruagatiſſimo verſu reponit Bembus *Oſſum* D. Auguſtin. lib. 3. de Doctrina Chriſtiana cap 3. *Mallem quippe cum barbariſmo dici: Non eſt abſconditum a te Oſſum meum, quam OS: vt ideo eſſet magis apertum. quia minus Latinum.* Idem l. 4. c. 10. *Cur pietatis doctorem pigeat imperitis loquentem Oſſum potius, quam Os dicere.*

PECCA-

PECCATV. In 2. Verrina: *Manifeſto peccatu*. Vide Gell. l.13.cap.19.

RVTRV pro *Rutro* occiſum Remum habent Euſebij Chronica in Pithoei MSS.

SENATVS-CONSVLTV. Pintianus in Plin. lib.7.cap.2. obſeruat in Toletano, & Salmanticenſi Exemplaribus eſſe *Perpetuo ſenatuſ-conſultu*, non *Senatuſ-conſulto*. Sic hodie in Nonio editur vel ex ipſo Tullio ad Caeſarem iuniorem lib. 3. *Deiectam eſſe* [ſtatuam] *ex ſenatuſ-conſultu*.

SONV. Siſenna lib. 3. Hiſtor. *Poſtquam ſonu ſignorum proelium magno cum clamore commiſſum eſt*.

TESTV. Et hoc ab eodem nominatiuo, Fl. Soſipater lib.1. *Teſtu, ὄςρακον*.

Varro lib.4 de L L. *Teſtu caldo coquebatur*.

Cato de R R. cap.74. *Coquitoq; ſub teſtu* cap. 75. *In fococaldo ſub teſtu coquito leniter*.

Cyrilli Lexicon: *Ὄςρακον, Teſtu. dicitur & haec Teſta*.

Plin. lib.30.c.13. *Fimo quoque ipſo ouium ſub teſta calefacto*. *Sub teſto*, non *Sub teſta*, inquit Gelenius.

VENTV. Plautus Ciſtellaria: *Secundo ventu vectus eſt tranquillo mari*. Ita legit Chariſius libro 1.

VVLGV. Varro Hebdomadum nono: *A vulgu condemnaretur*.

CONTRA *Gelo, Iuſſo* ſcriptum fuit. Varro Seſquiulyſſe: *Pieridum comes, quae tenes cata gelo putri montium laxa*. At prius *Gelum* protulimus.

Iuſſo. Siſenna l.3. Hiſtor. *Tudertib. ſenatuſ conſulto, & populi iuſſo dat ciuitatem*. Et hoc ex *Iuſſum*: *Iuſſa* namque paſſim obuia.

VIRO pro *Viru* agnoſcit Soſipater lib.1.

SECTIO OCTAVA.

PLVRATIVI

Caſus variantes.

NOMINATIVVS

Ae, & A in prima claſſe.

OSTREAE, OSTREA. Ita Fl. Caper lib. de verbis Dubiis. Plin in hiſtoria naturali, plerumque ſemper *Oſtrearum, & Oſtreas edente Gelenio*.

SAGAE, SAGA. Ennius: *Sagas caerulas*.

AE, ES.

BRACHMANAE, BRACHMANES Apul. 2. Florid. *Brachmanae autem pleraque philoſophiae eius contulerunt*.

SATRAPAE, SATRAPES. Prodictum in collatione variantis recti ſingularis.

In ſecunda claſſe.

Latini olim caſus primos huius flexurae per Ei priſcam vocalem integrabant, quem morem Quinctiliano pridem exſibilatum lib.1.cap.7. morum oſtendemus, vbi mox de quarto caſu. Vetuſtior aetas aeque per Oe efferebat: quod exoleuit, idque in diphthongis veterum pluribus tractauimus.

Neutra nonnulla maſculorum ore conſpiciuntur. *Fila, Fili*. Citat Phocas in Arte:

Traxerunt torti magica vertigine fili.

Talia

Talia multa conſequuntur ex antedictis.

Nonnulla etiam quarti flexus huius declinatus formam induunt.

ARCI Antiquitas pro *Arcus*. Varro lib.4. de vita P R. *Eoq; pecuniam magnam conſumſiſſent, quod arci quos ſummo opere fecerat, feſſi pudore, diu facti, celeriter corruiſſent.* Melius *Pondere*.

In quartam claſſem nonnulli coniecere, quae poſtea ſecundae tranſſcripta ſunt declinationi Cornificius in primo de Coenis deorum: *Ipſis vero ad Cereris memoriae renouandae gratiam lectus ſternuntur.* Correſpondet Plautus in Amphitruone:

Quam lectus, vbi cubuiſti, concaluit locus.

PLATANVS. Auctor Culicis: *Aeriae platanus.*

SECTIO NONA.

PATRICI PLVRATIVI

varians Orthographia.

IN Declinatu ſecundo Vetuſtas quoſdam genitiuos multitudinis variauit, in quibus haec:

AGONALIA. Iul. Modeſtus lib. de Feriis: *Antias Agonaliorum repertorem Numam Pompilium refert.*

ANCILIA. Horatius: *Anciliorum, nominis, & togae.* Item Cledonius in Arte.

BACCHANALIA. Salluſt. in tertio *Bacchanaliorum* ait teſte Macrob. lib.1. cap.4. & Riccobono. *Bacchanaliis* abnuit Fl. Soſipater: *Bacchanalibus* annuit.

FERALIA. Varro *Feralium diem* ait a ferendis in ſepulcra epulis, Macrob. lib.1. c.4.

FLORALIA. Idem Varro *Floralium*, ibidem Iuſtinus lib.43. *Solemni Floraliorum die.*

LIBERALIA. Maſurius Faſtorum 2. *Liberalium dies a Pontificibus Agonium Martiale appellatur.*

PARENTALIA. Bergomi Tabula marmorea:

LECTISTERNIVM. TEMPORE. PARENTALIOR.

SATVRNALIA. Verrius Flaccus in Saturno: *Saturnaliorum dies apud Graecos quoq; feſti habentur.* Ibidem: *Dilucide me de conſtitutione Saturnaliorum ſcripſiſſe arbitror.*

SIGILLARIA. Gell. lib.2. cap.3. *Emtum in Sigillariis.*

VECTIGALIA. Cicero ad Atticum: *Ait enim in ratione vectigaliorum ſuorum.* Idem de lege Agraria. Tranquillus in Caligula: *Fructum omnium vectigaliorum.* Aſinius apud Chariſium: *Vectigaliorum reip. curam eſſe habendam*, & apud Macrob. ſupero loco.

VINALIA. Maſurius ſecundo Faſtorum: *Vinaliorum dies Ioui ſacer eſt, non vt quidam putant, Veneri.*

VIRIDIA. Cum ipſam loci viriditatem ſignificare volumus, *Viridiorum* dicimus, vt cum dicitur. *Formoſa facies viridiorum*, Macrob. Saturnal. lib.1. c.4. Cicero lib.2. ad Att. *Cyrus aiebat viridiorum διαφάσεις latis luminibus non tam eſſe ſuaues.* Iſta vetus eſt lectio teſtata Pithoeo lib.2. Aduerſ. cap.18.

VOLCANALIA. Sal. 4 hiſtor. *Curio Volcanaliorum die ibidem moratus.*

In his talibus igitur copiae per varietatem veteres indulſerunt. Vbi Genitiuus in *Ium* regula nititur, & auctoritate: *Orum* auctoritate. Sed mihi veterum Auctoritas pro regula eſt.

ΩN an his & talibus inſcribendum *Chalybωn, Cimmeriωn*?

CHALYBΩN. Catullus: *Iupiter vt Chalybωn omne genus pereat!*

Libri omnes *Chalybum*, aut *Chalibum*, nullus per ωn.

CIMMERIΩN *etiam obſcuras accepit ad vmbras.* Tibullus lib.4.

VARIAN-

VARIANTIA

Genitiuorum Pluralium tertij ordinis.
In Orum, & Tum.

ANALEMMATORVM pro *Analemmatum*. Vitruvius lib.9.cap.4 *Vmbrarum enim aequinoctialium magnitudinibus deſignantur analemmatorum formae*, quod quid ſint, dicet enucleate Baldus noctiluca.

GLOSSEMATORVM *autem ſcriptores*, inquit Feſtus verbo *Naucum*. Idem in *Ocrem*: *Ateius Philologus in libro gloſſematorum*.

CEROMATORVM
DIADEMATORVM
DIPLOMATORVM } conſert in vnum manipulum lib.1.Chariſius.
TOREVMATORVM
POEMATORVM

Poſtilla: *Poëmatorum & in ſecundo, & in tertio idem Varro aßidue dicit, & his Poëmatis. Et ad Ciceronem in vndecimo: Horum poëmatorum, & his poëmatis oportere dici ait.* Itaque Cicero pro Gallio *Poëmatorum*, & in Oratore *Poëmatis* dixit. Sed & Q. Laelius ex principibus Grammaticis librum ſuum ita inſcripſit: DE. VITIIS. VIRTVTIBVSQVE. POEMATORVM Accius quoque Didaſcalicorum nono: *Nam cum varia ſint genera poematorum, Baebi, quamq; longe diſtincta ab alijs, noſce.* Afranius Priuigno *Poëmatorum non bonorum*. Plautus in Aſinaria:

Nam nec fictum vnquam eſt, neque pictum, neque ſcriptum in poëmatis.

MOENIORVM ANCILIORVM veteres apud Cledonium in Arte.

PAPAPEGMATORVM. Vitravius lib.9.cap.7. *Hipparchus, Aratus, caeteriq; ex Aſtrologia parapegmatorum diſciplinis.*

HOLERORVM pro *Holerum*. Sat. 15. Lucillius:

Tintinnabulum abeſt hinc, ſurpiculiq; holerorum.

VM, & IVM.

Quamplurima hac finalitate enarrata comperieris, ex quibus paucula delibo.

AESTATIVM lib.1. §. *Aeſtatem*.

AETATIVM. Velleius lib.2. *Quo fauore omnium hominum, aetatium, ordinum exceptus ſit.*

AFFINITATIVM. Iuſtinus lib. 17. *Opesq; affinitatium auxilio magnas parauit.*

APIVM, APVM. Varro lib.3. cap.16. de Re Ruſt. *Seminaria conſita apium cauſa*. Item Columella lib.9.cap.6. Boëthius: *Apiumq; par volantum.*

Metamorph. lib. 15. *Melliferarum apium ſine membris corpora naſci.*

Fabius Declam.13. *Eſſet aeſtimatio & apum.* Liuius hiſtoriae libro 4. *Fumóve victi velut examen apum, loco veſtro exacti, inermi cedetis hoſti?*

BVBVM pro *Boum* ſcribunt Iuriſconſulti apud Briſſonium Παρεργ. lib. ſingulari.

CALAMITATIVM *neceßitas fuit*, Iuſtini lib.13.

CERVICIVM Soſipater lib.1.

CIVITATIVM. Iuſtin. lib.3. *Communia ciuitatium auxilia.* Lib.12. *Ciuitatium populis.* D. lib.5. de Verb. Sig. *Ciuitatium velut bona.* Approbat Varro lib.7. de L L.

Inſcriptio Tordae ad Boarium:

CIVITATIVM. VOLMERII. ET. PETOVII. CVRATORI

Altera Firmi in Piceno:

DANVVII. ET. CIVITATIVM. DVARVM

CLADIVM, CLADVM. Silius: *Vt ſola cladum tuearis nomina ſama.*

FACVLTATIVM lib. 78. §. 1. D. de legat. lib. 3.

HAEREDITATIVM libro 3. de legit. tutoribus & in Inſcript. l. 68. D. ad L. Falcidium.

HOMINIVM hoc in Salluſtij loco legit Scaliger, alijque: *Neque illi res, neque conſilium, aut quiſquam hominum ſatis placebat.*

MENSVM. Ovid. 7. Metam. *Et quos ſuſtinuit bis menſum quinque labores.*

Menſum duabus omnino ſillabis poene ſemper in Iure notat Briſſonius Παρ. lib. ſing. & vbique in codice Theodoſiano. Iterum Ovidius:

Nec tu dux menſum Iane biformis eras.

PARENTIVM. Horat. *Dos eſt magna parentium Virtus* ——

Cicero de ſuppliciis: *Nauium praefectos ſine vlla cauſa de complexu parentium ſuorum.* Approbat Varro lib. 7. de L L.

PARTIVM, PARTVM. Caeſar de Analogicis: *Harum partum.*

Ennius: *Iamq́ fere quatuor partum* ——

Sed Conſuetudo fecit Partium, inquit Plinius, vt *Praegnantium, Optimatium.*

PARVM, PARIVM agnoſcit Fl. Soſipater. At pag. 110. ſcribit. Trogum de Animalibus lib. 10. *Parium numerorum, & imparium* non recte dixiſſe, ſed *Parum, & Imparum.*

PLEBIVM. Prudentius in Romano:

Scribas & ipſos, & coronam plebium:

Cur non vt *Apium*.

QVANTITATIVM ſcribitur in l. vlt. in fin. D. quod metus cauſa.

RADICIVM ſcripſit Varro lib. 1. & 3. de R R.

Radicum Columella lib. 3. cap 18. de R R.

Sic & *Cladum, Ciuitatum, Aeſtatum, Aetatum, Facultatum, Haereditatum, Menſium, Parentum, Partium* recte quoque ſcribi nemo dubitat.

SEDVM, non *Sedium* ſcribi imperat in Arte Conſentius. Cicero pro Seſtio: *Veſtrarum ſedum, templorumq́ cauſa.* Ita Priſcianus.

VIRTVTIVM. Prudentius de Chriſto: *Magiſter hic fuit virtutium.*

QVARTI ORDINIS.

Genitiui Plurales Varij.

DOMORVM, DOMVVM. Fl. Soſipater libro 1. *Domorum*, quod fere vnice complectuntur, reſpuit: *Domuum* probat quam-maxime.

QVINTI ORDINIS.

Patrici Plurales Varij.

ERVM hoſce Genitiuos figurauit Vſus tritiſſimus.

EVM notat Soſipater lib. 1. abſque R. *Quare ſpecierum pluralem genitiuum non ſimiliter obſeruabis, ſicut in Die, & Meridie per Rum: ſed per Eum ſillabam, vt Specieum, Materieum, Luxurieum.* Belle cum Soſipatro conuenit Valerio Probo libro 2. pag. 1443. generatim in omnibus indifferentiam approbanti.

APPENDICVLA.

VESTRVM, an VESTRI rectius ſcribatur ſibi *iamdiu in perpetua quaeſtione* fuiſſe reſpondet apud Gell. lib. 20. cap 5. Apollinaris Sulpitius, tandemq́ue productis veterum Monumentis: *Procul-dubio, qui rectiſſime loqui volet*, inquit, *Veſtrum potius dixerit, quam Veſtri: & idcirco importuniſſime fecerunt, qui in plerisq́ Salluſtij Exemplaribus ſcripturam iſtam ſinceriſſimam corruperunt.*

SECTIO DECIMA.

PRIMAE DECLINATIONIS

Datiui Pluralis varia Orthographia.

CABIABVS pro *Gabiabus*, ſeu *Gabiis* pag.24. Inſcr.5.

IVNONIBVS. CABIABVS

DEABVS. Gellius in 2. *Deabus ſupplicans.* Cicero pro Cornelio. *Caeteriſq; Dijs, Deabuſq; omnibus.*

DEXTRABVS. Liuius in Odyſſea: *Denique manibus dextrabus.*

DIVABVS. Auximi Inſcriptio:

DIVIS. DIVABVSQVE. LVCI. SABVLLI.

DVABVS. Metamorph. —— *Euboea manibus dextrabus.*

Et totidem natu Andros fraterna potita eſt.

EABVS. Hemina 4. An. *Scriba Pontificius, qui cum eabus ſtuprum fecerat.* Cato de R R. c.151. *Virgas vlmeas aridas in aſſerculo alligato, eabus latera dolius intrinſecus vſque bene perfricato.*

LIBERTABVS. Inſcriptio Canuſij:

TREBELLIA. FELICVLA. SIBI. ET. LIBERTIS. LIBERTABVSQ.
LIBERTABVSQ. POSTERISQ. EORVM

Romae Inſcriptio ad D. Clementis.

Lib. 50. п. LIBERTIS. LIBERTABVSQVE. MEIS

MAIRABVS, *Parcis.* Metis in aedibus Dionyſij Lebeitatlij.

IN
HONOREM
DOMVS. DIVI
NAE. DIS. MAIRABVS
NICANI. VICI. PACIS

MANIABVS. Varro: *Hiſce Maniabus lacte fit, non vino.*

OLEABVS. Gellius lib.97.

PAVCABVS. Gell.lib.3 hiſtor. *Capite cum aliis paucabus conſilium.*

PORTABVS. Idem Gell. lib.97.

PVDICABVS. Gell. lib.7. *Pro duabus pudicabus.*

PVELLABVS. Gellius in 5.

RAPTABVS. Gell. lib.2. *Multitudo puerorum iam erat ex raptabus.*

Metaplaſmi ſimiles.

COLONIBVS pro *Colonis*. Legit apud Salluſtium in Catilinam Cuiacius lib.26. c.13. Obſeruat. *Cum libertis,& colonibus.* Item in oratione L. Philippi: *Lepidus latro cum colonibus.*

HIBVS pro *Hu* ab *Hic*, Plautus in Curculione:

Pariſsimi eſtis hibus.

GENERIBVS pro *Generu*: Accius Almaeone: *Qui ducat, quum Te viderit ſocerum, generibus tantam eſſe impietatem.*

IBVS ab *Is*, Milite Glorioſo:

Latrones, ibus dinumerem ſtipendium.

In Rudente: *Nauis confracta eſt ibus.* Curculione: *Pariſſimi eſtis ibus.*

MANNIBVS pro *Mannis* ex vetere quo ſcripſit D. Hieronymus in Eccleſiaſten c.10. *Dignitate perflati vias publicas mannibus terant,quos vulgo Buricos appellant.*

At Horatius 4.Epid. *Appiam mannis terit.* & ad Maecenatem lib.1.2.

Impoſitus mannis ——

Digitized by Google

PANNIBVS pro *Pannis*, Ennius in Protreptico.
QVIBVS regnum obtinuit.
DIIBVS. Repertum Romae in vinea Huberti Stroze in Coelio monte:
Propter Iaurinum Hungariae in villa Emerkhen.:
CAETERISQ. DIBVS, I vnico & vulgarij imagine.
DIIS. DEABVS
PENATIBVS
FAMILIARIBVS
ET. IOVI. CETERIS
VE. DIIBVS
Altera Romae: DIBVS. INFERIS

TERTIAE DECLINATIONIS

Datiuus Plur. varie ſcriptus.

Priſci tertios caſus pluratiuos huius ordinis *Tis*, & *Sin* Graecanico more terminabant: poſteritas aliter.

AROMATIS. Apul. lib. 11. de A A. *Vannos onuſtas aromatis, & huiuſmodi ſupplicis certatim congerunt.*

CARCINOMATIS *cum vua taminia*, Plin. lib. 31. cap. 10.

EMBLEMATIS. Cicero in Verrem quarta: *Populi Romani Emblematis.*

GLAVCOMATIS MEDENTVR. Plin. lib. 29. cap 6.

MALAGMATIS. Plin lib 31. c. 1. *Emplaſtris etiam maxime albis, & malagmatis miſcent.*

POEMATIS *clarum* dixit Gellius lib. 17. cap. 21. Noctium Atticarum, iterumque inibi. Plura, vbi de Genitiuorum ſcriptione varia. Annaeus Flor. ad D. Hadrianum: *Poëmatis delector.* Varro librum inſcribit: *De poëmatis.*

Sin.

DRYASIN. Propertius emendante illaudato dum Lipſio:
Non minor Auſonijs eſt amor in Dryaſin.

ETHESIN. Fragmento Varronis: *In argumentis Caecilius palmam poſcit: in Ethesin Terentius.*

HAMADRYASIN. Propertius: *Ah dolor, ibat Hylas, ibat Hamadryaſin.*

SCHEMASIN. Plin. ſermon. Dubij libro 7. de Varrone: *Quam proxime vicina Graeco Graece dixit, vt nec Schematis quidem dicat, ſed Schemaſin.*

Datiui Quartae cum tertio caſu.

Datiuos quartae pluralis *Vbus* exprimunt in nonnullis.

VERVBVS etiam in Maronis Codicibus probant literati. Vetuſtiorum tamen Grammaticorum Auctoritas per I vocalem tertiam ſcribendum adſerit, & Inſcriptio in termino Areae a Domitiano dedicatae, viſaeque Pierio Valeriano:

HAEC. AREA. INFRA. HANC. DEFINITIO
NEM. CIPPORVM. CLAVSVLA. VERIBVS

Verubus per V natum putat nonnemo per errorem, adſpectu *Veru, Genu, Oſſu.* Haut iuſte.

Dicamus & hoc per tranſennam. Flauius Soſipater *Vera* dicendum, & *Verum*, non *Verua, Veruum* opinatur. Item *Verucia*. Citat Plinium lib. 2. Dubij Serm. dicentem manifeſtum eſſe *Veribus, Genibus, Oſſibus*, dici per I in poene vltima.

Meta-

Digitized by Google

Metaplaſmo ſunt efficta.

CESTIS. Varro *Vae victis*: *Quaero a vobis ſi aduerſarius ſupercilia mi ceſtis deſcobinarit, numquis veſtrum ſua eſt mihi daturus?*

FOETIS pro *Foetibus*. Accius Bacchis: *Vbi ſanctus Cithaeron frondet viridantibus foetis.*

SECTIO SECVNDA.

Cauſatiui tertiae Declinat. Orthographia.

ACCVSATIVOS in *As* repudiat Soſipater lib. 1. *Paeanas enim, & Titanas, & Alcmanas dixerunt pleriq; qui errant. Nullum enim in As nomen extremitate venire poteſt accuſatiuo plurali, niſi prius nominatiuus ſingularis in A venerit, vt hic Panſa, hos Panſas: hic Catilinia, hos Catilinas, & quaecunq; nomina genitiuis ſingularibus Is literas acceperint, ea nunquam accuſatiuo plurali As literas accipiunt.* Sic ille: aliter alij, & melius.

IS, an EIS.

Nonnulli geminantium accuſatiuorum alterum ſcribi voluere *Eis*, quibus Terentianus patrocinatur:

Sic Oueis, Plureis, Omneis ſcribimus pluraliter,
Tum aeui ſui Conſuetudinem improbat:
Nunc enim non addis E, ſed permanet ſicut fuit.

Verum cum diphthongi conciliandae occaſionem dederit producendae ſillabae neceſſitas, non animaduertere etiam I productionis receptricem eſſe vocalem, quod fatetur inimica decreto ſuo confeſſione Terentianus:

Iſta ſolum quod videmus ſaepe produci vel I.

Rectius ergo ſentiunt, qui caſum iſtumce per ſola I declineant. Priſcianus lib. 7. in eos ſtomachatur, qui vetere EI diphthongo abutebantur, atque haec per I notanda coaceruat: *Gentis.*

Horat. Epiſt. 1. *Smyrna quid & Colephon? quid Croeſi regia Sardis?*
Virgil. in 10. *In ſyrtis, in ſaxa* ——
Sall. *Omnis homines* —— Plautus Sticho: *Eos omnis.*
Terent. in Andria: *Omnis nos gaudere* ——
Georg. 3. *Pinguis vnguine ceras.*
Georg. 4. *Aquas dulcis.*
Aen. 4. & 5. *Feſſas nauis.*
Iterum in 4. *Manis ſepultos.*
In 3. *Tris ſoles.* Item in 1.
In 12. *Salubris ſuccos.*
In 9. *Imbris.*
Rurſus Horat. in Epiſt. 1. *Me quater vndenos ſciat impleuiſſe Decembris.*
Georg. 2. *Sanctos fontis.*
Terent. in ἑαυτοντιμωρ. *Parentis, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos.*
Aen. 6. *Partis ambas.*
In 2. *Cauernas ingentis.*
In 5. *Lectas bidentis.*
In 4. *Tenacis ceras.*
Terent. Phorm. *Compluris menſes.*
Horat. in 1. Epiſt. *Pluris auras.*
Cicero pro Cornelio: *Compluris annos.*
Idem in Frumentaria: *Sedaſti etiam litis illorum.*
Porro Priſcianus *Syrtis, & Alpis* ſic exoſculatur, vt *Syrtes & Alpes* propudioſa autumet.

Chariſius

Chariſius lib.1.Priſciano ὁμοφρονεῖ, legitque. *Omnis homines* in Catilinario. Item: *Agreſtis, Coeleſtis, Ignis*. In eandem Orthographiam conſpirat Velius Longus, & Gellius lib.13.cap.19.

Tres quoque Threïcios Boreae de gente ſuprema,
Et tris, quos Idas pater, & patria Iſmara mittit.

Tres hic, Tris illic, vtrumque penſiculate, modulateq́; reperies ſuo quidq́; in loco ſonare aptiſſime, inquit Gellius.

Denique ſolius I ſcriptioni patrocinantur Libri veteres, quorum fidem a ſe vult Giſanius in Epiſtola Lucretio antefixa: Pierius in Eclogam Virgilij primam:

—— En quo diſcordia ciuis *Perduxit miſeros ——*

ex Mediceo, & Romano Codicibus. Erythraeus in Indice Virgiliano.

Eodem modo *Quis* ſolo I ſcriptum a Virgilio palam eſt e narrationibus Gellianis.

Aldus Manutius, aliique quibus antiqua diphthongus E placita in talibus imaginem opinamenti ſui nobis dumtaxat obiiciunt, deſtituti a Libris, & Conſuetudini ſuccumbunt.

VADARAE IN DALMATIA: TVRRIS DEDIT

Conſentius: *Iuxta praemiſſas regulas accuſatiuus in Is compellitur.*
Varro antelato loco *Montes*, *Dentes*, nec aliter exſcribenda praecipit.

Accuſatiui per OS, & VS ſcripti.

Annus pro *Annos* in aede D. Sabinae:

IVSTA. QVAE. VIXIT. ANNVS. L
MENSIS. V. DIES XX. Reponitur haec Inſcriptio p. 1148.
Item alia Inſcriptione Romae:
NICEPHORVS. PITINNVS
QVI. VIXIT. ANNVS. DVO
Haec etiam reponitur praenotata pagina.

DOMVS τοῦ DOMOS antefert Fl. Soſipater. Georg. 1. ——— *Poſuitq́; domos*, obſeruat in Longobardico Codice Pierius Valerianus eſſe *Domus* per V. Ita etiam in vetere Liuij Libro tertio Decadis primae: *Epulae inſtructae fuiſſe dicuntur ante omnium domus.*

FASTVS, & FASTOS Varro Ephemeride: *Poſtea honoris virtutum cauſa Iulij Caeſaris, qui faſtus correxit, menſis Iulius appellatus eſt.*

FASTIS item, & *Faſtibus*. Lucanus in 10.

Nec meus Eudoxi vincetur faſtibus annus.

Quem hoc nomine iniuria concipillat Seruius Commentario ad librum Virgilij tertium: Lucanum tutatur Priſciani fauor lib.6. adſerto Antiquiores ita ſcriptitaſſe.

CAPVT TERTIVM.

SECTIO PRIMA.

Verborum varia Orthographia.

O Praeiecta conſonante qua, & praeiecta vocali ſecunda E.

ABNVEO. & *Abnuo*. Ennius: *Certare abnueo, metuo legionibu' labem.*
CIEO, CIO. Alcuinus in Grammatica.
CONNIVEO, CONNIVO. Caluus:
Cum grauis ingenti conniuere pupula ſomno.

DEFERBVISSE, *Deferuiſſe* notat Priſcian. lib.9. Terent. in Andria: *Sperabam iam deferuiſſe adoleſcentiam.*

Horat.

Horat. Serm. 1. — *Mea cum conferbuit ira.* Orta ſunt ex comparibus verbis.

DENSEO, DENSO. Priſcian. lib. 8. & 9. Ennius Annal. 8.

Denſantur campus horrentia tela virorum.

Eutyches lib. 1. & 2. legit apud Maronem:

Denſet, erant quae rara modo, & quae denſa relaxat.

Item in 12. — *Vos vnanimes denſete catervas*, per E.

In 10. *Extremi addenſent acies* —

DVREO, DVRO. Eutyches lib. 1. & 2.

EXSVGEO, EXSVGO. Plautus Epidico:

Atque horum exſugebo ſanguinem

FAVEO, FAVO. Gratius Cynegetico: *His faue praeſidijs, affectaque corpora mulce.*

FERVEO, *Feruo.* Lucill. *Feruit aqua, & feruet: feruit nunc, feruet ad annum.*

Terent. Adelph. *Cum maxime feruit, tam placidum quaſi ouem reddo.*

Ita legit Probus lib. 1. Titinnius Setina: *Coquos, ahenum quando feruit, paulla confutat trua.* Fabius lib. 1. cap. 6. *Feruit* ſcribi permittit: *Feruo* ſibi clamat inauditum.

FVLGEO, FVLGO. Valer. Flaccus libro 8.

— *Tot fulgere taedas.*

Lucill. Satyr. lib 7. apud Nonium:

Primum fulgit, vti caldum, & fornacium ferrum.

Pomponius Macco ſequeſtre: *Simile eſt quaſi quom in coelo fulgit propter Lunam Lucifer.*

Lucill. Sat. lib. 11. *Conuentus pulcer, braccae, ſaga, fulgere torques.*

GENO, GIGNO his addatur. Varro in Andabata:

Sed quod haec loca aliquid genunt.

Lucret. in 4.

— *Tanto magis inficiando*

Totum poſſe extra corpus durare, geniſque.

Eutyches lib. 1. *Gigno*, vel antique *Geno.*

Vetuſtiſſimi etiam *Genare*: ex quo *Praegnaus*, niſi malis quaſi *Praegenerans.*

IRRIDEO, IRRIDO. M. Brutus de Patientia: *Irridunt horum lacrymas* —

MISCEO, MISCO. Gloſſae: *Κιρνῶ, Miſceo, Miſco.* Reſponſat Origni *Μίσγω.*

OLEO, OLO. Plautus in Carnicularia: *Facite olant aedes Arabice.* Ita Diomedes libro 1.

Idem Moſtellaria: *Non omnes poſſunt olere vnguenta exotica.* Alioqui Iambicus ſenarius deruitur. Vtrumque agnoſcit Eutyches lib. 2.

RESPONDEO, RESPONDO. Manilius lib. 5.

Sic etiam magno quaedam reſpondere mundo.

Martialis: *Si, quando venit? dicet, Reſponde: Poëta*

Exierat — Conſentius in Arte, Alcuinus in Grammat.

SCATEO, SCATO. Lucret. 6. *Largiſſuum fontem ſcatere, atque erumpere lumen.*

Iterum idem: — *Scatit ad ſatiatem* *Terra ferarum* —

Scato lib. 2. agnoſcit Eutyches.

Plautus Aulul. *Si vino ſcatit.*

TITINNO, TITINNIO. Prius eſt Naeuij: alterum Afranij in Vopiſco:

Titinnire ianitoris impedimenta.

STRIDEO, STRIDO. Lucan in 6. *Auribus incertum feralis ſtrideat vmbra.*

Statius in 8. *Nil ſtridere domi* —

In 9. *Stridebit veſtros Tydeus inhumatus ad ignes.* Alcuinus in Grammatica. Georg. 4. *Stridere apes vtero*, & 8. Aen. Horat. 2. Sermonum Iuvenalis Sat. 4. Vtrumque agnoſcit Probus in Catholicis, Phocas in Arte.

TERGEO, TERGO. Rhemmius Palaemon in Arte Grammatica negat ſcribi recte *Tergo, Tergi.* At Probus in Catholicis: *Legimus enim, Et ſpicula lucida tergent, quod venit a verbo Tergeo: & Tergunt ab eo quod eſt, Tergo.* Plin. libro 11. cap. 48. Pedibus eos tergeant. Plautus Menaechinis:

— *Menſam quando edo, detergeo:*

TREMEO, TREMO, Eutyches lib. 1.

SECTIO SECVNDA.

O, & OR.

ADMINICVLO. Cato de libris educandis: *Quod potui adminiculari tuam voluntatem ſcribendo.*

ADSENTIOR *tamen fere omnes dicunt. Siſenna vnus Adſentio in Senatu dicebat, & eum poſtea multi ſecuti: neque tamen vincere Conſuetudinem potuerunt.* Gell. libro 2. cap. 25. Fabius libro 1. cap. 5.

ADVLO, ADVLOR. Auſon. Gratiarum actione: *Non centurias adulaui.*

Columella lib. 7. cap. 12. de canibus: *Illi quoque furem adulant.*

Lucretius lib. 5. *Gannitu vocis adulant.*

Val. Max. lib. 4. cap. 3. Seneca Troade, Apuleius libro 5. de Aſino Aureo, Accius Prometheo.

ALTERCO Ter. Andria: *Scio cum patre altercaſti dudum.* Ita legit Priſcian. l. 8. Apul. de Aſino A. lib. 2. 6. 8. *Altercor* nota facie. Donatus in Andriam negat *Alterco* ſcribi, Codiciſque meminit in quo ſit *Altercatus* eſt. Vanum.

AMPLEXO, *Amplexor.* Accius Alcmaeone: *Poſtremo amplexa: fructum, quem dij dant cape.*

ARBITRO, ARBITROR. Plautus Sticho: *Probiores credo arbitrabunt.*

AVCVPO, *Aucupor.* Titinnius Veliterna: *Id ego aucupaui, plenas auris affero:* Plautus Menaecis:

Vt concedamus ex inſidijs aucupo. Ennius Medea, Pacuuius Chryſe, Accius Aſtyanacte.

AVGVRO, *Auguror.* Maro: —— *Si quid veri mens augurat, opto.*

Cicero ad Caluum: *Praeſentit animus, & augurat quodammodo, quae futura ſit ſuauitas.* Idem 4. de Rep. Accius Oenomico.

Valer. Flaccus lib. 3. —— *Longoſq́; ſibi non auguret annos.*

AVSPICO, *Auſpicor.* Plautus Perſa: *Lucro faciendo ego auſpicaui.* Idem Sticho: *Ea ego aucupaui in re capitali mea.* Naeuius belli Punici lib. 4. *Auſpicat auſpicium proſperum.* Caecilius in Plocio. Cato: *Poſtquam auſpicaui, atque exercitum adduxi pone caſtra hoſtium.*

AVXILIO, *Auxilior.* Gracchus aduerſum Furium apud Diomedem: *Quibus ego primum cum auxilio.* Lucillius: *Anne auxiliatus ſi eſt, βονθηθείς.* Vide Alcuinum in Gram.

Alij: *Quibus ego primus quomodo auxiliem?*

CLAVDEO, *Claudo.* Caecilius Epiclero: *An vbi vos ſitis, ibi conſilium claudeat.*

COHORTO, *Cohortor.* Quadrigarius Annal. 5. *Et dicerent caſtra capta eſſe, atque hos cohortarent, vt maturarent.*

COMMINISCO. Apul. lib. 4. de A. A. *Medum e re nata validum eo volente comminiſcimus.*

COMMVRMVRO. *Commurmurantur* ſcripſit Varro Papiapapae.

COMITO. Denſiſſime ſcriptum Ovid. Metam. 3.

Ac roſtris comitate gradus, & in ardua montis
Ite ſimul ——

Item l. 14. lib. de Ponto 2. Eleg. 2. lib. 1. Eleg. 10. Item Accius apud Nonium.

COMPLECTO, *Complector.* Pomponius Fullonibus: *Quin ergo quando conuenit, complectite? Mi frater, ſalue.*

CONGREDIO, *Congredior.* Plautus Epidico: *Quid ſi adeam?*

Haut ſcio, an congredias, ſi haec eſt.

CONTEMPLO, *Contemplor.* Accius Philoctete: *Contempla hanc ſedem, in qua ego nouem hyemes ſaxo ſtratus pertuli.* Naeuius Danae: *Contemplo placide formam, & faciem virginis.* Titinnius Fullonibus, Ennius Medea. Plautus Aſinaria.

CONSOLO, *Conſolor.* Varro Oedipothyeſte: *Per idem tempus Oedipus Athenas exſul venire dicebatur, qui conſolaret.*

CONVERTO, *Conuertor.* Plaut. Amphitr.

Sed fugam in ſe tamen nemo conuertitur.

CONVIVO, are, *Conuiuor.* Pomponius Munda: *Si calendis conuiuant, idibus coenant foris.*

Ennius Sat. lib. 1. *Malo hercle ſuo magno conuiuat: ſine modo.*

CRI-

Digitized by Google

CRIMINO, *Criminor*. Ennius Satyr. libro 4. *Nam is non bene vult tibi, qui falſo criminat apud te.*

CVNCTO, *Cunctor*. Accius Alpheſiboea: *Ita territa membra, animo aegroto cunctant ſufferre laborem.*

Ennius Ambracia, & Hectoris Lytris:

Qui cupiant dare arma Achilli, vt ipſi cunctent.

DEMOLIO, *Demolior*, ἐνεργητικῶ, Briſſonius ex Iure refert παρέργων lib.ſingul. Idque veteribus vſitatum aut Diomedes ex Varron. libris Poëtices: *Et tamen, non demolio roſtra.* Et Epiſtolicis —— *Demoliuit tectum.* quaeſtionibus atque ex Naeuij Corollaria Ibidem ex eodem Iure *Demolior* παθητικῶς.

DIGNO, *Dignor*, Accius Meleagro: *Remanet gloria apud me: exuuias dignaui Atalantae dare.*

Pacuvius Hermiona: *Quum neque me adſpicero aequales dignarent meae.*

EXPERGISCO, *Expergiſcor*. Pomponius Agamemnone ſuppoſito: *Ne quis miraretur, quum tam clare tonuerit, vt ſiquis dormitaret, expergiſceret.*

EXSECRO, *Exſecror*. Afranius Incendio: *Experiurabant, exſecrabant ſe, ac ſuos.*

FABVLO, *Fabulor*. Plautus Milite: *Quae cum iſto fabulem.*

FRVSTRO, *Fruſtor*. Caeſar apud milites de eorum commodis: *Non fruſtrabo vos milites.*

Pomponius Maiali: *Miſeret me eorum, qui ſine fructu ventrem fruſtrarunt ſuum.*

FVRO pro *Furor*. Ex Vrſini autographis Gruterus: SIQVIS. FVRAVERIT. PROINDE. OBLIGATVS. ERIT. AC. SI. SACRILEGIVM. COMMISERIT.

GLISCITVR, *Gliſcit*. Sempronius Aſellio Hiſtor. lib. 4. *Vt maior inuidia Lepido gliſceretur.*

IGNESCITVR, *Igneſcit*. Laberius Colace: *Figura humana inimici ardore igneſcitur.*

IMITO, *Imitor*. Varro Epiſt. Latin. lib.2. *Tuum opus nemo imitare poteſt.* Liuius Achille: *Si malos imitabo, tum tu precium pro noxa dabis.*

INTVO, *Intuor*. Turpilius Pedio: *Tamen oculis longa intercapedine appetunt cupide intui,* vt illa, *quae ſe cupit ante videri.*

IRASCO, IRASCOR. Vide ſeriem.

IVRGO, IVRGOR. Iuſtin. lib 9. *Mox cum ipſo patre iurgaret.*

XII. Tabulae: SI. IVRGANT. VICINI

LARGIO, *Largior*. Lucill. lib.14. *Quod viſcus dederas, tu quidem hoc eſt viſcera largi.*

Accius Diomede: *Benigne & pro beneficio largi, atque ampliter.*

Cato lege Baebia: *Pecuniam inlargibo tibi.*

LVCTO, *Luctor*. Plautus Vidularia: *Quid multa verba? plurimum luctauimus.*

Terentius Hecyra: *Illi annulum ſeſe, dum luctat, detraxiſſe.* Ita legit. Cledonius in Arte. Ennius lib.8. *Viri validis viribus luctant.*

MINITO, *Minitor*. Priſc. lib.8. Naeuius Danaë: *Etiam minitas mitte ea, quae tua ſunt magis, quam mea*

MIRO. Pomponius Patruo. *Mirum facies, fatuae ſi ſtudium mirabis diu.*

Varro: *Hoſpes, quid miras nummo curare Serapim?* Iterum Eumenidibus.

MISEREO, *Miſereor*. Ennius Hecuba: *Miſerete manus: date ferrum, qui me anima priuem.*

Nota ex Epiclero Turpilij: *Quam matris, tunc patris me miſeretur magis.*

MODERO, *Moderor*. Priſcian. lib 8. Ruffin. de Metris Horatian. *Deſinit iambicus videri, niſi percuſſione ita moderaueris.*

MODVLO, MODVLOR agnoſcit Priſcianus in eadem ſignificatione.

MORO, *Moror* παθητικῶς. Papinianus in L.5 §.1.D. vt legator. nomin. cau. *Si petitionis dies moraretur.* Paulus l.85. §.vlt.D.de diuerſ. reg. iur. *Quoties aequitate deſiderij naturalis ratio, aut dubitatio iuris moratur,* id eſt retardatur, differtur: Pacuvius Hermiona: *Paucis abſoluit, ne moraret diutius.* Naeuius in Proiecto: *Quid moras? quia imperas.* Ennius.

MVNERO, *Muneror*, Gell. lib.18. cap.12.

MVRMVROR, *Murmuro*. Varro: *Ita vti ſoliti eramus Romae in balneis, plodere coepimus, & murmurari.* Quadrigarius lib.8. Annal. *In eo loco populus murmurari coepit.*

Idem Vngula diuina: *Praeſertim cum ventrem meum coërceam, nec murmurari patiatur.*

Commurmurantur, Varro Papiapapae.

MVTVO, *Mutuor*. Caecilius Aſoto: *Ad amicos curret mutuatum: mutuet mea cauſa.*

OBSONO. Plautus Aulul. *Obſonauit herus.*

OMINO, *Ominor.* Pomponius Cretula, vel Petitore: *Bene eueniat, ita ſit: & tibi bene ſit, qui recte ominas.*

OPINO, *Opinor.* Plaut. Bacchid. *Praeneſtinum opino eſſe: ita erat glorioſus.* Priſc.l.8.

Pacuuius Chryſe: *Iuuenem opino eſſe optumum.* Caecilius Aſoto: *Nihil fore opino inter me, & illum.*

OPITVLO, *Opitulor.* Liuius Equo Troiano: *Da mihi haſce opes, quas peto, quas precor: corrige, opitula.*

OSCVLO, *Oſculor* Titinnius Ilarubra: *Laudor, quod oſculaui priuignae caput.*

PAGARE vnde *Propagare*, & *Pagere* hanc in claſſem conferri poteſt ex libro 2. ad Herennium.

PATIO, *Patior.* Naeuius in Proiecto: *Populus patitur: tu patias modo.*

PERCONTO, *Percontor.* Nouius Maleuolis: *Si percontaſſem, malum hoc me praeteriſſet.*

Naeuius Belli Punici l.2. *Blande, & docte percontat: Aeneas quo pacto vrbem Troiam liquerit.*

PERSCRVTO, *Preſcrutor* Plautus Aulularia: *Poſtremo hunc iam perſcrutaui.*

POLLICEO, *Polliceor* Varro Anthropopoli: *Ne dares, ne polliceres, quod datum eſt.* Sic apud Vlpianum *Actio, pollicetur*, id eſt, *Promittitur* interprete Briſſonio παρέγγυον lib. ſingulari.

POPVLO, *Populor.* Quadrigarius: *Agrum Nolanum populare coeperunt.*

Accius Aſtyanacte: *Qui noſtra per vim patria populauit bona.*

Georg. l.1. Plautus Foeneratrice: *Quae ego populabo probe.*

Pacuuius: ——— *Patriam populauit meam.*

PRAESTOLO, *Praeſtolor.* Turpilius Pedio: *Ego praeſtolabo illi.*

Liuius Tereo: *Nimis pol imprudenter ſeruus praeſtolaras.*

PRECO, *Precor*, Priſcianus lib. 8.

PROCO, *Procor.* Nouius in Procacitas ex Liuio Andromico: *Maieſtas mea procat.*

PROELIO, *Proelior.* Ennius Achille Ariſtarchi: *Ita mortales inter ſeſe pugnant, proeliant.*

PROFICISCO, *Proficiſcor.* Turpilius Hetaera: *Hortatur hominem quam-primum proficiſceret.*

PROGREDIO, *Progredior.* Nouius Vindemiatoribus: *Quis ſtas? Age te inanem, prius, progredi.*

Vtrumque Priſcianus Antiquitate laudata proponit lib.8.

RECORDO, *Recordor.* Quadrigar. Annal. lib. 3. *Is vbi Dacium cognouit, & patria eum recordauit.* Alij citant e lib. 5. *Recordo, Recordor* ſcripta fuiſſe credo Priſciano l.8. Philoxeni Gloſſae: *Recordat*, ἀναμιμνήσκ. Sed hic ἐνεργητικὸν eſt.

REMINISCO, *Reminiſcor.* D. Auguſt. lib. de Grammatica: *Quis enim dicat Reminiſco, Recordo?* Auſonij ludus: *Qui Reminiſco putat ſe dicere poſſe Latine, Hic vbi Co ſcriptum eſt, legeret Cor: ſi cor haberet.* Bona tamen horum pace nota Priſcianus lib. 8. *Reminiſco, Reminiſcor* pro eodem vſurpara. v. Seriem Alphabetariam.

RHETORICO, *Rhetoricor.* Nouius Aſinio: *Age nunc, quando rhetoricaſti: reſponde, quod te rogo.*

RIXO, *Rixor.* Varro Armorum Iudicio: *Illic viros hortari, vt rixarent, praeclari Philoſophi.* Idem Sercano περὶ ἀρχαιρεσιῶν: *Dormit alius, nimirum vigilant, clamant, calent, rixant.*

RVCTO, *Ructor.* Papinius 2. Siluarum:

Ructaſſent dites Veſuuina incendia Locros.

SACRIFICO, *Sacrificor.* Varr. l.2.c.8 de R R. *Ipſi pro ſe ſacrificarentur.*

SCISCO, *Sciſcor*, Priſcianus lib.8.

SCRVTO, *Scrutor*, Priſcianus libro 8. Plautus Aulularia: *Poſtremo hunc iam perſcrutaui.*

SECTO, *Secutor*, Priſcian. lib 8.

SEQVO, *Sequor*, Priſcian. lib. 8.

SIGNIFICO, *Significor*, Gellius lib.18.cap.12.

SORTIO, *Sortior*, Priſcianus lib.8. Adde Varronem lib. 20. Rerum humanarum: *Cum venerint cenſores, inter ſe ſortiant.* Ennium Creſphonte: *An inter ſe ſortiunt vrbem, atque agros.*

SVAVIO, *Suauior.* Pomponius Munda: *Ego illam non amplectar? ego non ſuauiem?*

SVFFRAGO, *Suffragor.* Siſenna hiſtor. lib. 23. *Multi populi plurimae concionis dictaturam omnibus animis, & ſtudijs ſuffragabant.*

TVMVLTVO, *Tumultuor.* Macrob. l.2. Satur. ca. 10. *Populum Romanum obiurgat, quod Roſcio geſtum agente tumultuauerit.* Plautus Rudente: *Quid tumultues.*

Tumultuor ſcribunt Plautus, Ter. Cicero, Caeſar, Priſcian. lib.8.

TVTO,

TVTO, *Tutor*, Plautus Mercatore: *Inuoco vos Lares Viales, vt me tuteris.*
Naeuius Lycurgo: *Tuos qui celſos terminos tutant.* Priſcianus lib. 8.
VAGO, *Vagor.* Plautus Milite: *Te alloquor vitij, probriq́, plena, quae circum vicinos vagas.*

Serenus in Opuſculis:

Rure puella vagat viridi ———

Ennius Hectoris Lytris: *Conſtitis credo Scamander, arbores vento vagant.*
Pacuuius Medo, Turpilius Leucadia, Accius Bacchis, Pomponius Pappo praeterito, Varro ſaepius. Lipſius in Propertio legit: *Quocumq́, vagabis Cynthia* —— ex Farneſiano.
Pacuuius, Accius, Turpilius, Tacitus Epiſt. 1. *Vagare gaudio coeperat* ——
VENERO priſce. Plautus Truculento: *Date mihi huc ſtactam, atque ignem in aram, vt venerem Lucinam meam.* Ita Canterus lib. 6. Nouarum cap 24.
VTO pro *Vtor.* Tabula aenea Romae: LEGIBVS. SVEIS. ITA VTVNTO
Quam ſcriptionem adſtruit loquendi genus: *Vita data eſt vtenda* ——
VLCISCO, *Vlciſcor.* Ennius Eumenidibus: *Niſi patrem materno exanclando vlciſcerem.*
Vlciſco, & Vlciſcor, veteribus auctoribus adſcribit Priſcian. lib. 8.
VOCIFERO, *Vociferor.* Varro lib. 3. c. 9. de Re R. *Vociferant ſaepe in certamine pertinaces.* Vtrumque Priſcianus agnoſcit in 8.

SECTIO TERTIA.

EDIM, COMEDIM, *Edit, Comedit.* Pomponius Proſtibulo: *Ego quaero, quod edim.*
Atque ex Codice Blaudiniano reſcripſit in Epodis Horatianis Nannius:

Edit cicutis allium nocentius.

Diomedes lib. 1. legit apud Maronem:

Nec te tantus edit tacitam dolor ——

Plautus Aulularia: —— *Quid tu, malum! curas, Vtrum coctum, an crudum edim?*
Plautus Bacchid. *Quod dem ſcortis, quodq́, in luſtris comedim, congreget pater.*
Cicero ad Varronem: *Cura, ſi me amas, vt valeas: ne ego te iacente tua bona comedim. Statui enim tibi ne aegroto quidem parcere.*
Plautus Poenulo conferente Nonio: *Eſt domi, quod edimus, ne nos tam conteras.*
Caecilius, & Pomponius apud Nonium. Pro *Edam, Edat, Edamus.*
Verum ita ſcriptum Tullio quis fidem commodet vel Nonio, vel P. Victorio? Vix, aegreq́ue inducar, ni veteris Poëtae alicuius fruſtum Tullius vſurpauit, quae mea mera ſuſpicio eſt.
BOVNT, *Boant.* Pacuvius Medo: *Clamore, & ſonitu colles reſonantes bount.*
Varro Parmenone: *Exeunt citi, ſtrepunt, bount.*
LAVIT, *Lauat.* Varro ἑκατόμβη, περὶ θυσιῶν:

Pater vt cruore laueret aratum aggerem.

Maro: —— *Lauit ater corpora ſanguis.*
Ennius Hecuba: *Heu me miſerum interij: pergunt lauere ſanguen ſanguine.*
Accius Medea: *Lauere ſalſis vultum lacrymis.*
Pomponius Petitore haerede: *Iampridem volo latrinam laui.*
SONIT, RESONIT. Accius Finidis: —— *Vnda ſub vndis Sonat, Reſonat, Labunda ſonit.* Priſcianus & Alcuinus vtriuſque meminerunt.
Pacuuius Duloreſte: *Aura reſonit crepitu muſico.*
Accius Atreo: *Sed quid tonitru turbida torno*
Concuſſa repente aequora coeli
Senſimus ſonere? ——
Idem Iliona: *Valuae ſonunt.*
TONIMVS, *Tonamus.* Varro Eumenidibus: *Tibi tympana non inani ſonitu matri Deum tonimus.*
ESTVR, *Eſt, Edit.* Ovidius: *Eſtur vt occulta vitiata teredine nauis:*
Diomedes lib. 1. Colum. lib. 2. cap. 10. *Dum eſt in ſiliqua, eſtur.*
Maro in 4. —— *Eſt mollis flamma medullas.*

POTESTVR, *Poteſt. Poteratur.* Pacuuius Chryſe: *Si qua poteſtur inueſtigari via.*

Lucret. lib. 3. *Quod tamen expleri nulla ratione poteſtur.*

Ennius: *Nec retrahi poteſtur imperijs.*

Quadrig. Annal. lib. 3. *Adeo memorari vix poteſtur, vt omnes ſimul ſuum quiq; negotium aderti eſſent.*

Scaurus de vita ſua *Poteratur*, ſicut *Poſſitur* ſcripſit. Coelius Annal. lib. 1. *Quum iure ſine periculo bellum geri poteratur.* Quadrig. Annal. lib. 1. *Quum non poſſetur decerni vtrius putaretur victoria eſſe.* Varro & Siſenna *Poſſitur.*

POTESSE, *Poſſe.* Terent. Eunucho: *Sed nihil tamen poteſſe.* Alias per I *Potiſſe.*

POTISSVM. Lucill. in Satyra: *Nam ſi quod ſatis eſt homini, id ſatis eſſe potiſſet,*
Hoc ſat erat: nunc cum hoc non eſt, qui credimu' porro
Diuitias vllas animum mi explere potiſſe? Apud eundem *Potiſſent, Potiſſunt.*

Lucret. & Terent *Potiſſe.* Catullus *Potiſſit.*

TVOR, CONTVOR, INTVOR abſque E. Statius lib. 3.
—— *Haec oſcula uati Veſtra tuor* —— ?

Thebaid. 8. *Namq; modo inſenſos vtero mihi contuor enſes.*

Idem: *Armigeras ſummi Iouis exſultante caterua*
Intuor, Inachij ——

SECTIO QVARTA.

Varia Praeteriti Orthographia.

ARDVERINT pro *Arſerint.* Inſcriptiones Fr. Arualium ARBORES. LVCI. SACRI. D. D. ATTACTAE. ARDVERINT

AVSI. *Auſus, ſum.* Cato Cenſorinus in Orat. pro L. Antonio: *Beneficij poſtridie inſiſtis adeſſe in diem ex die, non auſi recuſare. Auſerim,* & συγκοπῇ
Auſim vel tenui vitem committere ſulco, Georg. 2.

GAVISI, Liuius in Odyſſea: *Quoniam audiui paucis, gauiſi.* L. Caſſius Hemina in 2. Annalis *Idq; admiratum eſſe gauiſi.*

IMPELLI, *Impuli.* Terent. Hecyra: *Qui illum ad laborem impellerim.*

PERI, *Perij.* Notat Probus Tullio adamatum *Perij*: Terentio *Peri.*

POSIVI, *Poſui.* Exinde *Depoſiui, Praepoſiui, Repoſiui.* De ſimplici teſtatur Priſcianus lib 9. Catull. *Prope Deliam depoſiuit oliuam.* Nota e Plauti Vidularia: *Nam apud ſequeſtrum vidulum poſiuimus.* Inſcriptio in Valle Dianaë *Ponteis, miliaria, tabellario ſue* POSIVEI.

Plaut. Aſinar. *Repoſiui remum.* In Rudente: *Lucrum praepoſiui ſopori, & quieti.*

Moſtellaria: *Hic depoſiuit caput, & dormit.* Cato de R R. *In legibus poſiuerunt.* Apuleius in 1. Hermagorae: *Et cibatum, quem iucundum eſſe nobis animaduerterant, eum appoſiuerunt.*

In decreto finium regundorum Genuates inter, & Veiturios:

CONTROVERSIAS. COMPOSEIVERVNT

PRAEREPSIT pro *Praeripuit.* Inſcriptio Neapoli:

QVEM. IMPORTVNA. MORS. ADEMIT.

PRAEREPSITQVE. SENII. BACVLVM.

TENIVI, *Tenui.* Chariſius veteribus arrogat lib. 2.

TERVI, *Triui.* Poſterius deligit auctoritate Virgilij antiquos ſecuti Vel. Longus in Orthographia: *cum enim Teruiſſe*, inquit, *non impediente metro dicere potuiſſet, maluit dicere*
—— *Calamo triuiſſe labellum.*

Tibull. lib. 1. *Aut operi inſuetas atteruiſſe manus.*

SECTIO

Digitized by Google

SECTIO QVINTA.

Verborum Quartae Futuri varians Orthographia.

VETERES ea per *Ibo* ſcripſere.

ADIBO.

APERIBO. Pomponius Vernionibus: *Aperibo: non poſſum pati.*

AVDIBO. Ennius Pancratiaſtis: *Quo nunc me ducis? vbi molarum ſtrepitum audibis maximum.* Caecilius Nauclero: *Num habeo, audibis: praeterea, ſi dicis, filia redeat Pergamo.*

DICEBO. Nouius de Pathicis: *Primum, quod dicebo recte: ſecundum, quod dicebo, eo melius.*

DORMIBO. Cato de R R. *Valebit rectius, & dormibit lubentius.*

ESVRIBO. Pomponius Augure: *Imo mane: non eſuribis diutius: quare roga.*

EXPEDIBO. Plautus Truculento: *Ego expedibo: rem perdidi apud vos.* Pacuuius Periboea: *Mane expedibo.* Idem Athalanta.

INVENIBO. Pomponius Buccone Adoptato: *Saepe auuuit: inuenibit ſaepe.*

LARGIBAR. Propert. Eleg. 3. *Omniaq́; ingrato largibar munera ſomno.*

LINIBIS. *Vas operies, ac linibis.* Pallad. lib. 3. tit. 31.

MENTIBOR. Plautus in Milite: *Adſentiendum eſt, quidquid hic mentibitur.*

MOLLIBO. Horat. lib. 3. Od. 23. *Mollibit aduerſos penates.*

NESCIBO. Rhemmius Palaemon in Arte.

OBEDIBO. Afranius Maritis: *Meo vt obſequerer amori obedibo tibi.*

OPERIBO. Pomponius Praefecto morum: *Pater: at 'ſt: negato eſſe hic me: ego operibo caput.*

ORDIBOR, & *Ordiar* telam ſcriptum veteribus tradit Caper.

PERVENIBVNT. Pomponius Plutone Gorgonis: *Hominem beatum, quo illae peruenibunt diuitiae.*

REDDIBO. Plautus Vidularia: *Ego ſeruabo: quaſi ſequeſtri detis, neutri reddibo.* Plautus Menaechinis: *Saluum tibi ita, vt mihi dediſti, reddibo.* Item in Caſina.

REPERIBITVR. Pomponius Annulo poſteriore: *Quum nemo, qui a te recipiat, reperibitur.* Plautus Epidico: *Quid illa fiet fidicina igitur? aliqua res reperibitur.* Caecilius Oboloſtate: *Meae morti remedium reperibit nemo.*

SCIBO. Terentius ἑαυτοντιμ. *Scibis, cuius ſit vxor.* Item in Eunucho. Idem Phormione *Scies.* Plautus Rudente: *Scibis, faxo.*

SERVIBO. Terentius Hecyra: *Tuis ſeruibo commodis.* Plaut. Trinummo corrigente Gulielmo in qq. Plaut. *Animo ſeruibit, non ſibi.*

VENIBO. Pomponius Maccis geminis: *Sero eſt: ſexta ſi tibi placet, venibo.*

VIVEBO. Nouius: *Tibi, cum viuebo, fidelis ero.* Niſi ſi mauis: *Videbo.*

CVPIRET, *Cuperet.* Lucretius libro 1.

——— Perfringere vt arcta
Naturae primus portarum clauſtra cupiret.

FODIRI, Plauto, Terentióve. Columella libro 11. cap. 2. *Fodiri poſſunt*, anteaque ſaepicule.

PARIRE, *Parere.* Ennius: *Oua parire ſolet genu' pennis condecoratum.*

SECTIO

Digitized by Google

SECTIO SEXTA.

Gerundiorum, Gerundiuorum Variantia.

VNIVERSIM haec eſt Priſciani l.1. animaduerſio: *Apud antiquiſſimos quotieſcumq; N.D. ſequuntur in his verbis, quae a tertia coniugatione naſcuntur, loco E, V ſcriptum inuenimus, vt Faciundum, Legundum, Dicundum, Vertundum.* Quibus V ſcriptum fuiſſe facit indicium. Quod in iiſdem V. Marius quoque Victorinus explodit in Orthographia. Certe vel ex altiſſima Vetuſtate ad nos peruenere immutata ex XII. tabulis *Familiae erciſcundae*, & *Repetundarum* actio, indicium, cauſa, nec aliter quam V vocali mediam occupante legere memini. Eſt etiam in Verrina 6. *In dijs patrijs repetundis.* Ibidem: *In eo indicio, quod omnibus ſuas ad res repetendas, eſt conſtitutum.* Quae ſemel notata exemplarium inconſtantia fidem ſibi derogat.

ABEVNDI vbi non obuium? Illa vero Priſciani nota eſt lib.11. Plautus gerundium eius *Abiendi* dixit, non *Abeundi* in Amphitruone: *Abiendi etiam nunc tibi occaſio eſt.* *Abientem* vero prorſus abiicit Chariſius lib 3 & Diomedes lib.1.

DEVEHVNDO. Apuleius libro 7 de Aſino A. *Ligno monte deuehundo.* Ita ille pleraque ἀρχαϊκῶς.

DICVNDVM etſi veterum peculium Priſcianus arbitretur, pluries eſt in Verrinis edente Hotomano.

Verrina quinta: *Ornatiores tuo indicio ad teſtimonia dicunda venerunt.* Ibidem: *Ob ius dicundum pecunias.* Ac in tertia *Iuriſdicundi* coactim. An veteres Iurium Libros haec redolent? An a Tullianis myrotheciis non abhorrens eſt Antiquitatis odor? Sagunti Inſcriptio:

IVRI. DICVNDO. QVAESTORI.

DIVIDVNDI. Paterc.l.2. *IIIuiros agris diuidundis.* V. *Regundorum* M. Catonis oratio fuit de *praeda militibus diuidunda*, teſte Gellio lib.11.cap.18.

EMVNDI *duo ſunt genera*, in Verrina quinta. Atqui in ea ipſa paulum poſterius inconſtanter: *Ad emendum frumentum* In Plauti editionibus legimus Amphitruone:

In voſtris voltis mercimonijs
Emundis, vendundiq; me laetum lucris.

EXPERIVNDI. Tullius pro Caecina: *Qui ad conſtitutum experiundi iuris gratia veniſſent.* Ibidem: *Nulli experiundi ius conſtitutum.* Sed & hoc ſcriptum ad exemplum veterum formularum Iuris.

FACIVNDA. Pro Caecina: *Cum ad vim faciundam veniretur.* Verrina 7. *Quid cenſetis in hoc foedere faciundo voluiſſe Mamertinos impendere laboris?*

Romae vetus Inſcriptio FACIVNDVM:

SACRIS. FACIVNDIS. PONTIFICI. CVRARVNT

At Spoleti in Marmore: FACIEND. COERARVNT

Per V Inſcriptiones ſexcentae. Terentius Eunucho: *Faciundum fuis* —— Vbi Donatus *Legendum, Faciendum, Scribendum, Petendum. Et alibi*, inquit, *Arma acri facienda viro.*

GERVNDAE. Aliquoties Romae in Comitio: REI. GERVNDAE. CAVSA

HERCISCVNDA FAMILIA veteri inſcriptione in veteri Iure paſſim in Libb. Iuriſconſultorum.

MALE FACIVNDI *eſt poteſtas*, Plautus Sticho.

REDDVNDA. Lucret. lib.5. —— *Ratio reddunda ſit eſſe.*

REFERVNDVM. Accius Antenoridis: —— *Ad populum intelligo*
Referundum: quoniam horum aequiter ſententiae
Fuere ——

REGVNDORVM FINIVM ſcribitur l.1.§. Nemo in verb. *Communi diuidundo.*

SCRIBVNDO Inſcriptiones non paucae. Terentius:

Nam in prologis ſcribundis operam abutitur.

SECVNDVS ex eo more pro *Sequundus*, ſiue *Sequendus* a *Sequer*, quo de & nos alibi.

VISVNDI. Salluſtius in Iugurthino: *More humanae cupidinis ignara viſundi.*

CAPVT QVARTVM.

SECTIO PRIMA.

ADVERBIORVM

pluriformis Orthographia.

AEQVITER, *Aeque.* Liuius Aegiſto: *Nam vt Pergama Aceenſa, & praeda per participes aequiter partita eſt.*

AMICITER, *Amice.* Pacuvius Duloreſto: *Nunc ne illum exſpectes, quando amico amiciter feciſti.*

AMOENITER. Gellius lib.20. cap.7. *Hilare, atque amoeniter.*

AMPLITER, *Ample.* Pomponius Herede petitore: *Hem aptate pueri munde atque ampliter conuiuium.*

ASPERITER, Priſcianus. *Aſpere*, Tullius.

AVARITER. Quadrigarius Annal. 21. *Crudeliter ille, nos miſericorditer: auariter ille, nos largiter.*

Auare, Verrinae. Plautus Rudente: *Auidus poſcit eſcam auariter.*

AVIDITER. *Auide.* Apuleius de Aſino A. lib. 4. *Mecum ſaeuienti ventri tuo ſoles auiditer ingurgitare.*

Arnob. lib.5. *Innaſiſſe auiditer dulcedine potionis captos.*

BENIGNITER, *Benigne. Benigniter* Titinnius apud Priſcianum, & Nonium: *Nimium te patrocinari ſentio beniguiter.*

BLANDITER, *Blande. Blanditer* Titinnius apud Priſcianum.

CADVCITER. Varro lib.4. de L L. *Aut frigidos nimbos aquae caduciter ruentis.*

CREBRITER, v. *Crebro.*

DECORITER. *Decore. Decoriter fluctuabat* Apul.lib.11. de Aſino Aureo.

Decore, Plautus, Tulliusque.

DVRITER. *Dure.* Terent. in Andria: *Primo haec pudice vitam, parce, ac duriter agebat.*

Vtrumque agnoſcit Donatus, & vanum molitur diſcrimen.

FESTIVITER. *Feſtiue. Feſtiuiter* Gell. lib.1. cap 22.

HVMANITER. *Humane.*

Cicero in 13. Philipp. *Putare aliquid moderate, aut humane facturum.*

Idem ad Panſam: *De Antiocho feciſti humaniter.*

Chariſius lib.1. Humaniter φιλανθρώπως interpretatur: Humane ἀνθρωπίνως. Fulciri poteſt Martialis illo: *Quod nulli calicem tuum propinas, Humane ſatis Herme, non ſuperbe.*

IGNAVITER. *Ignaue.* Quadrigar. Annal. l.2. *Et qui ibi erant, non ignauiter potando eum diem pro meliore habuerunt.*

INDIGNITER. Romae in Inſula Tiberina:

ET. BIS. DECEM. ANNIS. NATA. INDIGNITER. CONCEPIT. LIBERVM. SEMEN. DVPLEX.

INHVMANITER. *Inhumane.* Cicero Verrin. 3. *Reſpondit illa, vt meretrix, non inhumaniter.* *Inhumane* Terentius.

INIMICITER. Quadrigar. Annal. 3. *Inimiciter tecum bellare ſtudemus.*

Inimice, Tullius.

IRACVNDITER. Ennius apud Priſcianum. *Iracunde*, Cicero.

INSANITER, *Inſane bene*, Plautus. *Inſaniter*, Pomponius. *Metuo illum. iocari neſcit: ludit nimium inſaniter.* *Inſane*, Plautus.

INTEGRITER vitioſe ſcribit Chariſ. l.2. ariolatur. *Integre* repetitur a Cicerone.

MISERITER. Apuleius lib.8. de Aſino A. *Summq́, auxilium miſeriter imploranti.*

Miſere amare, perire apud Comicos.

MOESTITER. Plautus Rudente: *Tum moeſtiter veſtitas.*

MVN-

CONGESTIM, *& aceruatim iacent*, Apuleius.
CONGESTE Capitolinus in Antonio.
FORTVNATIM. Ennius Annal. *Fortunatim, feliciter, ac bene vortat.*
Fortunate obuium ſatis.
FRVSTRATIM, & *Iunctim* non producto teſte numerant Artigraphi.
Fruſtra.
IVXTIM. Siſenna: *Vrbe condita iuxtim Numicum flumen obtruncatur.*
Liuius Aegiſtho: —— *In ſedes collocat ſe regias,*
Clytaemneſtra iuxtim, tertias natae occupant.
Iuxta.
OCCVLTIM. Solin. c. 10. *Occultim reptat, & per imprudentiam.*
Occultè. Ovidius: *Occulte ſiquis amauit, amet.* Cicero, alij.
PERPLEXIM. Plautus Sticho: *Vtrum ego perplexim laceſſam oratione.* Ibidem: *Perplexabiliter.*
PROPERATIM. Caecilius Oboloſtate:
Properanter, ex quo *Properantius* extulit Liuius.
PROPRITIM. Lucretius lib. 2. *Quid, genus humanum propritim de quibus auctum eſt? Proprie.*
REPENTE, REPENTIM, Ἐξαπίνης, Cyrilli Lexicum. Alterae Gloſſae: Ἀθρόως. *Summatim, Repentim.*
RESTRICTIM. Afranius Thaide: *Ea quae ferme melius ſedere conſultotibus.*
Quam reſtrictim cogitata, atque omnibus rationibus. Reſtricte, Tullius.
ROTATIM lib. 1. Diomedes.
SALTVATIM. Siſenna apud Gellium lib. 12. cap. 15. *Nos vna aeſtate in Aſia, & Graecia geſta, idcirco literis continentia mandauimus, ne velitatim, aut ſaltuatim ſcribendo lectorum animos impediremus.*
TEMVLENTER *eructant Aegyptias aues*, Colum. lib. 8. cap. 8.
Temulente.
TESTATIM. Iuuentius: *Caput ei teſtatim defregero.* Pomponius Verre aegroto: *Iam iſtam colaphis comminuiſſem teſtatim tibi.*
TVMVLTVATIM. Sidon. lib. 4. Epiſt. 1. *Viritim, viciſſimq́ue, non tumultuatim.*
Alias *Tumultuarie.*
VELITATIM. v. *Saltuatim.*
VISCERATIM *membra diſſipat*, Ennius Andromeda.
VICISSITATIM. Plautus Sticho: *Noſmet potius oneremus viciſſatim voluptatibus.*

SECTIO SECVNDA.

ADVERBIORVM

IN

O, & aliter vltimantium Orthographia.

AETERNO. Plin. lib. 2. cap. 107. *Vides aeterno hunc fontem ignium contexens fraxinum.*
Aeternum famula, Silius lib. 2.
ALTERNO. Iuſtin. lib. 2. *Solae terminos alterno defendentes.*
ARCANO. Caeſar lib. 2. Bell. Ciuil. *Ipſe arcano cum paucis familiaribus ſuis colloquitur.* Trinummo: *Arcano tibi ego hoc dico.* Cicero lib. 16. ad Att. epiſt. 30. *Lege arcano conuiuis tuis.* Quam in Cicerone lectionem Soſipater lib. 2. amplectitur. Alij *Arcane* nonnullis legunt locis.
ASSIDVO in Truculento. *Aſſidue veniebat*, Maro.
AVSPICATO. Terent. in Andria: *Haud auſpicato huc me appuli.* Nec aliter reperi.
CLANDESTINO. Diomedes lib. 1. Nec aliter reperi.
COGITATO 1. Offic. *Cogitate, Cogitatim* Feſtus.

COMMODO, Plautus Fribolaria. Siſenna: *Ipſe commodo de parte ſuperiore deſcendebat.* Quae apud vtrumque ſic legenda notat Chariſius lib.2. *Commode, Commodum* paſſim. *Commoditer* lib.3. ad Herennium: *Egregie, commoditerq́; notare oportebat.*

CONTINVOQVE *notas, & nomina gentu iunrnut.* Maro Georg. Cledonius in Arte notat *Continue* ſcribendum.

COTIDIO. Q. Caepio in Aemilium Scaurum lege Varia apud Fl. Soſipatrum: *Cum ab iſto viderem,* inquit, *cotidio hoſtes conſilio adiuuari.* Addit Soſipater: *Quae quidem ego non reprehendenda iudico, ſiqua ratio fortaſſe non firma, nec in legibus ſuis durans, interdumne ſuccumbit alienis elegantiarum remedijs acquieſcens,* fideque proclamat auctoritatis.

QVOTIDIANO. ſillabis quinque ſcribit Afranius in Vopiſco: *Etenim quotidiano in rebus maximis, qui praepoſitus nunc poteſt, qui meo ſit nixus nomine.* Fronto apud Marcum Imper. *Mihi ſatis, abundeq́; honorum eſt, quos mihi quotidiano tribuis.* Reponit in Captiuis Gulielmius: *Niſi cotidiano ſeſquiopus confeceris.* *Cotidie* habes in magna ſerie.

CREBRO pro *Crebre*, D. Auguſt. de Gram. *Crebiter* Vitruuij eſt lib.7.c.2. *Crebriter clauis ferreis fixi.*

DIRECTO. Iuſtiniani lib.2. Inſtit. tit.24. *Qui directo ex teſtamento liber eſſe iubetur.* *Directe* Cicero in Partit. *Directim* Macrob. lib.7.c.13. Iſidor. lib.2. Orig. cap 28. ac ſaepius, item Apuleius περὶ ἑρμηνείας.

Seneca epiſt. 66. *Illa bona directo optamus nobis.*

FALSO *queritur de natura ſua genus humanum*, Salluſt. Ovid.5. Faſtor.

Siue ego te feci teſtem, falſóve citaui.

FALSE per E Siſenna lib. 4. *Iudicium falſe factum.* Vide D. Auguſt. lib. de Grammat. Chariſius lib.1. *Deberemus enim dicere Falſe, & Prime, & Tertie ſecundum appellationes, quae ſunt Falſus, Primus, Tertius: quod non dicimus; ſed Falſo* ψευδῶς.

FESTINATO. S. Cyprianus epiſt.49.

FORTVITO vbi non? Apud S. Ambroſ. lib.1. de Voc. Gent. cap 7. *Fortuitu.* Sueton. in Auguſto: *Ingentia ſaxa fortuito ſuperne delapſa ſunt.*

HOC, HVC. Vide *Illo.*

ILLO, ILLOC, ILLVC. *Illo* Plautus Curcull. *Dico me illo adueniſſe animi cauſa.*

Seneca lib.3. de Ira: *Hinc te illo furor rapiet, & illuc alio.* S. Ambroſ. lib. de Naboth. c.6.

ILLOC, ἀρχαίως pro *Illuc.* Terent. Andria: *Cum illoc aduenio, ſolitudo ante oſtium.* Claudius Imp. in Oratione ſua: ILLOC POTIVS REVERTAR. At Mar. Victorino *Illuc* potius, quam *Illoc.*

Similiter *Hoc* pro *Huc.* Ita legit Hartungus in Epoda 6. *Quin hoc inanes, ſi potes, vertis minas?*

Aen. 8. *Hoc tunc ignipotens* ———

Vide *Illi* pro *Illic* in ſerie vocum pede claudicantium.

IMMERITE, ἀλόγως, ἀναξίως, Gloſſarium Latinogr. Promiſcui vſus *Immerito* per O.

INOPINATO per E Liuius, *Inopinanter* Sueton.

MATVTINO Diomedi lib.1. Plinio lib.7.c 53. *Matutine,* Priſcian. lib.4.

MVTVO, *Mutue.* Vide & *Mutuiter.*

NECESSARIO, & *Neceſſarie,* D. Auguſt lib. de Gram.

NIMIO, *Nimie* Chariſius.

NVMERO, & *Numere,* Feſtus.

PRECARIO. Terent. Eunucho: *Seu vi, ſeu clam, ſeu precario. Precarie* non memini.

PRAESTO *per O ſcribimus*, inquit ex Valeriano Caſſiodorus: *veteres per V ſcripſerunt.* Inde *Praeſtolari, non Praeſtulari,* ait.

PRAEFISCINO, *Praefiſcine, Praefiſcini.* Nec ad finalitatis variantiam ſequitur ſcripti variantia. Vide in media ſerie Orthographica. Afranius Conſobrinus: *Sed habitum ita, vt nunc obtinet, praefiſcine.* Per E non per I, inquit Cōminianus apud Fl Soſipatrum. Titinnius in Setina *Paula mea amabo, polin ad laudem addito Praefiſcini, ne puella faſcinetur.* Plaut. Aſinaria: *Praefiſcini hoc nunc dixerim.*

PRIMO, PRIME. Naeuius in Α'κοντιζομένῳ. *Acontizomenus fabula eſt prime proba.* Plautus in Milite: *Prime cata* ancilla.

PRIVATO *nos teniſſemus,* Liuius lib. 24. Ita Priſcianus.

PRIVATIM. Salluſt. in Catill. *Publice, priuatimq́;.* Plin. lib.2. cap.16.

PRIVATE. Cicero 7. ad Atticum: *Illud priuate non adſcribis.*

PROXIMO, proximis diebus Epiſt.16. l.3. ad Atticum: Idem de Senectute: *Cum ſenex* Οἰδίπους ἐπὶ Κολωνῷ *quam proxime ſcripſerat, liberatus eſt.* Ita legit Comminianus apud Fl. Soſipatrum. Ibidem: *Mihi ad ſapientis vitam proxime videntur accedere. Proxime* legunt alij.

QVOTIDIO. Vide *Cotidio.*

RARO,

Digitized by Google

RARO, *Rare, Rarenter.* Plautus in Rudente, inquit Chariſius lib 2. *Verum rare capitur.* per E. Idem *rarenter* Ciceroni tribuit. Statilius Maximus notat etiam per O ſcripſiſſe Ciceronem. Caecilius Panſimacho: *Aedepol voluntas homini rarenter venit.* Ennius Andromacha: *Sed quaſi ferrum, aut lapis duras: rarenter gemitum conatur.*

SEDVLO, *Sedule* vt *Hodie* E terminari ſcribit Priſcian. l. de Accentib. *Sedule, & Sedulo* Donatus Edit 2. V.D. Auguſt. de Gram.

SEMPITERNO, Victruuij 9. Cato dierum dictarum de conſulatu ſuo: *Ego mihi monumenta haec ſempiterno poſui.*

SERO. Thebaid. 1. *Sero memor thalami* —— Iuuenal. —— *Galateum ſero duelli. Poenitet* —— Thebaid. 2. —— *Queriturq; fidem iam ſero repoſci.* Georg. 4. —— *Sero comantem Narciſſum* —— Atque ita veteres quidam Maronis Libri, & Seruius Aen. 3. ad illud:

Tertio ſed poſtquam maiore haſtilia niſu. Chariſius autem lib. 2. pag. 195. *Tertia*, pro *Tertio*, inquit Tibullius vltimam protraxit: *Heu ſero reuocatur amor* —— Scribunt & alij *Sera comantem.*

TACITO *fugam molitur* Eliſa Iuſtini lib. 18.

TACITE Aeneid. 2. alibique.

TERTIO, QVARTO. *Tertium, Quartum* Gell. lib. 10. c. 1. *Familiari meo cuipiam literas Athenis Romam miſi In ijs ſcriptum erat me illi iam tertium ſcripſiſſe. Is ad me reſcripſit, petiuitq; vt rationem dicerem cur Tertium, ac non Tertio.* Vide reſtantia quam fuſiſſime, quae legit, ac ſecutus eſt D. Auguſtinus lib. de Gram.

TVTISSIMO. vt *Tuto.* Affert e lib. 7. ad Attic. Fl. Soſipater: *Vbi tutiſſimo eſſent.* *Tutiſſime* alij.

SECTIO QVARTA.

VS, & aliter variata Aduerbia.

ALIORSVS, & *Antrorſus* numerant Artigraphi. Per *Vm* exſcripta fere obuiam.

CLARITVS pro *Claro* veteres dicebant teſte Celſo ad Plauti Stichum. Vt *Primitus* & *Primo.*

COMMVNITVS. Varro Rerum Diuin. *Etenim vt deos colere debet communitus ciuitas: ſic ſingulae familiae debemus.* Et *Communiter.*

DEMVS. Feſtus: *Demum, quod ſignificat Poſt apud Liuium Demus legitur.* Legit & Gifanius, nec probat. exoleta, & antiquata hactenus amplecti, & indagare nimis facilis.

DEORSVS. Apul. l. 8. de A. A. *Iſto gladio deorſus ad meum Leopolemum viam quaeram.* Sic edente Vulcanio viro doctiſſimo. Lib. 9. *Deorſus in ipſa tabernacula. Deorſum* vbi non?

DEXTRORSVS, EXTRORSVS, & *Extrorſum* notat Soſipater lib. 2.

INTRORSVS eadem hic ab eodem Soſipatro nota.

Metam. 13. —— *Lacrymas introrſus obortas* *Deuorat ipſe dolor* ——

Seneca ad Polybium: *Abde introrſus dolorem.* Sall. *Introrſus prima Aſiae Bithynia.*

Coactum videtur ex *Introuerſus*: videnturque omnia in *Orſus* detrita ex *Vorſus.*

INTROVERSVS. Lucill. l. 30. *Quare fit, vt introuerſus, & ad te Spectant, atq; ferunt veſtigia ſe omnia prorſus.*

Pro *Introuerſus* perperam ſcalptum in aedibus Benzoniorum Romae *Introrurſus*. Communi ſcribendi forma *Introuerſum.*

PROVERSVS. Var. l. 6. de LL. *Apud Plautum: Vt tranſuerſus, non prouerſus cedit, quaſi cancer ſolet. Dicitur ab eo, qui is in id, quod eſt verſus.*

PRORSVS. Tuſcul. 2. *Non vltro appetendus: ſed ſubeundus, excipiendusq; dolor eſt. Ita prorſus exiſtimo.* Salluſt. in Catul. *Prorſus in facie, vultuq; vecordia inerat. Prorſum.* Plaut. Caeco, aut Praedonib. *Ita ſunt praedones: prorſum parcunt nemini.* M. Cato in Lucium Furium, Chariſius, alij. Scripſere quoque abſque R *Proſum.*

QVORSVS *potiſſimum in praedam*, lib. 1. Flor. Apul.

Seneca l. 2. de Ira: *Quorſus inquis, haec quaeſtio pertinet?*

Idem lib. 3. Natur. qq. cap. 19 *Quorſus hoc pertinet?*

Quorſum. In Eunucho: *Neque quo eam, neque quorſum.*

RETRORSVS. Silius lib. 11. *Cedentem impellit retrorſus in aequora pontum.*

Terentianus: *Nec ſecus partem retrorſus T dabit quum conſona eſt.*

Plin. lib. 7. cap. 5. *Ab ea gente retrorſus ad Cyrum amnem.*

Quinctil. lib. 5. cap. 9. *Sed quaedam & retrorſus idem valent.*

Aeneid. 3. —— *Relegens errata retrorſus*.

Ita libri aliquot veteres cum Priſciano .lib.11. Alij Libri *Retrorſum*. Vtrumque eſt Cyrilli Lexico.

RVRSVS, *Rurſum*. Vtrumque notat Cledonius in Arte. *Rurſus* per S alij negant redarguendi ex Aeneide tertia: *Rurſus ad oraclum Ortygiae* ——

Refelluntur & a Chariſio lib.2. ex his: *Rurſus in arma feror* ——

Scandunt rurſus equum —— Priſc.l.15. *Rurſus, & Rurſum, Prorſus, & Prorſum*.

SEORSVS. Afranius in Emancipato: *Vt abs te ſeorſus ſentiam de vxoria re*.

Plautus Rudente: *Centum minae Philippicae in paſceolo ſeorſus*.

Duzica editio: *Centum denaria Philippea in paſceolo ſeorſus*.

Apul. lib.10. *Singulis eorum ſeorſus admiſſu*.

SINISTRORSVS, & *Siniſtrorſum* ſcribi notat Fl. Soſipater.

SVRSVS, SVRSVM. In Epithaphio Lesbiae:

Quam ereptam terris pia numina ſurſus tulerunt.

Adiectamentum.

FORS, *Forſan, Forſitan, Fortean, Fortaſſean, Forte, Forſit*. Cledonius in Arte notat ſcribi varie: *Forte, Fortaſſe, Fortaſſis, Forſan, Forſitan, & Fortaſſean*.

FORS. Aen.2. *Quos illi fors ad poenas ob n. r. Eff*.

—— Aeneid.6. *Et fors omne datum traherent per talia tempus*.

In 5. *Et fors aequatis cepiſſent praemia roſtris*.

FORSAN. Aen.1. *Forſan & haec olim m. i*.

FORSIT. Horat.1. Sermon. *Difficile hoc illi eſt: quia non vt forſit honorem*

Iure mihi inuideat quiuis ——

Lucretius lib 6. *Forſit & Aethiopum de montibus altis*.

FORTASSEAN ſit, *quos hic non inertot metus*, Accius Antenoridis.

FORTE *ſua Libycis* —— Maro.

FORTVITO paſſim. D. Auguſtin. lib.4. de Ciuit. cap.18. bis *Fortuitu*. Item cap.19.

PEREGRE, *Peregri* per I. Chariſius lib.2. *Peregri cum in loco eſt*. Plautus in Perſa: *Quia herus peregri eſt*. Naeuius in Tarentilla: *Primum ad virtutem vt redeatis, abeatis ab ignauia, domo praeſens patriam vt eolatis potius, quam peregri probro*. *Peregre dicimus*, inquit, *cum abit quis in locum*.

PROTINVS. *Protinam* legiſſe Nigidium in Phormione teſtis eſt Donatus.

SINGVLARIE, pro *Singulariter* notat e Cicerone Statilius Maximus. Pariſſima haec aduerbia adiectiuis *Singularis*, & *Singularius*.

CAPVT QVINTVM.

SECTIO PRIMA.

Vocabula Priſcos apud literis auctiora vel ſillabis ὀρθογραφηθέντα.

Auctiora ΠΡΟΘΕ´ΣΕΙ.

PLATO in Cratylo: Ἐάν τι ἀφέλωμεν, ἢ προσθῶμεν, ἢ μεταθῶμέν τι, γέγραπται μὲν ἡμῖν ὄνομα, οὐ μέντοι ὀρθῶς. ἀλλὰ τὸ παράπαν οὐδὲ γέγραπται. ἀλλ᾽ εὐθὺς ἕτερόν ἐστιν, ἐάν τι τούτων πάθοι. *Siquid erit Sublatum, Additúmve, aut Tranſpoſitum, ſcriptum equidem nobis verbũ erit: at non recte. At ne quidem ſcriptum omnino: ſed ſtatim aliud erit, ſi quid horum acciderit*. Terentij Scauri vox lib. de Orthographia: *Scribendi autem ratio quatuor modis vitiatur: per Adiectionem, Detractionem, Immutationem, Adnexionem*. Quod effatum vt verum eſt: ita vbi Priſcos adiectamentum adhibuiſſe, quidpiam detraxiſſe, vel immutaſſe comperimus, eos a vitio defendimus, quorum eſt pro lege Auctoritas. Fl. vero Soſipater, & Diomedes *Adiectionem* πρόσθεσιν appellitant: ſed inſecuturis Adnotamentis πρόθεσιν commodius cum Donato, & Probo l. 1. Inſtit. dicemus. Eſt enim ad caput adiectamentum πρόθεσις: πρόσθεσις vbilibet. Intento animo ſcripſit Pollux lib. 3. cap. 13. Κατὰ τὰς τῶν προθέσεων προσθέσεις.

ESVM, pro *Sum* veteres ſcriptitaſſe auctor eſt Varro lib.8. Indicio eſt τὸ *Eſſe, Eſt, Es*.

GNATVS, *Gnauus, Gnarus*. *Gnatus* tamen ex *Generatus* conciſum retur Iul. Scaliger lib.1. de Cauſis L L. cap.19.

GNOBI-

GNOBILIS. *Antiqui per G literam*, Feſtus. Plautus Pſeudolo: *Peregrina facies videtur hominis, atque gnobilis.*

Accius Diomede: *Ergo Argos referam: nam hic ſum gnobilis.*

SCISCIDI ſcripſere. Priſcian.l.1. *Antiquiſſimi etiam Scindo Sciſcidi dicebant, Scindidi* quid? *quod iuniores Scidi.*

Afranius in Homine: *Satis fortiter paulo veſtras ſciſcidiſtis colus.* Accius Sotadicorum 1. *Non ergo aquila ita, vt praedicant, ſciſciderat pectus:* Naeuius Teſticularia: *Imo quo ſciſcidimus, conſcindam atque obiiciam.* Ennius Menalippa: *Cum ſaxum ſciſciderit.* His locis omnibus commodius ſcribas *Seſcidi*, ſi Gellio fides lib.7.cap.9.

STLITES, STLOCVS poſterius videnda.

TETVLI. Valer. Probus ex vetere Poëta: *Nunquam tetuliſſem pedem.* Fl. Soſipater lib.4. *Concitum tetuli gradum*, ex vetere. Accius Andromeda: *Donec tu auxilium Perſeu tetuliſti mihi.*

Plautus Menaechinis: —— *Qui huc in hanc vrbem pedem*
Niſi hodie, numquam in ro tetuli. Rudente: *Tetuliſſe auxilium.*

Ennius: *Ilia dia nepos, quas aerumnas tetuliſti.*

TETINERO. Feſtus: *Purime tetinero*, pro *Puriſſime tenuero.*

SECTIO SECVNDA.

Auctiora ΠΑΡΕΝΘΕ'ΣΕΙ.

MEDIAM Literae, aut Sillabae vnius, pluriúmve interiunctionem παρένθεσιν recte, ac ſignificanter Fl. Soſipater appellitat, & Probus lib.1. Inſtitutionum productis in exemplum *Relligio, Indugredi, Mauors, Nauita.* Donatus E'πένθεσιν dicens *Interiunctionem* plene exprimit: rem non aeque.

ABSCONDIDI. Plautus in Carbonaria: *Secundum ipſam aram aurum abſcondidi.*

ACCIPITERIS. Priſcianus lib.6. ex placito Caeſellij Vindicis.

ADDVCITVRAM, pro *Adducturam* probat Lipſius, vt *Atterituram* l.5. Antiq. Lect. c. 3.

ADDVO, pro *Addo.* Gloſſae: *Adduo*, προςτιθῶ.

ALCVMENA in Amphitruone Plauti pro *Alcmena.*

ANCIPES apud Priſcianum lib.3. Plautus Rudente:
Poſt altrinſecus eſt ſecuricula ancipes.

Iterumque ita legit lib.6. pro *Anceps.*

ANNVVIT ab *Annueo* apud Ennium, qui ſcripſit etiam *Pugnare abnueo m. L.L.*

APOLINERIS. Varr. l.4. de L L. *Collis Salutaris quarticeps aduorſum eſt Apolineris aedem, & Salutis.*

ARBITERIO *Largiae Fortunae*, Romae Inſcriptio ad portam Traiani.

AVCVPES pro *Auceps* ſimiliter.

BOVERVM pro *Boum.* Sic in optimae notae Varronis Exemplaribus hodieque ſcriptum exſtat lib.3. *Quot iuga bouerum.* & lib.7. de L L.

CALIM vſi Veteres pro *Clam*, Feſtus.

CAVITIO, pro *Cautio.*

CONCORDIS. Caecilius Cratino: *Modo ſit obſequens hilaris, comis, communis, concordis: dum id, quod petit, potitur.*

DISCORDIS. Pomponius in Satyra: *Blanda, fallax, impotens, ſuperba, diſcordis.*

DANVNT pro *Dant.* Pacuuius Iliona: *Spatium vlciſcendi danunt.*

Caecilius Plocio: *Quando optata non danunt.*

DETOTONDI. Ennius Annalibus: *Deq; totondit agros laetos, atq; opida cepit.*

Varro in Magno Talento: *Detotonderat forcipibus viti carpiferis.*

DIESPITERIS, & *Dieſpitris* a *Dieſpiter* ex Caeſellio Vindice Priſcian. lib.6.

DIRVITAM pro *Dirutam.* Romae in S.Marco. C. VETTENIVS. AVSPICALIS. AEDICVLAM. DIRVITAM

DIVITO. Accius Aſtyanacte: *Nihil credo auguribus qui auris verbis diuitant*
Alienas, ſuas vt auro locupletent domos.

Paſſim *Dito.*

DVBIENVS pro *Dubius*, Feſtus, vt *Socienus* Plauto in Amphitruone pro *Socius.*

DVCITVM pro *Ductum* lib.1.D. de teſt. mil. Notauit M.Briſſonius.

DVIT paſſim in paulo vetuſtioribus, atque etiam ſcripſere *Duuit* geminante V.

DVVIT pro *Duit*, & hoc pro *Dederit*, Feſtus in *Duit*, & *Produit*. XII. tabulae:

TER. VENVM. DVVIT

ESCIT pro *Erit*. Lucret. lib. 1. *Ergo inter rerum ſummam minimamq́, quid eſcit.*

VITIVM. ESCIT. XII. Tabulis.

EXPLENVNT, pro *Explent*, Feſtus.

EXTEMPVLO in Aulularia, ſaepius.

FAVITOR, pro *Fautor*. Plautus: *Sicui fauitores delegatos ſenſerunt.* Apul. Apologia: *Auctor, conciliator, fautor. Fauitorem tibi me*, Lucill. l. 28. Plautus Amphitruone.

FERINVNT. Feſtus: *Solinunt, ferinunt* pro *Solent, Ferunt.*

FRVOR: Olim *Fruinor, Fruiſcor, Fruiniſcor, Frunſcor*: Vnde *Infrunitus.*

FVVISSET apud Ennium pro *Fuiſſet.*

GRAVII, qui olim Graij. Silius l. 3. *Et quos nunc Grauios violato nomine Graiûm*

Oenacae miſere domus ——

HABVVERIT pro *Habuerit* apud Plautum.

HACCETENVS. Vt ad *Hic* ſillabica facta eſt acceſſio τοῦ *Ce*: ſic *Hactenus*, *Haccetenus*, Marius Victorinus in Orthographia.

HIBVS ἀρχαϊκῶς pro *Hu*, vt *Ibus* pro *Is*, ſeu *Iis* Notat Priſcianus l. 13. Plautus Curculione: *Pariſsimi eſtis hibus.*

HOCCEDIE. Mar. Victor. Vide *Haccetenus*, pro *Hodie.*

INCITEGA pro *Intega*, Feſto. Idem: *Incitegere* pro *Integere.*

INDVGREDI. *Ingredi* alias.

INFERA pro *Infra* aduerbium. Aletrij Tabula de marmore perantiqua

QVAE. INFERA. SCRIPTA. SONT.

INTERATIM, pro *Interim* Feſto.

INTERDVATIM, pro *Interdum* Feſto.

IOS pro *Is* ſcripſit Antiquitas. Gloſſae ab Her. Stephano: *Ioſipſe*, Αὐτός. Probat Lipſ. l. 3. Epiſtolic. Feſtus e Numae legibus *Ipſos.*

SIQVIS. ALIVTA. FAXIT. IPSOS. IOVI. SACER. ESTO

Praenotauimus.

ITINER. pro *Iter*. Plautus Mercatore:

Quin tu ergo itiner exſequi meum me ſinis?

Turpilius Thraſyleone.

IVPITERIS, & *Iupitris* a *Iupiter*, Priſcian. lib. 6.

LAVABRVM, Mar. Victorinus notat. Politior aetas exarauit *Labrum:*

LVCINA, poſt *Luna*. Tullius lib. 2. de Natura D.

LVVIT apud Lucillium pro *Luit*.

MAMERS, MAVORS pro *Mars* Oſcorum lingua, Feſtus. At pace Feſti dixerim. *Mars* eſt pro *Mauors*: hoc enim antiquius quaſi *Magna vertens* fide Tullij in 2. de Natura D.

MARSPITERIS, *Marſpitris*, Ex Caeſellio Vindice l. 6. Priſcian. ſillabis quatuor.

MINONIS pro *Minois*. Sall *Daedalum ex Sicilia profectum, quo Minonis iram, atque opes fugeret.*

MORIRI pro *Mori*. Plautus Rudente: —— *Certum eſt moriri, quam hunc pati*

Lenonem in me graſſari ——

Idem in Vidularia. Pomponius in Ariſta: *More fit, moriri ſuam quiſq; vxorem vt velit.*

MVLCIBERIS, & *Mulcibris* tribus abſolute ſillabis, Priſcian. lib. 6.

NAVITA pro *Nauta*. Donatus Epentheſin vocat τοῦ I producto illo: *M. Cato cum in Hiſpaniam proficiſceretur: Nauitae quod ſecum portauerant vinum, atq; oleum vſus tantum eo ſum.* Itaque ſcribitur *ſecundum incorruptam conſuetudinem*, inquit Feſtus, qui poſtea *Nautae*. Et Graecis: Ναύτης, Ναυίτης Iul. Scaligero *Nauta* primum fuit cap. 19. de Cauſis L. L.

NECERIM pro *Nec eum*, Feſtus.

NEGVMATE pro *Negare* Cn. Marcus in priſco carmine apud Feſtum.

NEQVINVNT pro *Nequeunt* vetere Parentheſi. Liuius Odyſſia: *Nequinunt Graeciam redire.*

NINGVLVS pro *Nullus*. Ennius: *Qui ferro minitere, atque in te ningulus mederi queat.*

OBESCIT apud Feſtum pro *Obſit.*

OBINVNT, pro *Obeunt*, Feſtus.

OPSCI, *Oſci*, Producit ex Ennio Verrius: —— *De muris rem gerit Opſcus.*

OPI-

OPITERIS, *Opitris*, Priſcianus lib.6. ex Caeſellio Vindice.

PLVVERAT pro *Pluerat*; Menaechinorum Prologo:

Nam rus vt ibat forte, vt multum pluuerat.

POTESSE pro *Poſſe*. Terent. Andria: *Sed nihil tamen poteſſe*. Plaut. Moſtell. *Poteſſe diſſimulando inſectum hoc reddere*. Pſeudolo: *Alium poteſſe nemonem.*

PRAECIPES. Plautus in Commorientibus. *Saliam in puteum praecipes.*

Liuius in Ione: *Seq́, in alta maria praecipem inops, aegra ſanitatis* Herois.

Ennius Annal.17. *Aut intra muros, aut extra praecipe caſu.*

PRAEPOSIVI. Plautus Rudente: *Lucrum praepoſiui ſopori, & quieti.*

PRODINVNT pro *Prodeunt*. Feſtus.

PRODVIT, Idem Feſtus.

RECIPERO, veteres, poſt *Recupero*. Nec ante obliti ſumus.

REDINVNT *in patriam*, Feſtus.

RIEN pro *Ren*, Plautus in Satyrione.

SEPELITVS. Cato in Thermum: *Mortuus eſt, ſepelitus eſt*. Ita legit Priſcianus integra: *Sepultus abſciſſe*.

SOCIENVS in Amphitruone pro *Socius*. Vide *Dubienus*.

SOLINVNT, Vide *Ferinunt*.

SORTIS pro *Sors*. Plautus in Caſina: *Vide, nequa illic inſit alia ſortis ſub aqua.*

SPERES pro *Spes*. Ennius lib. 2. *Et ſemel effugit ſperes ita funditus noſtras.*

Lib.6. *Spero, ſi ſperes quidquam prodeſſe potiſſunt.*

Varro Ὄνῳ λύρας: *Et auditatem ſperibus lactet ſuis.*

Vnde & *Proſpere*, inquit Nonius, quaſi dicas pro *Spe, & exſpectatione*. Eccui proba haec ratio?

SVPERA aduerbium. Cicero in Arato: *Toruus draco ſerpit ſubter, ſuperaq́, retorquens*

Seſe ———

Ibidem: *Huic ſupera duplices humeros affixa videtur* *Stella* ———

Certius exemplum e cippo vetuſto:

REE. FVIT. EE. VERO. PLVS. SVPERAQVE. PARENS.

SVPERESCIT, pro *Supereſt*. Ennius: *Dum quidem & vnus homo Romae totae ſupereſcit.*

TVNSVS pro *Tuſus*. Colum. lib.6. cap.8. *Eandem partem allio tunſo, & halecula linire.* Celſus, alij, & nos alibi.

SECTIO SECVNDA.

Auctiora ΠΡΟΣΠΑΡΑΛΗΨΕΙ.

Προσπαράληψιν appellitant elementa, ſillabáſve vocabulorum pedi affixa Diomedes lib.2. Probus lib.1. Inſtit. & Fl. Soſipater. Donatus etiam προσπαράληψιν vocat Παραγωγήν, vt: *Admittier*. Claſſem ordinemus aliquam.

CVME, pro, *Cum* veteribus ſcriptitatum Scaurus teſtatur, eſtq́; in Saliari carmine.

DICE pro *Dic*. Plautus Rudente: *Dice dum*

In eo enſiculo literarum quid eſt? Iterum in Mercatore, Curculione.

DONICVM pro *Donec*. Liuius apud Chariſium lib 2. *Ibi manens ſedeto, donicum videbis me carpento vehentem domum veniſſe*. Plautus Vidularia: *Neutri reddibo, donicum res diiudicata ſit*. Captiuis, Moſtellaria, Cato frequenter Item *Doniquum*. Ita correctior fuerit Inſcriptio Romae in domo Iac. Alberici: DONIQVIES. LOCVS. QVEM. EMERAM. AEDIFICARETVR. ſcripto DONIQVVM. IEIS. Cato de RR. cap. 146. *Donicum ſolutum erit.*

FACE. Faſt. 5. *Et face vt emtori verba dediſſe iuuet.*

Sic *Duce, Circumduce*. Moſtellaria: *Duce me amabo*. In Rudente: *Duce me ad illam.*

Ibidem: *Circumduce has aedis, & conclauia.*

TRADVCE. In ἑαυτοντιμωρ. *Ancillas omnes Bacchidis traduce huc.*

Eoq́ue adiectamento *ſalua eſt regula*, neſcio quis ait ex magiſtrorum numero.

IVGER (*pro Iugere*) *mi calices amariores*, Catullus.

FILIE pro *Fili*. Liuius Andronicus in Odyſſ. *Pater noſter Saturni filie*. Sic veteres *Virgilie, Mercurie* Priſciano teſte lib.7. qui id genus Vocatiuos *perfectos* autumat: curti namq́ue & manci videntur in I ſingi, de quibus ante.

OMINO, *Ominor.* Pomponius Cretula, vel Petitore: *Bene eueniat, ita ſit: & tibi bene ſit, qui recte ominas.*

OPINO, *Opinor.* Plaut. Bacchid. *Praeneſtinum opino eſſe: ita erat glorioſus.* Priſc. l.8.

Pacuuius Chryſe: *Iuuenem opino eſſe optumum.* Caecilius Aſoto: *Nihil fore opino inter me, & illum.*

OPITVLO, *Opitulor.* Liuius Equo Troiano: *Da mihi haſce opes, quas peto, quas precor: corrige, opitula.*

OSCVLO, *Oſculor* Titinnius Ilarubra: *Laudor, quod oſculaui priuignae caput.*

PAGARE vide *Propagare*, & *Pagere* hanc in claſſem conferri poteſt ex libro 2. ad Herennium.

PATIO, *Patior.* Naeuius in Proiecto: *Populus patitur: tu patias modo.*

PERCONTO, *Percontor.* Nouius Maleuolis: *Si percontaſſem, malum hoc me praeteriſſet.*

Naeuius Belli Punici l. 2. *Blande, & docte percontat: Aeneas quo pacto vrbem Troiam liquerit.*

PERSCRVTO, *Preſcrutor.* Plautus Aulularia: *Poſtremo hunc iam perſcrutaui.*

POLLICEO, *Polliceor.* Varro Anthropopoli: *Ne dares, ne polliceres, quod datum eſt.* Sic apud Vlpianum *Actio. pollicetur*, id eſt, *Promittitur* interprete Briſſonio παρέργων lib. ſingulari.

POPVLO, *Populor.* Quadrigarius: *Agrum Nolanum populare coeperunt.*

Accius Aſtyanacte: *Qui noſtra per vim patria populauit bona.*

Georg. l. 1. Plautus Foeneratrice: *Quae ego populabo probe.*

Pacuuius: ——— *Patriam populauit meam.*

PRAESTOLO, *Praeſtolor.* Turpilius Pedio: *Ego praeſtolabo illi.*

Liuius Tereo: *Nimis pol imprudenter ſeruus praeſtolaras.*

PRECO, *Precor*, Priſcianus lib. 8.

PROCO, *Procor.* Nouius in Procacitas ex Liuio Andromico: *Maieſtas mea procat.*

PROELIO, *Proelior.* Ennius Achille Ariſtarchi: *Ita mortales inter ſeſe pugnant, proeliant.*

PROFICISCO, *Proficiſcor.* Turpilius Hetaera: *Hortatur hominem quam-primum proficiſceret.*

PROGREDIO, *Progredior.* Nouius Vindemiatoribus: *Quis ſtas? Age te inanem, prius, progredi.*

Vtrumque Priſcianus Antiquitate laudata proponit lib. 8.

RECORDO, *Recordor.* Quadrigar. Annal. lib. 3. *Is vbi Dacium cognouit, & patria eum recordauit.* Alij citant e lib. 5. *Recordo, Recordor* ſcripta fuiſſe credo Priſciano l. 8. Philoxeni Gloſſae: *Recordat, ἀναμιμνήσκει.* Sed hic ἐνεργητικὸν eſt.

REMINISCO, *Reminiſcor.* D. Auguſt. lib. de Grammatica: *Quis enim dicat Reminiſco, Recordo?* Auſonij ludus: *Qui Reminiſco putat ſe dicere poſſe Latine, Hic vbi Co ſcriptum eſt, legeret Cor: ſi cor haberet.* Bona tamen horum pace nota Priſcianus lib. 8. *Reminiſco, Reminiſcor* pro eodem vſurpata. v. Seriem Alphabetariam.

RHETORICO, *Rhetoricor.* Nouius Aſinio: *Age nunc, quando rhetoricaſti: reſponde, quod te rogo.*

RIXO, *Rixor.* Varro Armorum Iudicio: *Illic viros hortari, vt rixarent, praeclari Philoſophi.* Idem Sereano περὶ ἀρχαιρεσιῶν: *Dormit alius, nimirum vigilant, clamant, calent, rixant.*

RVCTO, *Ructor.* Papinius 2. Siluarum:

Ructaſſent dites Veſuuina incendia Locros.

SACRIFICO, *Sacrificor.* Varr. l. 2. c. 8 de RR. *Ipſi pro ſe ſacrificarentur.*

SCISCO, *Sciſcor*, Priſcianus lib. 8.

SCRVTO, *Scrutor*, Priſcianus libro 8. Plautus Aulularia: *Poſtremo hunc iam perſcrutaui.*

SECTO, *Secutor*, Priſcian. lib 8.

SEQVO, *Sequor*, Priſcian. lib. 8.

SIGNIFICO, *Significor*, Gellius lib. 18. cap. 12.

SORTIO, *Sortior*, Priſcianus lib. 8. Adde Varronem lib. 20. Rerum humanarum: *Cum venerint cenſores, inter ſe ſortiant.* Ennium Creſphonte: *An inter ſe ſortiunt vrbem, atque agros.*

SVAVIO, *Suauior.* Pomponius Munda: *Ego illam non amplectar? ego non ſuauiem?*

SVFFRAGO, *Suffragor.* Siſenna hiſtor. lib. 23. *Multi populi plurimae concionis dictaturam omnibus animis, & ſtudijs ſuffragabant.*

TVMVLTVO, *Tumultuor.* Macrob. l. 2. Satur. ca. 10. *Populum Romanum obiurgat, quod Roſcio geſtum agente tumultuauerit.* Plautus Rudente: *Quid tumultues.*

Tumultuor ſcribunt Plautus, Ter. Cicero, Caeſar, Priſcian. lib. 8.

TVTO,

Digitized by Google

TVTO, *Tutor*, Plautus Mercatore: *Inuoco vos Lares Viales, vt me tutetis.* Naeuius Lycurgo: *Tuos qui celſos terminos tutant.* Priſcianus lib. 8.

VAGO, *Vagor.* Plautus Milite: *Te alloquor vitij, probriq́, plena, quae circum vicinos vagas.* Serenus in Opuſculis:

Rure puella vagat viridi ———

Ennius Hectoris Lytris: *Constitit credo Scamander, arbores vento vagant.* Pacuuius Medo, Turpilius Leucadia, Accius Bacchis, Pomponius Pappo praeterito, Varro ſaepius. Lipſius in Propertio legit: *Quocunq, vagabis Cynthia* —— ex Farneliano. Pacuuius, Accius, Turpilius, Tacitus Epiſt. 1. *Vagare gaudio coeperat* ——.

VENERO priſce. Plautus Truculento: *Date mihi huc ſtactam, atque ignem in aram, vt venerem Lucinam meam.* Ita Canterus lib. 6. Nouarum cap. 24.

VTO pro *Vtor*. Tabula aenea Romae: LEGIBVS. SVEIS. ITA VTVNTO Quam ſcriptionem adſtruit loquendi genus: *Vita data eſt vtenda* ——

VLCISCO, *Vlciſcor*. Ennius Eumenidibus: *Niſi patrem materno exanclando vlciſcerem.* *Vlciſco, & Vlciſcor,* veteribus anctoribus adſcribit Priſcian. lib. 8.

VOCIFERO, *Vociferor.* Varro lib. 3. c. 9. de Re R. *Vociferant ſaepe in certamine pertinaces.* Vtrumque Priſcianus agnoſcit in 8.

SECTIO TERTIA.

EDIM, COMEDIM, *Edit, Comedit.* Pomponius Proſtibulo: *Ego quaero, quod edim.* Atque ex Codice Blaudiniano reſcripſit in Epodis Horatianis Nannius:

Edit cicutis allium nocentius.

Diomedes lib. 1. legit apud Maronem:

Nec te tantus edit tacitam dolor ——

Plautus Aulularia: —— *Quid tu, malum! curas, Vtrum coctum, an crudum edim?*

Plautus Bacchid. *Quod dem ſcortis, quodq, in luſtris comedim, congreget pater.*

Cicero ad Varronem: *Cura, ſi me amas, vt valeas: ne ego te iacente tua bona comedim. Statui enim tibi ne aegroto quidem parcere.*

Plautus Poenulo conferente Nonio: *Eſt domi, quod edimus, ne nos tam contenas.*

Caecilius, & Pomponius apud Nonium. Pro *Edam, Edat, Edamus.*

Verum ita ſcriptum Tullio quis fidem commodet vel Nonio, vel P. Victorio? Vix, aegreque inducar, ni veteris Poëtae alicuius fruſtum Tullius vſurpauit, quae mea mera ſuſpicio eſt.

BOVNT, *Boant.* Pacuvius Medo: *Clamore, & ſonitu colles reſonantes bount.* Varro Parmenone: *Exeunt citi, ſtrepunt, bount.*

LAVIT, *Lauat.* Varro ἑκατόμβῃ, περὶ θυσιῶν:

Pater vt cruore laueret aratum aggerem.

Maro: —— *Lauit ater corpora ſanguis.*

Ennius Hecuba: *Heu me miſerum interij: pergunt lauere ſanguen ſanguine.*

Accius Medea: *Lauere ſalſis vultum lacrymis.*

Pomponius Petitore haerede: *Iampridem volo latrinam laui.*

SONIT, RESONIT. Accius Finidis: —— *Vnda ſub vndis Sonat, Reſonat, Labunda ſonit.* Priſcianus & Alcuinus vtriuſque meminerunt.

Pacuuius Duloreſte: *Aura reſonit crepitu muſico.*

Accius Atreo: *Sed quid tonitru turbida torno*
Concuſſa repente aequora coeli
Senſimus ſonere? ——

Idem Iliona: *Valuae ſonunt.*

TONIMVS, *Tonamus.* Varro Eumenidibus: *Tibi tympana non inani ſonitu matri Deum tonimus.*

ESTVR, *Eſt, Edit.* Ovidius: *Eſtur vt occulta vitiata teredine nauis.* Diomedes lib. 1. Colum. lib. 2. cap. 10. *Dum eſt in filiqua, eſtur.* Maro in 4. —— *Eſt mollis flamma medullas.*

POTESTVR, *Poteſt. Poteratur.* Pacuuius Chryſe: *Si qua poteſtur inueſtigari via.*

Lucret. lib. 3. *Quod tamen expleri nulla ratione poteſtur.*

Ennius: *Nec retrahi poteſtur imperijs.*

Quadrig. Annal. lib. 3. *Adeo memorari vix poteſtur, vt omnes ſimul ſuum quiſq; negotium aderti eſſent.*

Scaurus de vita ſua *Poteratur*, ſicut *Poßitur* ſcripſit. Coelius Annal. lib. 1. *Quum iure ſine periculo bellum geri poteratur.* Quadrig. Annal. lib. 1. *Quum non poſſetur decerni vtrim putaretur victoria eſſe.* Varro & Siſenna *Poßitur.*

POTESSE, *Poſſe.* Terent. Eunucho: *Sed nihil tamen poteſſe.* Alias per I *Potiſſe.*

POTISSVM. Lucill. in Satyra: *Nam ſi quod ſatis eſt homini, id ſatu eſſe potiſſet,*
Hoc ſat erat: nunc cum hoc non eſt, qui credimu' porro
Diuitias vllas animum mi explere potiſſe? Apud eundem *Potiſſent, Potiſſum.*

Lucret. & Terent *Potiſſe.* Catullus *Potißit.*

TVOR, CONTVOR, INTVOR abſque E. Statius lib. 3.
—— *Haec oſcula uati Veſtra tuor* —— ?

Thebaid. 8. *Namq; modo inſenſos vtero mihi contuor enſes.*

Idem: *Armigeras ſummi Iouis exſultante caterua*
Intuor, Inachij ——

SECTIO QVARTA.

Varia Praeteriti Orthographia.

ARDVERINT pro *Arſerint.* Inſcriptiones Fr. Arualium ARBORES. LVCI. SACRI. D. D. ATTACTAE. ARDVERINT

AVSI. *Auſus, ſum.* Cato Cenſorinus in Orat. pro L. Antonio: *Beneficij poſtridie iußiſti adeſſe in diem ex die, non auſi recuſare. Auſerim,* & συγκοπῇ
Auſim vel tenui vitem committere ſulco, Georg. 2.

GAVISI, Liuius in Odyſſea: *Quoniam audiui paucu, gauiſi.* L. Caſſius Hemina in 2. Annalis *Idq; admiratum eſſe gauiſi.*

IMPELLI, *Impuli.* Terent. Hecyra: *Qui illum ad laborem impellerim.*

PERI, *Perij.* Notat Probus Tullio adamatum *Perij*: Terentio *Peri.*

POSIVI, *Poſui.* Exinde *Depoſiui, Praepoſiui, Repoſiui.* De ſimplici teſtatur Priſcianus lib 9. Catull. *Prope Deliam depoſiuit oliuam.* Nota e Plauti Vidularia: *Nam apud ſequeſtrum vidulum poſiuimus.* Inſcriptio in Valle Dianaë *Ponteis, miliaria, tabellario ſue* POSIVET.

Plaut. Aſinar. *Repoſiui remum.* In Rudente: *Lucrum praepoſiui ſopori, & quieti.*

Moſtellaria: *Hic depoſiuit caput, & dormit.* Cato de R R. *In legibus poſiuerunt.* Apuleius in 1. Hermagorae: *Et cibatum, quem iucundum eſſe nobis animaduerterant, eum appoſiuerunt.*

In decreto finium regundorum Genuates inter, & Veiturios:

CONTROVERSIAS. COMPOSEIVERVNT

PRAEREPSIT pro *Praeripuit.* Inſcriptio Neapoli:

QVEM. IMPORTVNA. MORS. ADEMIT.
PRAEREPSITQVE. SENII. BACVLVM.

TENIVI, *Tenui.* Chariſius veteribus arrogat lib. 2.

TERVI, *Triui.* Poſterius deligit auctoritate Virgilij antiquos ſecuti Vel. Longus in Orthographia: *cum enim Teruiſſe*, inquit, *non impediente metro dicere potuiſſet, maluit dicere*
—— *Calamo triuiſſe labellum.*

Tibull. lib. 1. *Aut operi inſuetas atteruiſſe manus.*

SECTIO QVINTA.

Verborum Quartae Futuri varians Orthographia.

VETERES ea per *Ibo* ſcripſere.

ADIBO.

APERIBO. Pomponius Vernionibus: *Aperibo: non poſſum pati.*

AVDIBO. Ennius Pancratiaſtis: *Quo nunc me ducis? vbi molarum ſtrepitum audibis maximum.* Caecilius Nauclero: *Num habeo, audibis: praeterea, ſi dicis, filia redeat Pergamo.*

DICEBO. Nouius de Pathicis: *Primum, quod dicebo recte: ſecundum, quod dicebo, eo melius.*

DORMIBO. Cato de R R. *Valebit rectius, & dormibit lubentius.*

ESVRIBO. Pomponius Augure: *Imo mane: non eſuribis diutius: quare roga.*

EXPEDIBO. Plautus Truculento: *Ego expedibo: rem perdidi apud vos.* Pacuuius Periboea: *Mane expedibo.* Idem Athalanta.

INVENIBO. Pomponius Buccone Adoptato: *Saepe annuit: inuenibit ſaepe.*

LARGIBAR. Propert. Eleg. 3. *Omniaq; ingrato largibar munera ſomno.*

LINIBIS. *Vas operies, ac linibis.* Pallad. lib. 3. tit. 31.

MENTIBOR. Plautus in Milite: *Adſentiendum eſt, quidquid hic mentibitur.*

MOLLIBO. Horat. lib. 3. Od. 23. *Mollibit aduerſos penates.*

NESCIBO. Rhemmius Palaemon in Arte.

OBEDIBO. Afranius Maritis: *Meo vt obſequerer amori obedibo tibi.*

OPERIBO. Pomponius Praefecto morum: *Pater: at 'ſt: negato eſſe hic me: ego operibo caput.*

ORDIBOR, & *Ordiar* telam ſcriptum veteribus tradit Caper.

PERVENIBVNT. Pomponius Plutone Gorgonis: *Hominem beatum, quo illae peruenibunt diuitiae.*

REDDIBO. Plautus Vidularia: *Ego ſeruabo: quaſi ſequeſtri detis, neutri reddibo.* Plautus Menaechinis: *Saluum tibi ita, vt mihi dediſti, reddibo.* Item in Caſina.

REPERIBITVR. Pomponius Annulo poſteriore: *Quum nemo, qui a te recipiat, reperibitur.* Plautus Epidico: *Quid illa fiet fidicina igitur? aliqua res reperibitur.* Caecilius Oboloſtate: *Meae morti remedium reperibit nemo.*

SCIBO. Terentius *Ἑαυτὸν τιμ.* *Scibis, cuius ſit vxor.* Item in Eunucho. Idem Phormione *Scies.* Plautus Rudente: *Scibis, faxo.*

SERVIBO Terentius Hecyra: *Tuis ſeruibo commodis.* Plaut. Trinummo corrigente Gulielmo in qq. Plaut. *Animo ſeruibit, non ſibi.*

VENIBO. Pomponius Maccis geminis: *Sero eſt: ſexta ſi tibi placet, venibo.*

VIVEBO. Nouius: *Tibi, cum viuebo, fidelis ero.* Niſi ſi mauis: *Videbo.*

CVPIRET, *Cuperet.* Lucretius libro 1.

——— Perfringere vt arcta
Naturae primus portarum clauſtra cupiret.

FODIRI, Plauto, Terentióve. Columella libro 11. cap. 2. *Fodiri poſſunt*, anteáque ſaepicule.

PARIRE, *Parere.* Ennius: *Oua parire ſolet genu' pennis condecoratum.*

SECTIO

SECTIO SEXTA.

Gerundiorum, Gerundiuorum Variantia.

VNIVERSIM haec eſt Priſciani l.1. animaduerſio: *Apud antiquiſſimos quotieſcumq; N.D. ſequuntur in his verbis, quae a tertia coniugatione naſcuntur, loco E, V ſcriptum inuenimus, vt Faciundum, Legundum, Dicundum, Vertundum.* Quibus V ſcriptum fuiſſe facit indicium. Quod in iiſdem V. Marius quoque Victorinus explodit in Orthographia. Certe vel ex altiſſima Vetuſtate ad nos peruenere immutata ex XII. tabulis *Familiae erciſcundae*, & *Repetundarum* actio, indicium, cauſa, nec aliter quam V vocali mediam occupante legere memini. Eſt etiam in Verrina 6. *In dijs patrijs repetundis.* Ibidem: *In eo indicio, quod omnibus ſuas ad res repetendas, eſt conſtitutum.* Quae ſemel notata exemplarium inconſtantia fidem ſibi derogat.

ABEVNDI vbi non obuium? Illa vero Priſciani nota eſt lib.11. Plautus gerundium eius *Abiendi* dixit, non *Abeundi* in Amphitruone: *Abiendi etiam nunc tibi occaſio eſt.* *Abientem* vero prorſus abiicit Chariſius lib 3 & Diomedes lib.1.

DEVEHVNDO. Apuleius libro 7. de Aſino A. *Ligno monte deuehundo.* Ita ille pleraque ἀρχαϊκῶς.

DICVNDVM etſi veterum peculium Priſcianus arbitretur, pluries eſt in Verrinis edente Hotomano.

Verrina quinta: *Ornatiores tuo indicio ad teſtimonia dicunda venerunt.* Ibidem: *Ob ius dicundum pecunias.* Ac in tertia *Iuriſdicundi* coactim. An veteres Iurium Libros haec redolent? An a Tullianis myrotheciis non abhorrens eſt Antiquitatis odor? Sagunti Inſcriptio:

IVRI. DICVNDO. QVAESTORI.

DIVIDVNDI. Paterc.l.2. *IIIuiros agris diuidundis.* V. *Regundorum* M. Catonis oratio fuit de *praeda militibus diuidunda*, teſte Gellio lib.11.cap.18.

EMVNDI *duo ſunt genera*, in Verrina quinta. Atqui in ea ipſa paulum poſterius inconſtanter: *Ad emendum frumentum* In Plauti editionibus legimus Amphitruone:

In veſtris voltis mercimonijs
Emundis, vendundisq; me laetum lucris.

EXPERIVNDI. Tullius pro Caecina: *Qui ad conſtitutum experiundi iuris gratia veniſſent.* Ibidem: *Nullo experiundi ius conſtitutum.* Sed & hoc ſcriptum ad exemplum veterum formularum Iuris.

FACIVNDA. Pro Caecina: *Cum ad vim faciundam veniretur.* Verrina 7. *Quid conſetis in hoc foedere faciundo voluiſſe Mamertinos impendere laboris?*

Romae vetus Inſcriptio FACIVNDVM:

SACRIS. FACIVNDIS. PONTIFICI. CVRARVNT

At Spoleti in Marmore: FACIEND. COERARVNT

Per V Inſcriptiones ſexcentae. Terentius Eunucho: *Faciundum fuit* —— Vbi Donatus *Legendum, Faciendum, Scribendum, Petendum. Et alibi*, inquit, *Arma acri facienda viro.*

GERVNDAE. Aliquoties Romae in Comitio: REI. GERVNDAE. CAVSA

HERCISCVNDA FAMILIA veteri inſcriptione in veteri Iure paſſim in Libb. Iuriſconſultorum.

MALE FACIVNDI *eſt poteſtas*, Plautus Sticho.

REDDVNDA. Lucret. lib.5. —— *Ratio reddunda ſit eſſe.*

REFERVNDVM. Accius Antenoridis: —— *Ad populum intelligo*
Referundum: quoniam horum aequiter ſententiae
Fuere ——

REGVNDORVM FINIVM ſcribitur l.1.§. Nemo in verb. *Communi diuidundo.*

SCRIBVNDO Inſcriptiones non paucae. Terentius:

Nam in prologis ſcribundis operam abutitur.

SECVNDVS ex eo more pro *Sequundus*, ſiue *Sequendus* a *Sequor*, quo de & nos alibi.

VISVNDI. Salluſtius in Iugurthino: *More humanae cupidinis ignara viſundi.*

CAPVT

CAPVT QVARTVM.

SECTIO PRIMA.

ADVERBIORVM

pluriformis Orthographia.

AEQVITER, *Aeque.* Liuius Aegiſto: *Nam vt Pergama Accenſa, & praeda per participes aequiter partita eſt.*

AMICITER, *Amice.* Pacuvius Duloreſto: *Nunc ne illum exſpectes, quando amico amiciter feciſti.*

AMOENITER. Gellius lib. 20. cap. 7. *Hilare, atque amoeniter.*

AMPLITER, *Ample.* Pomponius Herede petitore: *Heus aptate pueri munde atque ampliter conuiuium.*

ASPERITER, Priſcianus. *Aſpere*, Tullius.

AVARITER. Quadrigarius Annal. 21. *Crudeliter ille, nos miſericorditer: auariter ille, nos largiter.*

Auare, Verrinae. Plautus Rudente: *Auidus poſcit eſcam auariter.*

AVIDITER. *Auide.* Apuleius de Aſino A. lib. 4. *Mecum ſaeuienti ventri tuo ſolet auiditer ingurgitare.*

Arnob. lib. 5. *Inuaſiſſe auiditer dulcedine potionis captos.*

BENIGNITER, *Benigne. Benigniter* Titinnius apud Priſcianum, & Nouium: *Nimium te patrocinari ſentio benigniter.*

BLANDITER, *Blande. Blanditer* Titinnius apud Priſcianum.

CADVCITER. Varro lib. 4. de L L. *Aut frigidos nimbos aquae caduciter ruentis.*

CREBRITER, v. *Crebro.*

DECORITER. *Decore. Decoriter fluctuabat* Apul. lib. 11. de Aſino Aureo.

Decore. Plautus, Tulliuſque.

DVRITER. *Dure.* Terent. in Andria: *Primo haec pudice vitam, parce, ac duriter agebat.*

Vtrumque agnoſcit Donatus, & vanum molitur diſcrimen.

FESTIVITER. *Feſtiue. Feſtiuiter* Gell. lib. 1. cap 22.

HVMANITER. *Humane.*

Cicero in 13. Philipp. *Putare aliquid moderate, aut humane facturum.*

Idem ad Panſam: *De Antiocho feciſti humaniter.*

Chariſius lib. 1. Humaniter φιλανθρώπως interpretatur: Humane ἀνθρωπίνως. Fulciri poteſt Martialis illo: *Quod nulli calicem tuum propinas, Humane facis Herme, non ſuperbe.*

IGNAVITER. *Ignaue.* Quadrigar. Annal. l. 2. *Et qui ibi erant, non ignauiter potando eum diem pro meliore habuerunt.*

INDIGNITER. Romae in Inſula Tiberina:

ET. BIS. DECEM. ANNIS. NATA. INDIGNITER. CONCEPIT. LIBERVM. SEMEN. DVPLEX.

INHVMANITER. *Inhumane.* Cicero Verrin. 3. *Reſpondit illa, vt meretrix, non inhumaniter.* *Inhumane* Terentius.

INIMICITER. Quadrigar. Annal. 3. *Inimiciter tecum bellare ſtudemus.*

Inimice, Tullius.

IRACVNDITER. Ennius apud Priſcianum. *Iracunde*, Cicero.

INSANITER, *Inſane bene*, Plautus. *Inſaniter*, Pomponius. *Metuo illum. iocari neſcit: ludit nimium inſaniter.* *Inſane*, Plautus.

INTEGRITER vitioſe ſcribit Chariſ. l. 2. ariolatur. *Integre* repetitur a Cicerone.

MISERITER. Apuleius lib. 8. de Aſino A. *Suumq; auxilium miſeriter implorantes.*

Miſere amare, perire apud Comicos.

MOESTITER. Plautus Rudente: *Tum moeſtiter veſtitas.*

MVN-

CONGESTIM, *& aceruatim iacent*, Apuleius.
CONGESTE Capitolinus in Antonio.
FORTVNATIM. Ennius Annal. *Fortunatim, feliciter, ac bene vortat.*
Fortunate obuium ſatis.
FRVSTRATIM, & *Iunctim* non producto teſte numerant Artigraphi.
Fruſtra.
IVXTIM. Siſenna: *Vrbe condita iuxtim Numicum flumen obtruncatur.*
Liuius Aegiſtho: —— *In ſedes collocat ſe regias,*
Clytaemneſtra iuxtim, tertias natae occupant.
Iuxta.
OCCVLTIM. Solin. c.10. *Occultim reptat, & per imprudentiam.*
Occultè. Ovidius: *Occulte ſiquis amauit, amet.* Cicero, alij.
PERPLEXIM. Plautus Sticho: *Vtrum ego perplexim laceſſam oratione.* Ibidem: *Perplexabiliter.*
PROPERATIM. Caecilius Oboloſtate:
Properanter, ex quo *Properantius* extulit Liuius.
PROPRITIM. Lucretius lib. 2. *Quid, genus humanum propritim de quibus auctum eſt?*
Proprie.
REPENTE, REPENTIM, Ἐξαπίνης, Cyrilli Lexicum. Alterae Gloſſae: Ἀθρόως, *Summatim, Repentim.*
RESTRICTIM. Afranius Thaide: *Ea quae ferme melius ſedere conſultoribus.*
Quam reſtrictim cogitata, atque omnibus rationibus. Reſtricte, Tullius.
ROTATIM lib. 1. Diomedes.
SALTVATIM. Siſenna apud Gellium lib. 12. cap. 15. *Nos vna aeſtate in Aſia, & Graecia geſta, idcirco literis continentia mandauimus, ne velitatim, aut ſaltuatim ſcribendo lectorum animos impediremus.*
TEMVLENTER *eructant Aegyptias aues*, Colum. lib. 8. cap. 8.
Temulente.
TESTATIM. Iuuentius: *Caput ei teſtatim defregero.* Pomponius Verre aegroto: *Iam iſtam colaphis comminuiſſem teſtatim tibi.*
TVMVLTVATIM. Sidon. lib. 4. Epiſt. 1. *Viritim, viciſſimq́ue, non tumultuatim.*
Alias *Tumultuarie.*
VELITATIM. v. *Saltuatim.*
VISCERATIM *membra diſſipat*, Ennius Andromeda.
VICISSITATIM. Plautus Sticho: *Noſmet potius oneremus viciſſatim voluptatibus.*

SECTIO SECVNDA.

ADVERBIORVM

IN

O, & aliter vltimantium Orthographia.

AETERNO. Plin. lib. 2. cap. 107. *Videt aeterno hunc fontem ignium contexens fraxinus.*
Aeternum famula, Silius lib. 2.
ALTERNO. Iuſtin. lib. 2. *Solae terminos alterno defendentes.*
ARCANO. Caeſar lib. 2. Bell. Ciuil. *Ipſe arcano cum paucis familiaribus ſuis colloquitur.* Trinummo: *Arcano tibi ego hoc dico.* Cicero lib. 16. ad Att. epiſt. 30. *Lege arcano conuiuis tuis.* Quam in Cicerone lectionem Soſipater lib. 2. amplectitur. Alij *Arcane* nonnullis legunt locis.
ASSIDVO in Truculento. *Aſſidue veniebat*, Maro.
AVSPICATO. Terent. in Andria: *Haud auſpicato huc me appuli.* Nec aliter reperi.
CLANDESTINO. Diomedes lib. 1. Nec aliter reperi.
COGITATO 1. Offic. *Cogitate*, *Cogitatim* Feſtus.

COMMODO, Plautus Fribolaria. Siſenna: *Ipſe commodo de parte ſuperiore deſcendebat.* Quae apud vtrumque ſic legenda notat Chariſius lib. 2. *Commode, Commodum* paſſim. *Commoditer* lib. 3. ad Herennium: *Egregie, commoditerq́; notare oportebat.*

CONTINVOQVE *notas, & nomina gentu inurunt*, Maro Georg. Cledonius in Arte notat *Continue* ſcribendum.

COTIDIO. Q. Caepio in Aemilium Scaurum lege Varia apud Fl. Soſipatrum: *Cum ab iſto viderem*, inquit, *cotidio hoſtes conſilus adiuuari*. Addit Soſipater: *Quae quidem ego non reprehendenda iudico, ſiqua ratio fortaſſe non firma, nec in legibus ſuis durans, interdumne ſuccumbit alienis elegantiarum remedijs acquieſcens*, fideque proclamat auctoritatis.

QVOTIDIANO. ſillabis quinque ſcribit Afranius in Vopiſco: *Etenim quotidiano in rebus maximis, qui praepoſitus nunc poteſt, qui meo ſit nixus nomine.* Fronto apud Marcum Imper. *Mihi ſatis, abundeq́; honorum eſt, quos mihi quotidiano tribuis.* Reponit in Captiuis Gulielmius: *Niſi cottidiano ſeſquiopus confeceris.* *Cotidie* habes in magna ſerie.

CREBRO pro *Crebre*, D. Auguſt. de Gram. *Crebiter* Vitruuij eſt lib. 7. c. 2. *Crebriter clauis ferreis fixi.*

DIRECTO. Iuſtiniani lib. 2. Inſtit. tit. 24. *Qui directo ex teſtamento liber eſſe iubetur.* *Directe* Cicero in Partit. *Directim* Macrob. lib. 7. c. 13. Iſidor. lib. 2. Orig. cap 28. ac ſaepius, item Apuleius περὶ ἑρμηνείας.

Seneca epiſt. 66. *Illa bona directo optamus nobis.*

FALSO *queritur de natura ſua genus humanum*, Salluſt. Ovid. 5. Faſtor.

Siue ego te feci teſtem, falſóve citaui.

FALSE per E Siſenna lib. 4. *Iudicium falſe factum.* Vide D. Auguſt. lib. de Grammat. Chariſius lib. 1. *Deberemus enim dicere Falſe, & Prime, & Tertie ſecundum appellationes, quae ſunt Falſus, Primus, Tertius: quod non dicimus; ſed Falſo* ψευδῶς.

FESTINATO. S. Cyprianus epiſt. 49.

FORTVITO vbi non? Apud S Ambroſ. lib. 1. de Voc. Gent. cap 7. *Fortuitu.* Sueton. in Auguſto: *Ingentia ſaxa fortuito ſuperne delapſa ſunt.*

HOC, HVC. Vide *Illo*.

ILLO, ILLOC, ILLVC. *Illo* Plautus Curcull. *Dico me illo aduenisse animi cauſa.*

Seneca lib. 3. de Ira: *Hinc te illo furor rapiet, & illuc alio.* S. Ambroſ. lib. de Naboth. c. 6.

ILLOC, ἀρχαίως pro *Illuc*. Terent. Andria: *Cum illoc aduenio, ſolitudo ante oſtium.* Claudius Imp. in Oratione ſua: ILLOC POTIVS. REVERTAR. At Mar. Victorino *Illuc* potius, quam *Illoc*.

Similiter *Hoc* pro *Huc*. Ita legit Hartungus in Epoda 6. *Quin hoc inanes, ſi potes, vertis minas?*

Aen. 8. *Hoc tunc ignipotens* ———

Vide *Illi* pro *Illic* in ſerie vocum pede claudicantium.

IMMERITE, ἀλόγως, ἀναξίως, Gloſſarium Latinogr. Promiſcui vſus *Immerito* per O.

INOPINATO per E Liuius, *Inopinanter* Sueton.

MATVTINO Diomedi lib. 1. Plinio lib. 7. c 53. *Matutine*, Priſcian. lib. 4.

MVTVO, *Mutue*. Vide & *Mutuiter*.

NECESSARIO, & *Neceſſarie*, D. Auguſt lib. de Gram.

NIMIO, *Nimie* Chariſius.

NVMERO, & *Numere*, Feſtus.

PRECARIO. Terent. Eunucho: *Seu vi, ſeu clam, ſeu precario.* *Precarie* non memini.

PRAESTO *per O ſcribimus*, inquit ex Valeriano Caſſiodorus: *veteres per V ſcripſerunt. Inde Praeſtolari, non Praeſtulari*, ait.

PRAEFISCINO, *Praefiſcine, Praefiſcini.* Nec ad finalitatis variantiam ſequitur ſcripti variantia. Vide in media ſerie Orthographica. Afranius Conſobrinus: *Scis habitum ita, vt nunc obtinet, praefiſcine.* Per E non per I, inquit Cominianus apud Fl Soſipatrum. Titinnius in Setina *Paula mea amabo. poltu ad laudem addito Praefiſcini, ne puella faſcinetur.* Plaut. Aſinaria: *Praefiſcini hoc nunc dixerim.*

PRIMO, PRIME. Naeuius in Ἀκοντιζομένῳ. *Acontizomenus fabula eſt prime proba.* Plautus in Milite: *Prime cata* ancilla.

PRIVATO *nos teniſſemus*, Liuius lib. 14. Ita Priſcianus.

PRIVATIM. Salluſt. in Catill. *Publice, priuatimq́;.* Plin. lib. 2. cap. 16.

PRIVATE. Cicero 7. ad Atticum: *Illud priuato non adſcribis.*

PROXIMO, proximis diebus Epiſt. 16. l. 3. ad Atticum: Idem de Senectute: *Cum ſenex* Οἰδίπους ἐπὶ κολωνῷ *quam proximo ſcripſerat, liberatus eſt.* Ita legit Comminianus apud Fl. Soſipatrum. Ibidem: *Mihi ad ſapientis vitam proximo videntur accedere.* *Proximo* legunt alij.

QVOTIDIO. Vide *Cotidio*.

RARO,

RARO, *Rare, Rarenter.* Plautus in Rudente, inquit Chariſius lib 2. *Verum rare capitur*, per E. Idem *rarenter* Ciceroni tribuit. Statilius Maximus notat etiam per O ſcripſiſſe Ciceronem. Caecilius Panſimacho: *Aedepol voluutas homini rarenter venit.* Ennius Andromacha: *Sed quaſi ferrum, aut lapis durat: rarenter gemitum conatur.*

SEDVLO, *Sedule* vt *Hodie* E terminari ſcribit Priſcian. l. de Accentib. *Sedule, & Sedulo* Donatus Edit 2. V. D. Auguſt. de Gram.

SEMPITERNO, Victruuij 9. Cato dierum dictarum de conſulatu ſuo: *Ego mihi monumenta haec ſempiterno poſui.*

SERO. Thebaid. 1. *Sero memor thalami* —— Iuuenal. —— *Galateum ſero duelli. Poenitet* —— Thebaid. 2. —— *Queriturq; fidem tam ſero repoſcis.* Georg. 4. —— *Sero comantem Narciſſum* —— Atque ita veteres quidam Maronis Libri, & Seruius Aen. 3. ad illud:

Tertio ſed poſtquam maiore haſtilia niſu. Chariſius autem lib. 2. pag. 195. *Tertia*, pro *Tertio*, inquit Tibullius vltimam protraxit: *Heu ſero reuocatur amor* —— Scribunt & alij *Sera comantem.*

TACITO *fugam molitur* Eliſa Iuſtini lib. 18.

TACITE Aeneid. 2. alibique.

TERTIO, QVARTO, *Tertium, Quartum* Gell. lib. 10. c. 1. *Familiari meo cuipiam literas Athenis Romam miſi. In ijs ſcriptum erat me illi iam tertium ſcripſiſſe. Is ad me reſcripſit, petiuitq; vt rationem dicerem cur Tertium, ac non Tertio.* Vide reſtantia quam fuſiſſime, quae legit, ac ſecutus eſt D. Auguſtinus lib. de Gram.

TVTISSIMO, vt *Tuto.* Affert e lib. 7. ad Attic. Fl. Soſipater: *Vbi tutiſsimo eſſent.* *Tutiſsime* alij.

SECTIO QVARTA.

VS, & aliter variata Aduerbia.

ALIORSVS, & *Antrorſus* numerant Artigraphi. Per *Vm* exſcripta fere obuiam.

CLARITVS pro *Claro* veteres dicebant teſte Celſo ad Plauti Stichum. Vt *Primitus* & *Primo.*

COMMVNITVS. Varro Rerum Diuin. *Etenim vt deos colere debet communitus ciuitas: ſic ſingulae familiae debemus.* Et *Communiter.*

DEMVS. Feſtus: *Demum, quod ſignificat Poſt apud Liuium Demus legitur.* Legit & Gifanius, nec probat. exoleta, & antiquata hactenus amplecti, & indagare nimis facilis.

DEORSVS. Apul. l. 8. de A. A. *Iſto gladio deorſus ad meum Leopolemum viam quaeram.* Sic edente Vulcanio viro doctiſſimo. Lib. 9. *Deorſus in ipſa tabernacula. Deorſum* vbi non?

DEXTRORSVS, EXTRORSVS, & *Extrorſum* notat Soſipater lib. 2.

INTRORSVS eadem hic ab eodem Soſipatro nota.

Metam. 13. —— *Lacrymas introrſus obortas* *Deuorat ipſe dolor* ——

Seneca ad Polybium: *Abde introrſus dolorem.* Sall. *Introrſus prima Aſiae Bithynia.*

Coactum videtur ex *Introuerſus*: videnturque omnia in *Orſus* detrita ex *Vorſus.*

INTROVERSVS. Lucill. l. 30. *Quare fit, vt introuerſus, & ad te Spectant, atq; ferunt veſtigia ſe omnia prorſus.*

Pro *Introuerſus* perperam ſcalptum in aedibus Benzoniorum Romae *Introrurſus*. Communi ſcribendi forma *Introuerſum.*

PROVERSVS. Var. l. 6. de LL. *Apud Plautum: Vt tranſuerſus, non prouerſus cedit, quaſi cancer ſolet. Dicitur ab eo, qui it in id, quod eſt verſus.*

PRORSVS. Tuſcul. 2. *Non vltro appetendus: ſed ſubeundus, excipiendusq; dolor eſt. Ita prorſus exiſtimo.* Salluſt. in Catul. *Prorſus in facie, vultuq; vecordia inerat. Prorſum.* Plaut. Caeco, aut Praedonib. *Ita ſunt praedones: prorſum parcunt nemini.* M. Cato in Lucium Furium, Chariſius, alij. Scripſere quoque abſque R *Proſum.*

QVORSVS *potiſsimum iu praedam*, lib. 1. Flor. Apul.

Seneca l. 2. de Ira: *Quorſus inquis, haec quaeſtio pertinet?*

Idem lib. 3. Natur. qq. cap. 19 *Quorſus hoc pertinet?*

Quorſum. In Eunucho: *Neque quo eam, neque quorſum.*

RETRORSVS. Silius lib. 11. *Cedentem impellit retrorſus in aequora pontum.*

Terentianus: *Nec ſecus partem retrorſus T dabit quum conſona eſt.*

Plin. lib. 7. cap. 5. *Ab ea gente retrorſus ad Cyrum amnem.*

Quinctil. lib. 5. cap. 9. *Sed quaedam & retrorſus idem valent.*

Q 2 Aeneid.

Digitized by Google

Aeneid. 3. —— *Relegens errata retrorſus.*

Ita libri aliquot veteres cum Priſciano .lib. 11. Alij Libri *Retrorſum.* Vtrumque eſt Cyrilli Lexico.

RVRSVS, *Rurſum.* Vtrumque notat Cledonius in Arte. *Rurſus* per S alij negant redarguendi ex Aeneide tertia: *Rurſus ad oraclum Ortygiae* ——

Refelluntur & a Chariſio lib. 2. ex his: *Rurſus in arma feror* ——

Scandunt rurſus equum —— Priſc. l. 15. *Rurſus, & Rurſum, Prorſus, & Prorſum.*

SEORSVS. Afranius in Emancipato: *Vt abs te ſeorſus ſentiam de vxoria re.*

Plautus Rudente: *Centum minae Philippicae in paſceolo ſeorſus.*

Duzica editio: *Centum denaria Philippea in paſceolo ſeorſus.*

Apul. lib. 10. *Singulis eorum ſeorſus admiſſu.*

SINISTRORSVS, & *Siniſtrorſum* ſcribi notat Fl. Soſipater.

SVRSVS, SVRSVM. In Epithaphio Lesbiae:

Quam ereptam terris pia numina ſurſus tulerunt.

Adiectamentum.

FORS, *Forſan, Forſitan, Fortean, Fortaſſean, Forte, Forſit.* Cledonius in Arte notat ſcribi varie: *Forte, Fortaſſe, Fortaſſis, Forſan, Forſitan, & Fortaſſean.*

FORS. Aen. 2. *Quot illi fors ad poenas ob n. r. Eſſ.*

—— Aeneid. 6. *Et fors omne datum traherent per talia tempus.*

In 5. *Et fors aequatis cepiſſent praemia roſtris.*

FORSAN. Aen. 1. *Forſan & haec olim m. i.*

FORSIT. Horat. 1. Sermon. *Difficile hoc illi eſt: quia non vt forſit honorem*

Iure mihi inuideat quiuis ——

Lucretius lib. 6. *Forſit & Aethiopum de montibus altis.*

FORTASSEAN ſit, *quos hic non inertet metus,* Accius Antenoridis.

FORTE *ſua Libycis* —— Maro.

FORTVITO paſſim. D. Auguſtin. lib. 4. de Ciuit. cap. 18. bis *Fortuitu.* Item cap. 19.

PEREGRE, *Peregri* per I. Chariſius lib. 2. *Peregri cum in loco eſt.* Plautus in Perſa: *Quia herus peregri eſt.* Naeuius in Tarentilla: *Primum ad virtutem vt redeatis, abeatis ab ignauia, domo praeſens patriam vt colatis potius, quam peregri probro. Peregre dicimus,* inquit, *cum abit quis in locum.*

PROTINVS. *Protinam* legiſſe Nigidium in Phormione teſtis eſt Donatus.

SINGVLARIE, pro *Singulariter* notat e Cicerone Statilius Maximus. Pariſſima haec aduerbia adiectiuis *Singularis,* & *Singularius.*

CAPVT QVINTVM.

SECTIO PRIMA.

Vocabula Priſcos apud literis auctiora vel ſillabis ὀρθογραφηθέντα.

Auctiora ΠΡΟΘΈΣΕΙ.

PLATO in Cratylo: Ἐάν τι ἀφέλωμεν, ἢ προσθῶμεν, ἢ μεταθῶμέν τι, γέγραπται μὲν ἡμῖν ὄνομα, οὐ μέντοι ὀρθῶς ἀλλὰ τὸ παράπαν οὐδὲ γέγραπται. ἀλλ' εὐθὺς ἕτερόν ἐστιν, ἐάν τι τούτων πάθοι. *Siquid erit Sublatum, Additúmve, aut Tranſpoſitum, ſcriptum equidem nobis verbũ erit: at non recte. At ne quidem ſcriptum omnino: ſed ſtatim aliud erit, ſi quid horum acciderit.* Terentij Scauri vox lib. de Orthographia: *Scribendi autem ratio quatuor modis vitiatur: per Adiectionem, Detractionem, Immutationem, Adnexionem.* Quod effatum vt verum eſt: ita vbi Priſcos adiectamentum adhibuiſſe, quidpiam detraxiſſe, vel immutaſſe comperimus, eos a vitio defendimus, quorum eſt pro lege Auctoritas. Fl. vero Soſipater, & Diomedes *Adiectionem* πρόθεσιν appellitant: ſed inſecutueis Adnotamentis πρόθεσιν commodius cum Donato, & Probo l. 1. Inſtit. dicemus. Eſt enim ad caput adiectamentum πρόθεσις: πρόσθεσις vbilibet. Intento animo ſcripſit Pollux lib. 3. cap. 13. Κατὰ τὰς τῶν προθέσεων προσθέσεις.

ESVM, pro *Sum* veteres ſcriptitaſſe auctor eſt Varro lib. 8. Indicio eſt τὸ *Eſſe, Eſt, Es.*

GNATVS, *Gnauus, Gnarus. Gnatus* tamen ex *Generatus* conciſum retur Iul. Scaliger lib. 1: de Cauſis L L. cap. 19.

GNOBI-

GNOBILIS. *Antiqui per G literam*, Feſtus. Plautus Pſeudolo: *Peregrina facies videtur hominis, atque gnobilis.*

Accius Diomede: *Ergo Argos referam: nam hic ſum gnobilis.*

SCISCIDI ſcripſere. Priſcian. l. 1. *Antiquiſſimi etiam Scindo Sciſcidi dicebant, Scindidi* quid? *quod iuniores Scidi.*

Afranius in Homine: *Satis fortiter paulo veſtras ſciſcidiſtis colus.* Accius Sotadicorum 1. *Non ergo aquila ita, vt praedicant, ſciſciderat pectus:* Naeuius Teſticularia: *Imo quo ſciſcidimus, conſcindam atque obiiciam.* Ennius Menalippa: *Cum ſaxum ſciſciderit.* His locis omnibus commodius ſcribas *Seſcidi*, ſi Gellio fides lib. 7. cap. 9.

STLITES, STLOCVS poſterius videnda.

TETVLI. Valer. Probus ex vetere Poëta: *Nunquam tetuliſſem pedem.* Fl. Soſipater lib. 4. *Concitum tetuli gradum*, ex vetere. Accius Andromeda: *Donec tu auxilium Perſeu tetuliſti mihi.*

Plautus Menaechinis: —— *Qui huc in hanc vrbem pedem*
Niſi hodie, numquam in ro tetuli. Rudente: *Tetuliſſe auxilium.*

Ennius: *Ilia dia nepos, quas aerumnas tetuliſti.*

TETINERO. Feſtus: *Purime tetinero*, pro *Puriſſime tenuero.*

SECTIO SECVNDA.

Auctiora ΠΑΡΕΝΘΕ´ΣΕΙ.

MEDIAM Literae, aut Sillabae vnius, pluriúmve interiunctionem παρένθεσιν recte, ac ſignificanter Fl. Soſipater appellitat, & Probus lib. 1. Inſtitutionum productis in exemplum *Relligio, Indugredi, Mauors, Nauita.* Donatus Ε´πένθεσιν dicens *Interiunctionem* plene exprimit: rem non aeque.

ABSCONDIDI. Plautus in Carbonaria: *Secundum ipſam aram aurum abſcondidi.*

ACCIPITERIS. Priſcianus lib. 6. ex placito Caeſellij Vindicis.

ADDVCITVRAM, pro *Adducturam* probat Lipſius, vt *Atterituram* l. 5. Antiq. Lect. c. 3.

ADDVO, pro *Addo.* Gloſſae: *Adduo*, προστίθω.

ALCVMENA in Amphitruone Plauti pro *Alcmena.*

ANCIPES apud Priſcianum lib. 3. Plautus Rudente:
Poſt altrinſecus eſt ſecuricula ancipes.

Iterumque ita legit lib. 6. pro *Anceps.*

ANNVVIT ab *Annueo* apud Ennium, qui ſcripſit etiam *Pugnare abnueo m. L. L.*

APOLINERIS. Varr. l. 4. de L L. *Collis Salutaris quarticeps aduorſum eſt Apolineris aedem, & Salutis.*

ARBITERIO *Largiae Fortunae*, Romae Inſcriptio ad portam Traiani.

AVCVPES pro *Auceps* ſimiliter.

BOVERVM pro *Boum.* Sic in optimae notae Varronis Exemplaribus hodieque ſcriptum exſtat lib. 3. *Quot iuga bouerum.* & lib. 7. de L L.

CALIM vſi Veteres pro *Clam*, Feſtus.

CAVITIO, pro *Cautio.*

CONCORDIS. Caecilius Cratino: *Modo ſit obſequens hilaris, comis, communis, concordis: dum id, quod petit, potitur.*

DISCORDIS. Pomponius in Satyra: *Blanda, fallax, impotens, ſuperba, diſcordis.*

DANVNT pro *Dant*, Pacuuius Iliona: *Spatium vlciſcendi danunt.*

Caecilius Plocio: *Quando optata non danunt.*

DETOTONDI. Ennius Annalibus: *Deq; totondit agros laetos, atq; opida cepit.*

Varro in Magno Talento: *Detotonderat forcipibus viti carpiferis.*

DIESPITERIS, & *Dieſpitris* a *Dieſpiter* ex Caeſellio Vindice Priſcian. lib 6.

DIRVITAM pro *Dirutam.* Romae in S. Marco. C. VETTENIVS. AVSPICALIS. AEDICVLAM. DIRVITAM

DIVITO. Accius Aſtyanacte: *Nihil credo auguribus qui auris verbis diuitant*
Alienas, ſuas vt auro locupletent domos.

Paſſim *Dito.*

DVBIENVS pro *Dubius*, Feſtus, vt *Socienus* Plauto in Amphitruone pro *Socius.*

DVCITVM pro *Ductum* lib. 1. D. de teſt. mil. Notauit M. Briſſonius.

DVIT

OPITERIS, *Opitris*, Priſcianus lib.6. ex Caeſellio Vindice.

PLVVERAT pro *Pluerat*; Menaechinorum Prologo:

Nam rus vt ibat forte, vt multum pluuerat.

POTESSE pro *Poſſe*. Terent. Andria: *Sed nihil tamen poteſſe*. Plaut. Moſtell. *Poteſſe diſſimulando infectum hoc reddere*. Pſeudolo: *Alium poteſſe neminem.*

PRAECIPES. Plautus in Commorientibus. *Saliam in puteum praecipes.*

Liuius in Ione: *Seq; in alta maria praecipem inops, aegra ſanitatis* Herois.

Ennius Annal. 17. *Aut intra muros, aut extra praecipe caſu.*

PRAEPOSIVI. Plautus Rudente: *Lucrum praepoſiui ſopori, & quieti.*

PRODINVNT pro *Prodeunt*. Feſtus.

PRODVIT, Idem Feſtus.

RECIPERO, veteres, poſt *Recupero*. Nec ante obliti ſumus.

REDINVNT *in patriam*, Feſtus.

RIEN pro *Ren*. Plautus in Satyrione.

SEPELITVS. Cato in Thermum: *Mortuus eſt, ſepelitus eſt*. Ita legit Priſcianus Integra: *Sepultus abſciſſe*.

SOCIENVS in Amphitruone pro *Socius*. Vide *Dubienus*.

SOLINVNT, Vide *Ferinunt*.

SORTIS pro *Sors*. Plautus in Caſina: *Vide, nequa illic inſit alia ſortis ſub aqua.*

SPERES pro *Spes*. Ennius lib. 2. *Et ſemel effugit ſperes ita funditus noſtras.*

Lib. 6. *Spero, ſi ſperes quidquam prodeſſe potiſſunt.*

Varro Ὄνος λύρας: *Et auiditatem ſperibus lactet ſuis.*

Vnde & *Proſpere*, inquit Nonius, quaſi dicas pro *Spe, & exſpectatione*. Eccui proba haec ratio?

SVPERA aduerbium. Cicero in Arato: *Toruus draco ſerpit ſubter, ſuperaq; retorquens*

Seſe ———

Ibidem: *Huic ſupera duplices humeros affixa videtur Stella* ———

Certius exemplum e cippo vetuſto:

REE. FVIT. EE. VERO. PLVS. SVPERAQVE. PARENS.

SVPERESCIT, pro *Supererit*. Ennius: *Dum quidem & vnus homo Romae totae ſupereſcit.*

TVNSVS pro *Tuſus*. Colum. lib. 6. cap. 8. *Eandem partem allio tunſo, & halecula linire*. Celſus, alij, & nos alibi.

SECTIO SECVNDA.

Auctiora ΠΡΟΣΠΑΡΑΛΗΨΕΙ.

Προσπαράληψιν appellitant elementa, ſillabáſve vocabulorum pedi affixa Diomedes lib. 2. Probus lib. 1. Inſtit. & Fl. Soſipater. Donatus etiam προσπαράληψιν vocat Παραγωγήν, vt: *Admittier*. Claſſem ordinemus aliquam.

CVME, pro. *Cum* veteribus ſcriptitatum Scaurus teſtatur, eſtq; in Saliari carmine.

DICE pro *Dic*. Plautus Rudente: *Dice dum*

In eo enſiculo literarum quid eſt? Iterum in Mercatore, Curculione.

DONICVM pro *Donec*. Liuius apud Chariſium lib 2. *Ibi manens ſedeto, donicum videbis me carpento vehentem domum veniſſe*. Plautus Vidularia: *Neutri reddibo, donicum res diiudicata ſit*. Captiuis, Moſtellaria, Cato frequenter Item *Doniquum*. Ita correctior fuerit Inſcriptio Romae in domo Iac. Alberici: DONIQVIES. LOCVS. QVEM. EMERAM. AEDIFICARETVR. ſcripto DONIQVVM. IEIS. Cato de R R. cap. 146. *Donicum ſolutum erit.*

FACE. Faſt. 5. *Et face vt emtori verba dediſſe iuuet.*

Sic *Duce, Circumduce*. Moſtellaria: *Duce me amabo*. In Rudente: *Duce me ad illam.*

Ibidem: *Circumduce has aedis, & conclauia.*

TRADVCE. In Ἑαυτὸν τιμωρ. *Ancillas omnes Bacchidis traduce huc.*

Eoque adiectamento *ſalua eſt regula*, neſcio quis ait ex magiſtrorum numero.

IVGER (*pro Iugero*) *mi calices amariores*, Catullus.

FILIE pro *Fili*. Liuius Andronicus in Odyſſ. *Pater noſter Saturni filie*. Sic veteres *Virgilie, Mercurie* Priſciano teſte lib. 7. qui id genus Vocatiuos *perfectos* autumat: curti namque & manci videntur in I ſingi, de quibus ante.

LACTE,

LACTE, LAC. Ennius lib. 11. *Et ſimul erubuit ceu lacte, & purpura miſta.*

Hemina Annali 4. *Ex Tiberi lacte haurire.*

Caecilius Citthe: *Praeſertim quae non peperit, lacte non habet.*

Varro Andabatis. Vide poſt in defectis pede nominibus.

Idem Varro lib. 2. de R R. *Ad cibum enim lacte, & caſeum adhibitum.*

Cato de R R. c. 86. *Lacte addat paullatim, vſque adeo donec cremor craſſus erit factus.*

NEQVITVR, NEQVITVM. Plautus Satyrione: *Retrahi nequitur quoquo progreſſa eſt ſemel.*

Pacuuius: *Sed cum contendi nequitum, vt clam tendenda eſt plaga.*

OSSVM, & *Os* contra ringente Palaemone. Terentius:

Viden' oſſum, & cibus quid faciat alienus.

D. Auguſtinus plus lucis agnoſcit in *Oſſum*, quam *Os*.

PVERE pro *Puer* ſcripſit Plautus in Mercatore:

Egomet memor: tu puere abi hinc intro ocyus.

Item Curculione: *Cedo puere ſinum.* Alij produci putant a *Puerus.*

REDVCE pro *Reduc*. Pentadius lib. 4. Epigram. vett.

Incipe Mars: anni felicia fata reduce.

SEDVM veteres, poſteri *Sed*. Chariſius lib. 1. Veluti *Sat* pro *Satis*: ita *Sed* pro *Sedum*. Idem notant Cornutus, M. Caſſiodorus, Mar. Victorinus, Beda.

TAME pro *Tam* in carmine, inquit Feſtus.

TED pro *Te* inſequente vocali. Plautus Amphitruone:

Quo ted hoc noctu dicam proficiſci foras.

Scatet Antiquitas exemplorum.

TVTEMET *a nobis, tam quonis tempore votum*. Lucret. in 1.

CAPVT SEXTVM.

SECTIO PRIMA.

Aphaereſi Deminutorum Orthographia.

DONATO, Flauioque Soſipatro *Aphaereſis* propritim cum litera, vel ſillaba vocabulo demitur a capite, quae tamen vox ſuapte vi, & Graecorum, Latinorumque vſu explicatior eſt. Nos Donatum, ac Soſipatrum ſecuti talium digeriem nominum damus hanc:

CONIA *eſt ciconia Praeneſtinis*, Plautus Trucul. Sic *Thynia* pro *Bithynia*. Iſidor. l. 9. c. 32. *Thynius* [anulus] *purus eſt, primum in Bithynia fabricatus, quam olim Thyniam vocabant.*

Maecenas: *Nec quos Thynica lima perpoliuit.*

MENTVM dicebant, quod nos *Commentum*, Feſtus.

MINISCITVR pro *Reminiſcitur*, Feſtus.

PEGI pro *Pepigi*. Pacuuius in Medo: *Tonſilla pegi laeuo in litore.* Fabius lib. 7. c.

RABONEM pro *Arrabonem* ſcriptum in Truculento.

SECTIO

SECTIO SECVNDA.

De Interciſione.

DIOMEDI libro ſecundo, Flauioq; Soſipatro, & Donato *Syncope* vocem arctat circum praecordia, ſiue in medio vocis ſinu labem inducit elementi vnius, aut plurium. Nigidio *Interciſio* dicitur. Macrobius vocat *Literas interciſas.*

ABSTERSTI *ommbus articulus*, Catull.

ABSTIT pro *Abſtitit*. Ovid. *Halcyones lacrymas, & quae pars admonet, abſtit.*

ADDVXE *dicet ante oculos ſuos*, Plautus Rudente.

ADVEXTI *tuae matri ancillam Rhodo*, Mercatore Plautus.

ALA ex *Axilla contractum eſt* (inquit in Oratore Cicero) *fuga literae vaſtioris.* Quam literam etiam e *Maxillis*, & *Vexillo*, & *Paxillo Conſuetudo elegans Latini ſermonis euellit.*

ALIS pro *Alius*. Priſcian. lib.13. Vnde Lucill.

Longe alis eſt ——

Catull. —— *Quod non fortior auſit alis.*

ANGLVS pro *Angulo*.

ANICLA pro *Anicula*.

ARTRARE, *id eſt Aratrare, vt credo tunc dictum*, Plin. lib.18. cap.20.

ASCLA pro *Aſſula*, Caeſellius apud Caſſiodorum.

ASCLVM pro *Aſculo*, Silius l.8. —— *Hirſuti ſignifer Aſcli.*
Straboni Ἄσκλον. Liuius, Plin. Florus *Aſculum*.

ATTIGO pro *Attingo*, veteres.

AVRVNCVS, θεὸς ἀποτρόπαιος, Gloſſarium. Pro *Auerruncus*.

AVXTI ſcripſit Auſonius pro *Auxiſti*. *Moenia Romae*
Fama, & meritis
Inclytus auxti.

BACRIONEM pro *Bacarionem*, Feſtus.

CEREM pro *Cererem* Proportionis imagine recte ſcribi ſuadere contendit Andr. Schottus lib.2. Obſer. cap.25.

CANTE pro *Canite*. Varr. lib.6. de L L. In Saliari carmine:
Diuum exta cante, diuum Deo ſupplice cante.

CLESSE *dolo*, lib.2. Tuſcul.

COLVMA pro *Columna exemta N litera legimus*, inquit Fab. l.1. Inſtit. c.7.

CONCIPILARE, & *Compilare*, Feſto.

CONSVMPSTI *tempora noctis*, Propertius.

DECVRES pro *Decuriones*, Feſtus.

DIXE, Plautus Amphitruone: *Exiuraſti te mihi dixe per iocum.*
Auſonio Ludio: *Multi hoc Solonem dixe Croeſo exiſtimant.* Idem in Cleobulo.

DORTIVM pro *Diuortium*. Turpil. Leucadia: *Antefacta in ignem committo, triſtitias ante dortium.*

EM, IM pro *Eum*, Feſtus.

EMVNXTI. Plaut. Moſtellaria: *Probe me emunxti.*

EVASTI *noſtram mentito foedere dextram.* Silius Italicus. & Horat. lib.2. Sat.7.
Evaſti credo metuet, doctusq; cauebis.

illo EXCESSIS *loco*, Terent. Andria.

EXSTINXTI *te, meq; ſoror* —— Aen.4.

FALLAM pro *Fallaciam*. Nouius Decumis: *Non me vocant: ob eam rem hanc feci fallam.*

FESTRA, *quod eſt oſtium minuſculum in ſacrario*, Macrob. Quo verbo etiam Ennius vſus eſt, & antiquis Feſtus tribuit pro *Feneſtra*.

FLVXE pro *Fluxiſſe*, Varro lib.2. de Re Ruſt. cap. vlt.

IBVS pro *iis*. Pomponius Pappo: *Fac voluptati ſies ibus.*
Plautus Milite: *Latrones, ibus denumerem ſtipendium*, Verum imago Metaplaſmi eſt.

IMPOMENTA, quaſi *Imponimenta*, Feſtus.

ILLEXE *in ſtuprum coniugem* lib.3. de Natura Deorum Cicero. Plautus Mercatore:
Amorem multus illexe in diſpendium.

INDIXE. Varro apud Nonium: *Tum portitores aera indixe.*

ITERIS pro *Itineris.* Naeuius Lycurgo: *Ignoti iteris ſumus: tute ſcis.*
Accius Oenomao: *Te longo itere cerno vadere.*
Idem Telepho: *Stadiumq́; iteris reprime.*

IVNIOR in hanc immittitur claſſem. Fit enim ex *Iuuenior.*
Apuleius lib.8. *Iuuenior aetate, & corpore validior.*

LVXTI. Catull. *At tu non orbum luxti deſerta cubile.*

MANSVEM pro *Manſuetem.* Varro Ὄνος λύρας:
Galli tympanis adeo fecerunt manſuem, vt tractarent manibus.

MARCIPOR, PVBLIPOR truncata ſunt E vocali pro *Marci,* & *Publi puer.*

MEDITERREVM, quam *Mediterraneum,* Siſenna.

MIRACLA *cient elefantes,* Lucill. Satyr. lib.1.

NANCITVR, pro *Nanciſcitur,* & *Nancitor.*
PECVNIAM. QVIS. NANCITOR in Tabulis XII.

NEVTRIVS vetuſtiſſimi, notante Priſciano lib. de Generib. v. S. Auguſt. lib. de Gram.

NIS, pro *Nobis,* Feſtus.

NOMVS pro *Nouimus.* Ennius in Luſtris: *Nos quieſcere aequum eſt: nomus ambo Vlyſſem.*

NOXIT pro *Nocuerit.* Lucillius: *Inguen ne exſiſtat, papulae, tama, ne boa noxit.*

OBLITERAM GENTEM pro *Obliterata* ſcripſit Naeuius relatore Gellio l.19.c.7.

OXIME pro *Ociſſime,* Feſtus, depulſo ſcilicet I, & C cum ſubeunte conſona in vnam elementum coëunte.

PAIMENTA pro *Pauimenta* in vetuſtiſſima Inſcriptione, Romae in hortis Salluſtianis.

M. AVRELIVS. PACORVS
M. COCCEIVS. STRATOCLES
AEDITVI. VENERIS. HORTORVM
SALLVSTIANORVM. BASEM. CVM
PAIMENTO MARMOREO
DEANAE
D. D.

Romae in S. Valentini:
ARAM. ET. PAIMENTVM. FECIT.

Tabula ad Bellaianos hortos:
ARAM. CVM. PAEMENTO

PEGI pro *Pepigi.* Pacuuius in Medo: *Tonſilla pegi laeuo in litore.* Fablus l.7.c.

PERCVSTI. Horat. lib.2 Satyr.3. —— *Si cameram percuſti forte.*

PORXIT *& obtuſo pallentes germine flores.* Siluarum lib.2.

PORGEBAT *protinus enſem,* Silius Ital l.9. Cicero in Arateis: *Hic dextram porgens* ——

POSQVAM. Victor. l.1. Artis: T quoq; ex conſonantib. eliditur, vt: *Poſquam res Aſiae* —— non *Poſtquam.*

POSTVS. Terentianus: *Verſus formula poſta perdocebit.*
Lucretius: —— *Solis poſta vapore.*

PRODIGITAS pro *Prodigalitas.* Lucill. lib 6. Satyr.
Nequitia occupat hoc, petulantia, prodigitasq́;.
Cur potius *Prodigalis* agnoſcamus ſobolem, quam *Prodigi?*

PRODVXE, Terentius Adelphis.

PVRIME TETINERO profertur a Feſto pro *Puriſſime tenuero.*

RECESSET *vita proprio corpore,* Plautus Mercat.

REPROCVS pro *Reciprocus,* Feſtus.

SAM pro *Suam.* *Sos,* pro *Suos.* Ennius:
Poinei ſunt ſolitei ſos ſacrificare puellos.
Sis pro *Suis.* Idem Ennius: *Poſtquam lumina ſis oculis bonus Ancus reliquit.*
Sanco Semipatri lib.1. Epigr. dicitur: *Viſum animo ſo: perfecit ſa pace rogans te.*
Virg. *Strata iacent paſſim ſa quaeq́; ſub arbore poma,* ſi Cantero credimus l.6. Nouarum L.c.28.

SE pro *Sine,* Feſtus. XII. SE. FRAVDE. ESTO

SENTIA pro *Sentent'a* Taurellius ex Pandect. Flor.

SERESCO pro *Sereneſco.* Lucret. *Diſpanſae in ſole ſereſcunt.*

SINGO pro *Singultio*, Eutyches lib.1.
SIT. Tullius in Oratore: *Siet, plenum eſt: Sit, imminutum.*
SQVALVS pro *Squalidus.* Ennius Telamone: *Strata terrae lauere lacrymis, veſtem ſqualam, & ſordidam.*
SVBDVXE. Var.c.2.de R R. *Quam ſibi Thyeſtem ſubduxe queritur.*
SVMMOSSES OMNES, Horat. lib.1. Sat. 9.
SVRPVERAT concitione. Horat. in 4. *Quae me ſurpuerat mihi.*
Idem Sat.3.lib.2. —— *Vnum me ſurpite morti:*
Lucret.lib.2. —— *Motus quoque ſurpere debent.*
SVRREXE. Horat. lib.Sat.9. —— *Hunccine ſolem*
Tam nigrum ſurrexe mihi?
SVRREXTI. Martial. lib.5. *Vndecies vna ſurrexti, zoile, coena.*
TAGO. Pacuuius Teucro: *Vt ego, ſi quuquam me tagit.*
Attigat, Turpilius in Leucadia. Plaut. Bacchid.
TAXIS pro *Tetigeris.* Varro Modio: *O Petrulle, ne meum taxis librum.*
VELABRA pro *Ventilabris*, Feſtus, & Turneb. Aduerſ. lib.3.cap.5.
VIXET, Maro, & apud Nonium Varro.

SECTIO SECVNDA.

CLAVDO PEDE

Fictorum vocabulorum congeries.

LITERAE, aut ſillabae a fine Avulſionem, ſeu Abſciſſionem Ἀποκοπὴν veteres nominabant.

ARAR pro *Araris.* Silius Italicus lib.3.
Miſſus Arar, quem gurgitibus ——
Lucan. in 6. —— *Rhodanumq; morantem*
Praecipitauit Arar ——— Praenotatum.

BIBER pro *Bibere* ſcriptum veteribus C. Fannius Annal lib.8. *Domina eius vbi villam venerat, iubebat biber dari.* Titinnius in Proelia: *Date illi biber: iracunda haec eſt.* Cato quoque in Originibus.

CANTA pro *Cantata* ponebant, inquit Feſtus. Sic γόνα pro γόνατα Aeoles apud Stephanum in Γόννοι.

CIS pro *Citra*, Gell. lib.12. cap.3.

COEL pro *Coelo.* *Vnde Rudinus ait: Diuum domus altiſonum coel.* Sic Auſonius.

DEIN, *Exin* pro *Deinde, Exinde* Cicero in Oratore.

DIFFICVL. Varro Bimargo: *Vtrum ſit magnum, an paruum: facile, an difficul.*

FACVL ſcripſerunt Antiqui, & *Faculter* pro *Facile.* Accius Meleagro: *Ferre aduorſam fortunam facul.* Pacuuius Teucro.

FAMVL. —— *Famul infimus eſſet* affert Victorinus: ex Ennio, ni vana memoria.

GVBERNA pro *Gubernacula.* Marius Victorinus ex vetuſtiore: *Proras detondete & deſpoliate guberna.*

Illuſtriſſimus ad hanc rem elucidandam eſt apud Strab. locus l.8. Ἄλκιμος ἀντὶ τοῦ Ἀλκιμέδων. Ἡσιόδου δέ, ἐστι τὸ βριθὺ, καὶ τὸ βριαρὸν βριλέγει. Σοφοκλῆς δέ, καὶ Ἴων Ῥᾶ, τὸ Ῥᾴδιον, Ῥᾶ Ἐπίχαρμος δὲ τὸ λίαν, λῖ, Συρακὼ δέ, τὰς Συρακόντας. Παρ' Ἐμπεδοκλεῖ δὲ Μία. γίνεται ἀμφοτέρων ὄψ, ἡ ὄψις. Καὶ παρὰ Ἀντιμάχῳ. καὶ τὸ Ἄλφιτον, Ἄλφι, Εὐφορίων δὲ καὶ τὸν Ἧλον λέγει Ἧλ. Παρὰ φιλήτα δὲ Δμῶες δ' εἰς ταλάρον λευκὸν ἄγουσιν ἔρι. Εἰς ἄνεμον δὲ τὰ πηδὰ τὰ πηδάλια Ἄρατος φησι. Δωδὼ δὲ τὴν Δωδώνην Σιμμίας. Interpres: *Alcimus* pro *Alcimedon, & ex Heſiodo* βρὶ pro βριαρὸν, *vel* βριθὺ *poſitum. Sic apud Sophoclem, & Ionem* Ῥᾶ pro Ῥᾴδιον. *Apud Epicharmum* λὶ pro λίαν, *& Syraco* pro *Syracuſis. Apud Empidoclem, & Antimachum* Ὄψ pro Ὄψις. Pro Ἄλφιτον *apud Euphorionem* Ἄλφι, & Ἧλ pro Ἧλος. *Apud Philetam* Ἔρι pro Ἔριον eo verſu. *In calathos famuli candens* ἔρι *impoſuere.* Apud Aratum πηδὰ pro πηδάλια, & apud *Simmiam*

Dodo pro *Dodona*. Vt Ἥλ pro Ἥλιος: ita *Sol ex Solus* reliquum factum eſt de Macrobij opinione: niſi eſt ex hoc ipſo Ἥλ vocalis mutatione η in o, vt *Officium* ab *Efficiendo*, *Modus* ex *Medio*, aliaque in Tractatum ſecundum vbertim collata.

IBER pro *Iberus*. Silius Italicus: *Omnis Iber, omnis rapidis fera Gallia turmis.*

ILLI pro *Illic*, αὐτοῦ, Aen.2. —— *Illi mea triſtia fata.* poſitum volunt Grammatiſtae Pierio etiam teſte. Sic 3. Georg. *Illi victor ego, & Phrygio conſpectus in oſtro.* Sic eſt in Codice Longobardico. Sic Donatus agnoſcit in Adelphos: *Vt ego illi maximam partem feram*, & in Hecyra. Quibus adde Priſcianum lib.12. docentem *Nec, Illic, Illac*, pro *Ne, Illi, Illa* metaplaſmo ficta.

IN pro *Intra* Gell.lib.12.cap.13.

LAC, LACT ex. ꝙ *Lacte* truncata ſunt. Vide loco proprio poſtea. Vide ſis & Feſtum in *Burranica*. Chariſius: *Verrius Lacte pro Lac dicit.*

Soſipater lib. 1. *Sale igitur, vt Mare, & Lacte.*

LAPI pro *Lapide*. Ennius lib 15. *Occumbunt multi. Lethum ferroq; Lapiq;.*

MEHERCVLE, *quam Mehercules libentius dixerim*, inquit in Oratore Orator.

MOMEN pro *Momentum*. Lucret. *Momine ſi paruo poſſent impulſa moueri.*

PA pro *Parte*, *Po* pro *Populo* in Saliari carmine.

PERFACVL, vt *Facul.*

QVIE pro *Quiere* vetuſtiſſimi, inquit Priſcianus lib.6. Ennius Emancipato: *Solicito corde corpus non potitur nunc quie.* Naeuius in Proteſilao damia: *Complexa ſomno corpora operiuntur, ac ſuaui quie dicantur.*

SVPER pro *Supereſt*. Aen. 3. *O mihi ſola mei ſuper Aſtyanactis imago.*

VAH deciſum ex *Vaha*, lib.1. Artis.

VLS pro *Vltra* Gell.lib.12.cap.13. Detritum ex *Vltis* Pomponius de Origine Iuris.

VOLVP pro *Volupe*. Notat ex Aſinaria Plauti Nonius: *Siquid clam vxorem ſuam animo fecit volup.*

VT, reliquum factum ex *Vtinam*. Horatius lib.2. Serm.

—————— *O pater, & rex*
Iupiter, vt pereat poſitum rubigine ferrum.

IOANNI

Digitized by Google

IOANNI IACOBO
CHIFFLETIO
MEDICO REGIO.

ITIVS PORTVS *ſtatio fuit fida Caeſarianis carinis teſtificante Strabone: nobilitas exinde loco parta, & nomen. At locus ipſe iam quaeritur, non ab extraneis dumtaxat: ſed a vicinia circumiecta, & a viciniae proximis, quem, vbi ſit, deſignare operoſum eſt. Sic in Theologiae noſtrae campis nihil amoenius primitio Paradiſo, in quo amoenitates omne genus. Et vix inter Theologos quaeſitius quidquam eſt illo tranquilliſsimo animorum portu diuinitus conceſſo mortalibus, atque in eo perquirendo cura omnis conſumitur; nec paradiſus vel cogitatione, cum ſit primaeuae felicitatis domicilium, intratur.* ITIO DE PORTV *indagatio multorum hominum ſtudia conſumſit: tibi vni* CHIFFLETI, *ceſsit, patuit: fauſto pede tibi intratus eſt. Ego non de portus ipſius poſitura: ſed de vmbra, & literarum eius poſitu, ſituq; diſputo: quae tamdiu vmbra erit, quamdiu tuae intelligentiae facula diſcutietur. Interim ad* SIGNA INTERPVNCTA *te voco, quas Artigraphi veteres,* POSITVRAS, & THESES *dixere Operis abſolutio poſtulabat hanc partem minime negligi: an propitio Mercurio factum, arbitrabere, Medicorum columen.*

TRA-

TRACTATVS IV.

Signa interpuncta, θέσεις, *ſeu Poſiturae.*

CAPVT PRIMVM.

PERIODVS PVNCTA.

HOMINEM vera, iuſtaque membrorum conformatione, ac deuinctione concinnatum intueri per mihi iucunda res videtur: jam vero deartuati corporis partes ſingulas contemplari deforme. Hoc dico ſecundum Baſilium M. cuius illa ſunt e tertia in Hexaëm. Orat. Ἐπεὶ καὶ χεὶρ καθ' ἑαυτὴν, καὶ ὀφθαλμὸς ἰδία, καὶ ἕκαστον τῶν τοῦ ἀνδριάντος μελῶν διῃρημένως κείμενα, οὐκ ἂν φανείη καλὰ τῷ τυχόντι. *Iam non manus per ſe, non oculus ſeorſim, non ſingula ſimulacri membra diuulſa ſi iaceant, bella res vlli videri poßit.* Et Longini verbis: Καθάπερ τὰ σώματα ἡ τῶν μελῶν ἐπισύνθεσις· ὧν ἓν μὲν οὐδὲν τμηθὲν ἀφ' ἑτέρου καθ' ἑαυτὸ ἀξιόλογόν ἐστι, πάντα δὲ μετ' ἀλλήλων ἐκπληροῖ τέλειον σύστημα. *Vt corpora membrorum integra compoſitio commendat: ex quibus nullum diſſectum ab altero ſecundum ſe momenti alicuius eſt. Iuncta vero inter ſe omnia perfectum compoſitum explent.* Ad eundem poene modum Periodum prius habui, quam Periodi artus Inciſa, & Commata animo contemplari, calamoque praeſcribere. Tullius etiam me inuitauit, cui ſcriptum primo de Natura D. *Omnes autem eius partes, atque omnia membra tum facillime noſcuntur, cum totae quaeſtiones ſcribendo explicantur.* Ac veluti

—— *Truncus ficulnus, inutile lignum*: ſi apte exaſcietur, diſtinguatur, intercidatur, poliatur Deus fieri poterit: ſin aliter, alueus ad haram, rhombus, ſtipes. Sic ex alia, atque alia Pungendi ratione ſententiae quoque diuertentur. Quare etſi *Interpunctiones verborum* dixit Orator pro Murena, & Διαχώρησιν *Interpunctionem* Cyrillus: *Diſtinctiones ſenſuum* potius, quam *verborum* Caſſiodorus nuncupauit. Neceſſitas enim, quam deinde ſecuta eſt ſuauitas, *Diſtinctiones* inuenit. Tullius lib. 3. de Oratore: *Clauſulas enim, atque interpuncta verborum, animae interclufio, atque anguſtiae ſpiritus attulerunt. Id inuentum eſt ita ſuaue, vt ſi cui ſit infinitus ſpiritus datus, tamen eum perpetuare verba nolimus. Id enim auribus noſtris gratum eſt inuentum, quod hominum lateribus non tolerabile ſolum, ſed etiam facile eſſe poßit.* Ita gratum inuentum, *vt diſtinctiones ſenſuum grata mente perquirere, ac ponere debeatis, ſine quibus neque legere quidquam competenter, neque intelligere praeualemus*, ait ſuis Caſſiodorus. Eapropter Nicanor Hermiae F. Alexandrinus Grammaticus Adriani Caeſaris tempeſtate ἔγραψε περὶ Στιγμῆς τῆς παρ' Ὁμήρῳ, καὶ τῆς ἐξ αὐτῶν διαφορᾶς ἐν τῇ διανοίᾳ, περὶ Στιγμῆς τῆς καθόλου βιβλία ἕξ, ἐπιτομὴν τούτων βιβλίον ἓν περὶ Στιγμῆς τῆς παρὰ Καλλιμάχῳ. ... περὶ τοῦ Ὦναξ ἐπὶ Στιγμῆς, καὶ ἄλλα. ἐφ' ᾗ πραγματείᾳ σκωπτόμενος πρός τινων Στιγματίας ἐκαλεῖτο, οὐ γὰρ δήπου, ὡς δοῦλος οὕτως ἐσκώπτετο. *Scripſit Nicanor Hermiae F. de Interpungendi apud Homerum ratione, deque ex ea naſcente ſententiae diſſeritate. De Puncto generatim Libros ſex, quos in Epitomam contulit. Librum vnicum de ratione apud Callimachum Interpungendi, de Puncto vocis* Ὦναξ, *& alia. A qua tractatione Stigmatias audijt quorundam conuicio, non ſeruitij probro.* Suidas haec, cui paria ſuccudit Euſtathius. Neque Suidas aliter capi poteſt abſque ſtili violentia, aut ingenij tormento. Neque fas eum pro libidine truncare, quod nuper inconſulto factum.

Periodum igitur recte, & ad Orthographi partes accommodatiſſime Demetrius delineauit, ac terminauit. Ἔστι γὰρ Περίοδος σύστημα ἐκ κώλων, ἢ κομμάτων εὐκαταστρόφων πρὸς τὴν διάνοιαν τὴν ὑποκειμένην ἀπηρτισμένων. *Periodus res eſt compoſita ex colis, commatisque, volubilibus, ad ſubiectorum intelligentiam adaptatis.* Iterato: Ἡ μὲν περίοδος σύνθεσίς τις ἐστι περιηγμένη, ἀφ' ἧς ὠνόμασαι. *Periodus compoſitio quaedam eſt circumducta: vnde vocamen.* Nomenclationis ratione iam euoluta, priorum Demetrij verborum ſenſum aperio. *Eſt enim Periodus contextum e Colis aut Commatis, ſeu Inciſis circa propoſitam ſententiam occupatis, ac perfectiſſime abſolutis.* Quinctilianus lib. 9. cap. 4. non diſſimiliter de Periodo, eiuſque artubus: *At illa connexa ſeries tres habet formas, Inciſa, quae* Κόμματα *dicuntur: Membra, quae* Κῶλα: Περίοδον, *quae eſt vel Ambitus, vel Circumductum, vel Continuatio, vel Concluſio.* Premit inſtantius Tullij veſtigia in Oratore: *In quo quaeſitum eſt*, inquit, *in totone circuitu illo orationis, quem Graeci* περίοδον, *nos tum Ambitum, tum Circuitum, tum Comprehenſionem, aut Continuationem, aut Circumſcriptionem dicimus.* Quinctilianus *Ambitum* & *Continuationem* a Tullio mutuatur. *Circumductum* redolet Demetrij τὸ περιηγμένη. *Concluſio* idem eſt *Circumſcriptioni*. Tullius in Bruto: *Comprehenſio,*

&

& ambitus ille verborum (ſi ſic Periodum appellari placet) erat apud illum contracta , & breuis , & in Membra quaedam, quae Κῶλα *Graeci vocant, diſpertiebat orationem* . Tantundem Aquila Romanus. Hactenus de appellatione varia: Concluſionis ecquod ſignum? Victorinus Artis lib. 1. *Quando diſtinguitis, cum erit perfecta oratio , & ſenſus concludetur, inter nouiſſimam verbi literam , & primam inſequentis , in ſuperiore parte verſus Punctum ponite aliud, quam librarius inter duo verba poſuit* . Eſt autem *Punctus* apud Matheſeos magiſtros non menſus, non figura: ſed menſus & figurae initium. Eo pro vulnere paruiſſimo dictum in Miloniana, aut pro cicatrice minima *Vulnus acu punctum* Στιγμὴν item diſſeparat a γραμμῆ Ariſtoteles lib.6. de hiſtor. animal. in hiſtoria cuculi, & accipitris. Victorino ὁμοφρονεῖ Diomedes: *Et eſt huius* [Periodi.] *Nota punctum ſupra verſum ad caput literae poſitum*. Qui Diomedes lib. 2. *Diſtinctionem* nominat *Periodi notam*, ſic vt analogum pro primario ponatur analogato, vt Dialecticae magiſtri loquuntur. *Diſtinctioni* autem *Subdiſtinctionem*, & *mediam diſtinctionem* conſociat ſimiliter Graecis, quibus Στιγμὴ, Ὑποστιγμὴ, Μέση στιγμή. Nulla autem voce Latina Graecam propius expreſſeris, quam *Diſtinctione* : namque a Στίζω *Stingo* , ſeu *Stinguo* ortum eſt. Porro Victorini , & Diomedis doctrinam adſpernantur hodie Puncto inter vmbilicos literarum praecedentis, ac ſubſequentis collocato. quo iure? Vſucapione omnibus promiſcua. Exemplo illuſtrat D. Auguſtinus lib. 4. de Doctrina Chriſtiana. cap. 7. *Quis enim non videat , quid voluerit dicere, & quam ſapienter dixerit Apoſtolus: Gloriamur in tribulationibus : ſcientes , quia tribulatio patientiam operatur : patientia autem probationem : probatio vero ſpem : Spes autem non confundit : quia caritas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris , per Spiritum ſanctum , qui datus eſt nobis* . Agnoſcitur & aliud decus, quoniam poſt aliqua pronunciationis voce ſingula finita , quae noſtri *Caeſa*, & *Membra* , Graeci autem Κῶλα, & Κόμματα vocant, ſequitur Ambitus , ſiue Circumitus , quam Περίοδον illi appellant, cuius membro ſuſpenduntur voce dicentis, donec vltima finiantur. Nam eorum, quae praecedunt Circumitum, Membrum illud eſt primum : *Quoniam tribulatio patientiam operatur*. Secundum : *Patientia autem probationem* . Tertium : *Probatio vero ſpem*. Deinde ſubiungitur ipſe Circumitus, qui tribus peragitur Membris, quorum primum eſt : *Spes autem non confundit*. Secundum : *Quia caritas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris*. Tertium : *Per Spiritum ſanctum , qui datus eſt nobis* .

NOTA PRIMVM. Si Periodus vna excipiatur ab altera vſque diſſimili, & cuius abrupta ſit ſententia(quod ex magna rerum differentia naſcitur) ſcribentes non ſigno puncto, non grandiuſculo in capite Periodi elemento ſunt contenti dumtaxat: ſed a verſu nouo eam ordiuntur, rerum diſtantiam ſcripturae interordiniis commenſi. Cauſidicis id perfamiliare , & frequens in Verris accuſationibus, & literarum ſcriptione hodierna.

NOTA SECVNDO Periodi notam vaneſcere Interrogatione, Admiratione, Exclamatione. Tam enim diuerſi generis nota eſt Interrogandi , Admirandi, Exclamandi a Puncto periodico , quam Semicolun , aut Colun.

NOTA TERTIO Punctum, vbi id cumque impactum fuerit, vocem antecedentem a ſubeunte ſeiugare , & literam vocis indicem a litera. Eapropter P. R. eſt *Populus Romanus* : P R. cum vnico Puncto ad R *Praetor* in priſcis monimentis. Vides priuis vocibus priua Puncta addita? Eſt & cum ſillabis priuis, eſt cum totis vocibus ſic accuduntur. Scatent exemplorum affatim Inſcriptiones veteres.

DE MAJVSCVLARVM

EXSTANTIA.

APPENDIX.

NOTA QVARTO punctam Periodi notam grandiuſcula dein excipi litera ſeu Sonora, ſeu Conſona. Matth. 8. *Volo. Mundare.* Tali namque ſcripto plus ineſt maieſtatis, plus poteſtatis, quam ſi ſcribas : *Volo , mundare* , aut ſi iungas , quod D. Hieronymus lib. 1. in c. 8. Matthaei non probat. *Non ergo*, inquit, *vt plerique Latinorum putant, iungendum eſt, & legendum : Volo mundare: ſed ſeparatim, vt primum dicat: Volo. Deinde imperet: Mundare.* In Graeco certe textu, etiam D. Chryſoſtomi, Subdiſtinctio eſt : Θέλω, καθαρίσθητι : ſed cum mira efficacis imperij demonſtratione, quae Latinis verbis non tam claritus exprimitur. Quod ſi Periodus

vna

vna excipiatur altera non diſſimili, (quod euenit, cum inſtantius, aut vberius agitur) Puncto quidem proprio velut ſigno Periodus annotatur: at proxima Periodus vnciali litera caput non insignitur, ac ſi cum duce conſentiens ſibi imperium non arroget, ſequi contenta. Minus Punctum dicunt, quod nec ſuperiori Matthaei loco diſconueniat.

Grandiuſculam quoque literam praeſcribunt Propriis nominibus deorum, hominum, pecudum, fictorumque ad deorum, hominum, pecudum effigiem: Propriis gentium, nationum, adiectiuis ex his ortis. Aduerbia quoque ex iſtis nata Maiuſculam capitalem literam mereri videntur: tacito namque complexu id, a quo deriuantur, inuoluunt. At cur Aduerbia potius, quam Verba? Cur potius *Graece, Latine, Germanice, Scythice*, quam *Fimbriaturit, Syllaturit, Figulaturit*?

Taurellij manus & mens Praefatione in Digeſta: *Maiuſculis praeterea vſi ſumus in titulorum, & legum, principaliumq; clauſularum initijs, tum nominibus Iuriconſultorum, librorumq; ex quibus leges ipſae, ſeu capita referuntur, tum in Dei, ac Imperatoris, & Diui, propriisq; aut gentium nominibus: tum in antiquis legibus Senatusconſultis, edictis, actionum, exceptionum formulis referendis: item iis, quae materialiter, quod aiunt, & demonſtrandi, docendiq; cauſa ponuntur.* Id iam Vſu plurimorum literatorum corroboratum videmus, & probamus.

Eadem ratione, quae artis, qua de agitur, aut rei vocabula. Vt cum de Notis tractamus, Periodus, Inciſum Accentus, talia, quae grandiuſculis exarata elementis diſtinctionis inuehunt lucem, & imaginationem validius feriunt.

Maiuſculas non merentur *Lynx, Hippopotamus, Acanthis*. Non ſunt enim propria: ſed ſpeciei nomina, vt *Homo, Equus, Aſinus*. Neque *Phoenix* auis, aut *Sol* aſtrum. Forte enim fit ſolem vnicum eſſe, aut phoenicem: ſuntque ſpeciei vocabula. Sol, inquam, luna, ſaturnus aſtra cum ſunt, minuſculis contenta erunt: cum dij, cum ἀςροθετήματα θεωθέντα, iis Maiuſcula non indebita. Similiter appellatiua inſignies, quoties perſonae rationem obtinent: tunc enim fiunt propria. Apud Prudentium Pater, Verbum, Spiritus, Auaritia, Diſcordia, Virtus, Febris, Scabies, Sapientia, Patientia, Ira, Libido, Superbia, Fides, & apud Silium, Plinium, Valerium Maximum, Ciceronem, Virgilium, Nummos apud Aeſopum animalia perſonata *Leo, Vrſus, Vulpes, Ceruus, Delphis* talia. Sic productae ſententiae Maiuſculis inchoantur, narrationes, colloquia. Item ſuppoſita propriis, Poeta, Geographus, Medicus, perinde ac Virgilius, Homerus, Strabo, Hippocrates.

QVAERES an erunt Maiuſculae carminum capitales literae? Aio: niſi forte apud Pindarum, ac ſimiles verſificatores ſaepius verba ſecantes, quod Latini rariſſime commiſerunt, nec probauit Ovidius, cui non eſt inuenta via carmine concludendi *Tuticani* nomen, vti neque Martialis alibi. Et vero nos Latinorum ſcribimus Orthographica.

CAPVT SECVNDVM.

COLVM PVNCTVM.

PERIODVS in partes diſtrahitur: *Cola* vocant Graeci, *Membra* Romani. Cicero in Oratore: *Neſcio cur, cum Graeci* Κόμματα, *&* Κῶλα *nominent, nos non recte Inciſa, & Membra dicamus.* Non diſparia lib. de Claris Oratoribus. D. Auguſt. lib. de Doctr. Chriſt. cap. 6. *Quae noſtri Membra, & Caeſa, Graeci autem* Κῶλα, καὶ κόμματα *vocant. Membrum autem eſt ſenſus numeris concluſus: ſed a toto corpore abruptus, & per ſe nihil efficiens*, inquit Fabius lib. 9 c. 4. Fabium Diomedes verbatim refert lib. 2. Obiter vt de inuentore diſputem, faciunt Suidae verba Thraſymacho inuenti honorem tribuentis: Ὃς πρῶτος περίοδον, καὶ κῶλον κατέδειξε, καὶ τὸν νῦν τῆς Ῥητορικῆς τρόπον εἰσηγήσατο· μαθητὴς Πλάτωνος τοῦ φιλοσόφου, καὶ Ἰσοκράτους τοῦ Ῥήτορος. Scribe Συμμαθητής. Nam Thraſymachus Platone etiam maior fuit. Latine: *Qui primus Periodum, & Membra monſtrauit, & artis Rhetoricae quae hodie regnat, primus auctor fuit.*

Tullius in 3. de Oratore *Verſus enim veteres illi in hac ſoluta oratione propemodum, hoc eſt, numeros quoſdam nobis eſſe adhibendos putauerunt: interſpirationis enim, non defatigationis noſtrae, neque librariorum notis; ſed verborum, & ſententiarum modo interpunctas clauſulas in orationibus eſſe voluerunt: idq; princeps Iſocrates inſtituiſſe fertur, vt inconditam antiquorum dicendi conſuetudinem delectationis, atq; aurium cauſa (quemadmodum ſcribit diſcipulus eius Naucrates) numeris adſtringeret.* Videtur Cicero *Interpunctas clauſulas* Iſocrati.

Iſocrati vt *principi* arrogare. Supparia legas in Bruto. At opitulus aderit vel ipſe Tullius in Oratore: *Nam cum conciſus ei Thraſymachus minutis numeris videretur, & Gorgias, qui tamen primi traduntur arte quadam verba iunxiſſe.* Iterato: *Neminem in eo genere ſcientius verſatum Iſocrate confitendum eſt: ſed princeps inueniendi fuit Thraſymachus, cuius omnia nimis etiam exſtant ſcripta numeroſe.*

Numeros igitur in oratione Thraſymachus *princeps* inuenit. *Paria paribus adiuncta, ſimiliter definita, contrarijs relata contraria Gorgias primus inuenit,* ibidem: non Polus: hanc enim laudem Polo abrogat Philoſtratus in vitis Sophiſtarum. Atqui haec abſque Membris eſſe nequibant, neque abſque his Periodus: igitur Auctores hi principes, primique inuentores. Iſocrates in his temperamentum, modumque inuenit, & laudabilius excoluit, vt equidem ferebat Platonis, Tullijque opinio.

At Suidas ſupra non correctu facilis: neque mihi valde adſentior. Potuit enim alterius fuiſſe Platonis diſcipulus. Certe fuit iſte Thraſymachus Platone antiquior, fuit Iſocrate, quod e Dionyſio Halicarnaſſeo dilucebit magis, quam ex Platone, & Philoſtrato. Plato namque in Politicis ipſum Thraſymachum ſaepiſſime loquentem facit, quod & Philoſtratus animaduertit lib. 1. de Sophiſtis, cuius vtemur teſtimonio medicinae cauſa tum ipſi Philoſtrato, tum interpreti faciendae: Οἱ δὲ καὶ Θρασύμαχον τὸν Καρχηδόνιον ἐν σοφισταῖς γράφοντες, δοκοῦσί μοι παρακούειν Πλάτωνος, ταὐτὸν εἶναι φάσκοντος λέοντα ξυρεῖν, καὶ συκοφαντεῖν Θρασύμαχον. Interpres: *Thraſymachum Cartaginenſem, qui inter Sophiſtas recenſent, Platonem mihi obaudire videntur, qui idem eſſe dictitat leonem radere, & Thraſymachum calumniari.* In quo ſcilicet *aliquid iratum, aliquid atrox, aliquid mirabile.* Tullij verbo in Oratore, quod eo dicto Plato lib. 1. Polit. ſignificauit. In Sophiſtis autem floridum magis dicendi genus. In Sophiſtis maior ſapientiae cura, quam Thraſymacho omni pagina ademtum it Platonis liuor Dionyſij Halicarnaſſei iudicio. Porro prima interpretis verba nullam iuſtam continent ſententiam. In Philoſtrato Παρακούειν eſt *Male audire*, ſeu *Non intelligere* Platonem, aut non legiſſe. Sic τὸ παρά, Perperam aliquid eſſe, fieriue paſſim ſignificare, notauimus ad Macarium. Error & in Philoſtrato. Nec enim Καρχηδόνιον, ſed Καλχηδόνιον legendum iubent Suidas, Halicarnaſſeus, Plato, quorum teſtimonia praetermittit παρέργου ratio. Ne autem de Dionyſij iudicio dubites, affirmat ipſe epiſtola ad Cn. Pompeium omittere ſe Platonis ſcripta, in quibus κωμῳδεῖ τοὺς πρὸ ἑαυτοῦ, ſeu, *illudit in eos, qui anteriores ſe fuerunt,* ſcilicet Parmenidem, Hippiam, Protagoram, Prodicum, Gorgiam, Polum, Theodorum, Thraſymachum, vt fere ipſe Ariſt.

Verum amabo a quo tandem interpungendi, ſeu Inciſi, Membri, Periodi, Puncta ponendi origo? Refert vir literatiſſimus ad Adriani aeuum, propiuſque nihil facit, quam vt Nicanori adſignet. Signauerit Nicanor Puncta, deque Homeri punctis, & Callimachi ſcripſerit: non idcirco interpungendi fuit auctor? *Potuit igitur tunc agitari de inducenda, etſi nondum vulgo inducta,* Inquit, *interpungendi ratione.* Diuinatio. Potuit hoc agitari omni aeuo.

Dico igitur notarum harumce neceſſitatem cum ſcribendi lege notam, adeóque coniunctam, ſit vt ſcriptionis anima, mens, lumen: liſq; ſublatis oratio verſabitur in tenebris, & ſumma confuſione. Neq; ipſa ſatis aut ſcriptio conſtabit, aut pronunciatio his deſtituta auxiliis. An haec abſque Commatis ſcripſit Tullius l. 3. de Orat. *Omnia quaeſita, audita, lecta, diſputata, tractata, agitata eſſe debent?* Iſque tanto ante Adrianum Imp. Non ſine his Notis Plato, Polus, Prodicus, Hippias, Protagoras, Gorgias? non Homerus, non Callimachus? & ſi Callimachi epigramma neſcio quod a Politiano minime notatum memorerur: etſi ego totum Callimachi opus ex Langij bibliotheca vidi hoc orbatum lumine. Eorum namque ſcripta, niſi hac diſtinctionis luce illuſtrata fuiſſent, fruſtra de eorum interpungendi ratione libros elaboraſſet Nicanor.

Praeterea diſtinctionum nomenclationes, *Commata, Cola, Inciſa, Membra* a ſcribendo, pungendoque ducuntur, non a pronunciando: non igitur a ſcripto diſſeparanda Quid quod in Homero proſodias ipſas ſcriptas ſeculis retruſiſſimis teſtatiſſimum eſt ex Ariſtotele lib. 1. Elench. c. 4. ex Galeno tom. 4. tractatu de Sophiſmatis. SS. quoque Patres Graeci, Latini in ſacris folijs diſtinctus agnoſcunt, pridem ante Adriani, & Nicanoris tempora. Quid quod ſcriptor, a quo diſſentio, ſcribit haec de interpungendi ratione: *Non debuit, non potuit diu quaeri.* Quae cum eius ſententia controuerſioſa valide colliduntur. Diu ea enim quaeſita, ſi a natis quaeſita literis, & primulum ſub Adriano reperta. Fauent nobis Tullij ſuffragia ſane intellecta. Apud eum enim lib. 3. de Orat. *Neque librariorum Notis; ſed verborum, & ſententiarum modo interpunctas clauſulas in orationibus eſſe voluerunt.* Potuit negare notas librariorum, & eas neque in vſu habitas, neque cognitas? At neque eas negat, aut ablegat. Perinde námque eſt ac ſi dicat trita Latinitatis orbita. *Non librariorum Notas* dumtaxat; *ſed verborum & ſententiarum modo interpunctas clauſulas.* Neq; poſt multa idem Orator: *Clauſulas enim, atque interpuncta verborum animae interclusio, atque anguſtiae ſpiritus attulerunt.* Quod etſi principaliter de oratione prolata intelligitur: pariter tamen de ſcriptura; parque eſt ratio. Pro Muraena quoque Iuriſconſultos illudens, *eos in ſingulis literis, & interpunctionibus verborum*

Digitized by Google

occupari ſcribit. Quae aliorſum verba trahi poſſunt ab eo, quem propria opinio occupat, vel διωκε. Seneca item diſertiſſime, planiſſime epiſtola XL. *Nos etiam cum ſcribimus, interpungere ſolemus.* Quanto magis (hoc deſtinato conficit) cum pronunciamus? Verum idem ad Senecam ſcriptor, Senecam intelligit de Punctis ſingulis verbis affixis. Infelix diuinatio. Poteſt eſſe quidquam aeque ridiculum, quam ſi ad ſingula verba interquieſcat orator? Nam ſic pauſare ſapientem iubet Seneca. Neque enim, inquit, pronunciationis ea lex ſolius eſt: ſed ſcriptionis. Ecce, inquit: *Nos, etiam cum ſcribimus, interpungere ſolemus:*

At priſca omnia Monumenta, Lapides, Tabulae, aera Legum aut Orationum nullam praeferunt, aut habent. Niſi hanc tamen, qua ſingula verba punctis ſuis diſparant, & ſecernunt: ſed punctis vniuſmodi ſemper, & pari forma. Quae res, vt verum fatear, turbet magis, & ſiſtat lectorem, quam transferat, & adiuuet. Addantur Libri. Fateor vniuerſa haec. Moris huius cauſa eſt: quia omnia iſta ſemunciali, aut capitali charactere inſignita continua ſerie cohaerere inter ſe viderentur: ſi non a verbis puncta ſepararent verba. Nec aliud forte punctorum fabris quaeſitum, qui quod Orthographiae eſſent ignari, ſusque, deque habuere exactam Commatis, Colisque interlucentibus ſcribendi rationem.

Dices Tullio, aliisque oratoribus magnis, aut ſcriptoribus praetermiſſas hiſce de Notis praeceptiones. Non renuto: praetermiſſae ſunt. Nec enim ad humilitatem iſtam elementaris diſciplinae, dignitatem ſuam ſubmiſere.

Inuentis porro Membris ecquas librarij Notas adſignarunt? Probus lib. I. Colon cum in fine verſus, ex maxima parte ſenſus concluditur:

O pater, ô hominum, rerumque aeterna poteſtas.

Locum hic tantum deſignat: Notam Max. Victorinus: *Diſtinctio eſt appoſito Puncto nota finiti ſenſus, vel pendentis mora. Tribus locis ponitur, ſummo, cum ſenſum terminat, Finalis a nobis, Τελεία a Graecis dictus hoc modo. Medio, cum reſpirandi ſpatium legenti dat, & dicitur Μέση hoc modo. Imo ponitur, cum mora lectionis interrupto tenore aliud adhuc illatura ſuſpendit, & vocatur a Graecis ὑποστιγμή, a nobis Subdiſtinctio.* Donatus editione prima: *Diſtinctio eſt, vbi finitur plena ſententia: huius Punctum ad ſummam literam ponimus. Subdiſtinctio eſt* [Membrum, ſeu Colon] *vbi non multum ſupereſt de ſententia, quod tunc neceſſario ſeparatum, mox inferendum ſit: huius Punctum ad imam literam ponimus. Media eſt, vbi fere tantum de ſententia ſupereſt, quantum iam diximus, cum tamen reſpirandum ſit. Huius Punctum ad mediam literam ponimus.* Inde Ariſtoteli Rhetoric. 3. Γίνονται δὲ καὶ τρίκωλοί τινες, καὶ μονόκωλοι, ἃς καλοῦσιν ἁπλῶς Περιόδους. Notatur vſu hodie vſitato Colon Punctis geminis: non laeua, dextraque ordinatis; ſed ſubiecto vno, ſuperimpoſito altero. Ad hoc exemplum Verrina quinta: *Poſco rationes: inſpicio literas: video frumenti granum Haleſinos, quibus L X. M. modium imperata erant, nullum dediſſe: pecuniam Volcatio, Timarchidi, ſcribae dediſſe.* Ex quarto Accuſationis ſibi probata impenſius depromit iterum in Oratore Cicero: ſunt autem pulcerrime, ſuauiſſimeque compoſita: *Conferte hanc pacem cum illo bello: huius Praetoris aduentum cum illius imperatoris victoria: huius cohortem impuram cum illius exercitu inuicto: huius libidines cum illius continentia: ab illo, qui cepit conditas: ab hoc, qui conſtitutas accepit, captas dicetis Syracuſas.* Paribus interuallis diſtincta ſunt illa ex quarto ad Herennium: *Nam quae reliqua ſpes libertatis manet, ſi illis & quod libet, licet: & quod licet, poſſunt: & quod poſſunt, audent: & quod audent, faciunt: & quod faciunt, vobis moleſtum non eſt.* Cum igitur ſententia duas, vel plures habet partes, quae ſuis ſingulae verbis reguntur, per ſe conſiſtunt, abſolutaeque ſunt. Membro locus eſt diſtinguendus.

DE SEMICOLO APPENDICVLA.

PERIODO Membris diſpertita, Membra ipſa abeunt in partes, *Semicola* vocant. *Membrum* inter. & *Inciſum*, ſeu inter *Colum*, & *Comma*, mediam ſortitur naturam *Semicolon.* Quanto namque *Colo* minus eſt, tanto eſt *Commate*, ſeu *Inciſo* amplius. *Comma Puncto* ſuppactum *Semicola* tota nota eſt ſic ; *Semicoli* minus eſt contraria diſpeſcere nomina, vt: *Publica priuata; ſacra, profana; tua, aliena.* Quo in exemplo conſtare adſeuerat Manutius aeque vnicum ſufficere ſemicirculum , eaque nota, quae gemino Puncto deſcribitur ſic : nimirum retardari ſententiam.

Minus alterum eſt, non quidem cum nomina ſunt contraria: ſed ſententia ita variatur verbis, vt ſemicirculi impreſſio parum ſufficiat, gemina Puncta praegrauent. Puta in diſiunctis aut varia partitione. Tunc Semicoli temperamento opus.

NOTA in cauſis, locis, exemplis ſuperius collatis non iniuria Coli, ſeu Membri Notam poſſe ſubſtitui. Rationem poſcis? Subindicant M. Tullius, Quinctilianus, Demetrius locis inſequenti capite explicandis.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT TERTIVM.

COMMA PVNCTVM.

MARCVS TVLLIVS de Oratore ad Brutum. *Prima ſunt illa duo, quae Commata Graeci vocant, nos Inciſa dicimus, deinde tertium, κῶλον illi, nos Membrum.* Quintil. lib.9.c.4. *Inciſum, quantum mea fert opinio, erit ſenſus non expleto numero conclusus: pleriſq; pars Membri.* Diomedes lib.2. poene ſillabatim Quinctilianum expreſſit. Dionetrius: Κόμμα ἐςὶ τὸ κῶλου ἔλαττον, ... Non diſpari ... de Doctrina Chriſt. Probus l.1. *Comma*, ſeu Tome minor hic, aut huc collocetur aliam, atque aliam pariet ſententiam. Curtij lib.6. *Alias proditorem appellans, nunc ingentia promittens, interdumq; regnum quoq; verſabat animum tanto facinore procul abhorrentem.* Hac ſ... verborum videri poſſit Nicomachus ... animo ſuapte ſponte ... quod nullus dicit Curtius: hoc dicit: Dymnus *ingentia promittens, interdumq; regnum quoque promittens* ſcilicet, *verſabat animum tanto f. p. ab a.* Ergo τὸ *Quoque*, nota flexa commatis diſpeſcendum ab & *Verſabat*.

Paterculi lib.1. ... Cod. o. *De induſtria imprudenter rixam ciens, interemtus eſt.* Lipſius interpungit: *Imprudenter, rixam ciens, interemtus eſt.* Claret hiſtoriae non ignaro. Interemtus enim ab imprudentibus, ipſe facinoris prudens.

PERPLEXAE alioquin orationis futurae compoſitioni gratiam, lucemque *Commata* conciliant. Verbi gratia in Quinctiana: *Poſterius, inquit, iſta videbimus, Quinctius.* Lib.2. de Oratore: *Licet, inquit, rogare, Philippus.* Alibi: *Audiamus, inquit, pulcellum puerum, Craſſus.* Quae orationes quanto ſunt repetito *Commate* adminiculatiores: tanto, ſi deſtituantur, conturbatiores, & griphorum ſimiliores. Vt in pleriſque omnibus D. Iacobi Codicibus cap.2. *Si introierit in conuentum veſtrum vir annulum aureum habens in veſte candida.* Abſque *Commate* perperam ſcribitur quaſi veſti adſutum, aut intextum habeat *annulum aureum* praeter D. Iacobi mentem. Atque ita concionator quis Duacenus nuhi Duaci auditus eſt, mirifice ſe hac confuſione circumſpiciens: cum nihilominus certo certius ſit ſecandam ſententiam iſta nota Commatis: *Aureum annulum habens, in veſte candida*: vt alias *In veſte pulla, atra, aurea* quis eſſe dicitur.

COMMA, ſeu *Inciſum* verba ab inuicem, & nomina ſingulatim incidit: ſed & plures dictiones a pluribus

Horatius: *Scriptor, honoratum ſi forte reponis Achillem,*
Impiger, iracundus, inexorabilis, acer.

Ad ſuperiora ex Demetrio te refer.

NOTA ab alius *Comma* dici *Virgulam*, *Semipunctum*, *Semicirculum*, quae diſconueniunt vniverſa. *Virgulam* non recte dixeris. Primum linea ſiquid ſignandum, erit ea recta vel curua: ſimiliter *virgula*: fuit igitur opus diſtinctu. Seca O a media ſupera periferia ad imam vſq; per punctum medium, duas effeceris *virgulas*, duos ſemicirculos, nec tamen Comma: ergo non inuicem commeant velut adaequata *Comma, Semicirculus, Virgula*. Neque *Semipuncti* placet appellatio. Nam cum Periodus in Membra diuidatur, haec in Commata, ſeu Inciſa, potius Membra dicenda ſunt *Sepuncta*: nam perfectae, abſolutaeq; Periodi *Punctus* index eſt. Ergo ſimili Competentia *Semipunctum* dimidiatae Periodi. Timus tandem Tullij diſciplina, & verborum eius ſupellectile contenti.

CAPVT QVARTVM.

INTERROGATIO, ADMIRATIO.

HACTENVS primaria in Vſum frequentiamq; conſideras, orationis interpungendae ſigna dedimus: nunc minus frequentia ſuccudimus. Interrogationis nota eſt *Punctus* ſuperpoſita virgula bis curua ſurſum eunte. Sedes eius vel vbi Inciſum, vel Membrũ, vel Periodos abſolui queat. Superueniens enim his notis Interrogatio, eas quodammodo deuorat. Et quoniam crebrius finit ea ſententiam, pro fundamento Punctum occupat, & virgula contortius ſurſum vibrata flexurae vocis aptatur hoc modo Aen. l.8. -- *Quae cauſa ſubegit*
Ignotas tentare vias? quo tenditis? inquit.
Qui genus? vnde domo? pacemne huc fertis an arma?

Tullius pro Q. Ligario: *Quid enim tuus ille, Tubero, diſtrictus in acie Pharſalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? qui ſenſus erat armorum tuorum? quae tua mens? oculi? manus? ardor animi? quid cupiebas? quid optabas?*

D. Auguſti[illegible] lib.3 c[illegible]p.3. de Doctrina Chriſtiana: *Quis accuſabit aduerſus electos Dei?* Vt hanc interr[illegible]ationem quaſi reſpon[illegible]o ſ[illegible]bſequat[illegible] *Deus, qui [illegible]cat.* Et iter[illegible] interrogetur: *Quis eſt, qui condemnat.* Et reſpondeat[illegible]r: CHRISTVS IESVS *qui mortuus eſt.* Quod credere quia dementiſſimum eſt, ita pron[illegible]bitur, vt praecedat perco[illegible]o, ſ[illegible] interrogatio. Haec inter [illegible]e differitas? Addit D. Au[illegible]. *Inter Percontationem autem, & interrogationem hoc veteres intereſſe dixerunt quod ad Percontationem multa r[illegible] deri poſſunt [illegible] Interrogationem vero aut Non, aut Etiam.* Pertexit id[illegible] Doctor [illegible] Pronunci[illegible]bitur [illegible] ita vt poſt pe[illegible]contationem [illegible] qua dicimus: *Quis accuſabit aduerſus electos Dei?* I[illegible]d quod [illegible]r, [illegible] rrogantus [illegible]icietur: *Deus, qui iuſtificat?* Vt ta[illegible] ite reſpondeatur *Non.* &c.

ADMIRATIO [illegible] poteſt eſſe ſedibu[illegible] q[illegible]bus Interro[illegible]io, hoc eſt, vbi [illegible]loqui punctio al[illegible]a d[illegible]rimendaret. Diſtat ab Inte[illegible]gatione vi[illegible]la ſurſum [illegible]a. quae & puncto ipſa ſuperi[illegible]et. Aldus Ma[illegible]ri[illegible]s Admir[illegible]tion[illegible] ſ[illegible]lo [illegible]cto iubet e[illegible] co[illegible]. Quae haec confuſio! Punctus ordinaria Periodi nota eſt. & cum ea puſillum Punctum adm[illegible]t alij. Quare perturbationis d[illegible]ndae ſtudio, vt [illegible] a[illegible]mi[illegible]a[illegible]tis [illegible] ſigno proprio, nota alia, vt in Colo. requirenda eſt, ac v[illegible]panda. V[illegible] autem eti[illegible] e[illegible]m, quam Admirationis notam confirmauimus, comprobant. Ha[illegible] tu[illegible] Andr. Brabantus admittit, ſi cum Admiratione [illegible]ncta ſit Exclamatio. H[illegible]m v[illegible]n grauate damus: ſic eadem nota vel Admirationi ſeorſae, vel Excla[illegible] ſeorſae meo, [illegible]que iudicio apte ſeruiet.

CAPVT QVINTVM.

PARENTHESIS,

SEV INTERIECTIO.

PARENTHESEOS nomenclatio, quod ex vi praepoſiturarum q[illegible] attentior facile animaduertet, duos inuoluit reſpectus. vnum ad verba pauca o[illegible]at[illegible]i iniuncta, ſeu *ἐνθέσεια*; alterum ad verba, quae Par[illegible]nth[illegible]ſeo[illegible] notas, [illegible]ntque. Ab ea autem verborum iniunctione, quae vulgo *Parenth[illegible]s* dicitur, [illegible] *Interiunctio*, non nemini *Hyperbaſis*. Expreſſ[illegible] vtr[illegible] reſpectum ſi referr[illegible] pambnu, dic *Ad.interiunctio, Adinterpoſitio.* Soſipater non id tantum hoc nomin[illegible] inſuper interiunctionem literae in *Relligio* [illegible]bac in *Mauors*, *Parenth[illegible]un* [illegible]tiam recte.

Parentheſis vero ab ſummo ad imum partitur O, ſ[illegible] circul[illegible] ([illegible] quas intra notas tantulo ab ſeſe diſſitas textum aliquot verborum c[illegible]r. [illegible] verborum, quae nec ſententiae partes ſunt. nec ab vllo anteceden[illegible]tur, nec cum iis grammatice conſtruuntur. Ea quoque verba ciu[illegible]modi ſint, [illegible]ae ſtet incolumitas. *Verborum aliquot*, inquam, hoc eſt, per pa[illegible]co[illegible]um C[illegible] p[illegible] c Quintilianus expromit lib 8.cap 2. *Interiectione* [ſeu Parentheſi] *qua & oratores [illegible] frequen[illegible]tur, vt medio ſermone aliquem inſerant ſenſum, impediri ſolet intellectus: n[illegible], q[illegible]od [illegible].* Aeneis ſexta exemplum dabit: *At ramum hunc (aperit ramum, qui veſte latebat)*

Agnoſcas ———

Alibi: *Aeneas (neque enim patrius conſiſtere mentem*

Paſſus amor) rapidum ad nauem ———

Cicero in Verrem: *Verſabatur in Sicilia lon[illegible]o interuall[illegible] non Dion[illegible]e, nec Ph[illegible]aris [illegible]it enim illa quondam inſula multos, & crudeles tyrannos) ſed nouum quoddam [illegible] inmanitate, quae in iiſdem verſata locis dicitur*

APPEN-

APPENDICVLA I.

[illegible] e formulas: *Vt puto, Ni me fall[illegible] memoria, V[illegible]a maior[illegible]us accepimus, Si vera fides, Si vera eſt fama, Famae, N[illegible]c fallunt omnia Cretes.*

HAS, [illegible] ulis d[illegible]s [illegible] pl[illegible] non longe [illegible] ati[illegible] mum eſt: quibus notis, controuerſia eſt. Qu[illegible] *interiectione* vtuntur, [illegible] Man[illegible] te, in pref[illegible] de Andr[illegible] anti, errant: volun[illegible] [illegible] interest, dum notulis ſufficienter intel[illegible] [illegible]ntibus vtantur, hoc eſt [illegible] ante [illegible] ver[illegible] a ſubie[illegible] [illegible]ant[illegible], [illegible]nd a[illegible] [illegible]as? Seca[illegible] minu[illegible] in duo, vt p[illegible], [illegible]es prope Manuti[illegible] In[illegible] m [illegible]rulum [illegible]ertum re[illegible]s, ſeu inuert[illegible]s, vt [illegible] *Caio*, [illegible] *Caia* notan[illegible]s. [illegible] *Caium* [illegible] *Caiam*. S[illegible] O vaſtius, ha[illegible]s dict[illegible] [illegible] [illegible]rentheſeos nota expreſſas. Ita futiliter pl[illegible] ab[illegible] iuſta ratione repu[illegible]antur. Ra[illegible]ne namque res Gra[illegible]atica [illegible] [illegible]ſt. Ce[illegible]e R[illegible]lius Lupu[illegible] *Par[illegible]* ex Demoſthene ponit exe[illegible]plum hoc: *Nos [illegible] ne [illegible] ere [illegible] repentino nuncio pertur[illegible] o lugumus*, quae geminante co[illegible]mate cl[illegible] poterant.

APPENDICVLA II.

DISTINCTIONVM harumce notis Donatus Caſſiodorus, Iſidorus alij *Poſituras* Graecorum de exemplo dicunt: q[illegible] *ſeις*.

CAPVT SEXTVM.

ACCENTVS.

QVAS *Grae[illegible] d[illegible]unt, eas veteres docti tum Notas vocum, tum Moderamenta, tum Accentiunculas tum [illegible]culationes appellabant*, G[illegible]llius v[illegible] [illegible]e tertio, ac decimo libro capite [illegible]o. Q[illegible] autem G[illegible] ſint *Proſodiae*, dic[illegible] Sex. Empiricus lib. 1. aduerſus M[illegible]he[illegible]co[illegible].5. Q[illegible] lib.1. [illegible]ap 5. illa: *Adhuc difficilior obſeruatio eſt per tenores quos quidem ab an[illegible] quis dictos Tonores [illegible] per[illegible], vt v[illegible]cet declinato a Graecis verbo, quo To[illegible] dicunt) vel Accentus, quas Graeci [illegible] vocant, cum Acuta, & Grauis alia pro alia ponitur, vt in hoc Camillus, ſi acuitur prima. Aut Grau[illegible] [illegible]o [illegible]xa, vt Ce[illegible]us, & hic prima Acuta: nam ſic media mutatur. Aut Flexa pro [illegible], vt ap[illegible] circumducta ſequente, qu[illegible] ex duabus ſyllabis in vnam cogentes, & deinde flectentes dupli[illegible]. [illegible]d id ſae[illegible] in Grae[illegible] accidit: vt, Atreus: quem nobis iuuenibus doctiſſimi ſenes ac[illegible] a d[illegible] [illegible]ario ſ[illegible] tanu eſſet.*

I[illegible] Te[illegible] [illegible]manus Cap[illegible]llatum *Faſtigia* nominat, tum *Acumina*, & lib.2. Diomed[illegible] ac P[illegible] [illegible]io [illegible] Orth[illegible]ra[illegible]h[illegible] ſane tam apte, tam accom[illegible]date, explic[illegible] vt ratio [illegible] Quod autem At[illegible]eus a *doctiſſimis ſenibus* enunciatum ſcribit Fabius, Aeolum [illegible]us Ἀτρεὺς [illegible], Ὀδυσσεὺς fuere. Dores item obſ[illegible]uitabant. Priſcian. lib. 6. *Dores [illegible]ntur, q[illegible] pro φ[illegible] φ[illegible], & pro Ὀ[illegible], Ὀ[illegible], & [illegible] dicunt. Sic Antimachus*, inquit, Τυεὺς [illegible]. *Et vocatiuum in E productum.*

Τὸν κ φωνήτας [illegible] Ὀ[illegible]ίδη Τύδη

Quem ſermone aff[illegible]us es Oe[illegible]ide Tude

teſt[illegible] H[illegible]rodiano [illegible] hoc ponit in pri[illegible]o Catholicorum. Similiter Ibycus Ὄνομα κλυτὸν Ὀ[illegible]. I[illegible]em Priſcianus l[illegible] 14. perſeuerat vniuerſ[illegible] Aeoles Acc[illegible]tum in finali [illegible]e fugere. At Doras, Aeolasque imitati ſunt Romani. Terentius P[illegible]aeſes: *Aeolica etiam dialectos fere eſt mi[illegible]a Italiae.* Aqu[illegible]a R[illegible]manus: *Dores Italiae eam regionem, [illegible]ae magna Graecia eſt nominata, occupauere.* Haec im[illegible]t[illegible]dio [illegible] Imitamen i[illegible] ponit Quin[illegible]il. lib. 1. cap. 6. *Sine illa ex Graecis orta tractemus, quae [illegible] p[illegible] [illegible]ecipueq́, Aeolica ratione (cui eſt [illegible] noſter ſimillimus) declinata.* Expr[illegible]s cap 5, P[illegible]a Gra[illegible]is loquendi genera, quae Διαλέκτους *vocant: & quod alias vitioſum, alias rectum eſt.* Dores

Dores enim Σάφας, Σοφας Graeci al flexe Σαφῶς, Σοφῶς: Atticis Ἕτοιμος Γέλοιος, Ὅμοιος: aliis placent Ἑτοῖμον, Γελοῖος Ὁμοῖος. Dionyſius quoque Halicarnaſſeus Ἀρχαιολογίας lib. 1. *Ῥωμαῖοι δὲ φωνὴν μὲν οὔτ' ἄκραν βάρβαρον, οὔτ' ἀπηρτισμένως Ἑλλάδα φθέγγονται, μικτήν δέ τινα ἐξ ἀμφοῖν, ἧς ἐστιν ἡ πλείων Αἰολίς. Romani lingua vtuntur neque omnino barbara, neque perfecte Graeca, ſed vtraque mixta, in qua regnat Aeolica.* Inconſiderantia, aut obliuiſcentia igitur lapſus (ſi) vt ad primum I abijte ſuo ... reuertamur) I. Scaliger deriſis Quinctiliani praeceptoribus quibus velut alacres copiae ſuccurrent Interpretis Theocriti verba: Γράφεται δὲ καὶ Λυκαπεῖας διὰ τοῦ ω μεγάλου, ἐπεὶ Αἰολικῶς προπαροξύνεται, ἐπειδὴ οἱ Αἰολεῖς Ἀχιλλεὺς, καὶ Πηλεὺς, καὶ βασιλεὺς βαρυτόνως λέγουσιν, ὁμοίως καὶ τὸ Λυκαπεῖας. Vox porro Βαρυτόνως hic *Acutum Tonum*, vti vides deſignat. Sic Stephanus lib. de Vrbibus in Ἀβασηνοῖ, Ὀξυτόνως ὀξὺς, καὶ ἐπιχώριος Ἀγραφιν. Idem: Ἄβιλλα πόλις Σικελίας, ὁ τόνος βαρὺς, ὡς Ἄγυλλα.

De Accentibus libros ingentes ſcripſere Apollonius, & Herodianus inter Graecos. Inter Latinos Cenſorinus teſte Priſciano libro 14. qui lib. 17. de ſe, *In libro, qui eſt de Accentibus, tradauimus.* Iſidorus lib. 1. Orig. cap. 18. *Accentus autem dictus, quod iuxta cantum ſit, ſicut Aduerbium iuxta verbum.* Seruius Aquilino: *Accentus, quaſi Adcantus, quod ad Cantilenam vocis nos facit agnoſcere ſillabas.* Sic autem Accentum Diomedes deſcribit lib. 2. *Accentus eſt Acutae, vel Grauis, vel Inflexae orationis elatio, vociſve intentio, vel inclinatio, Acuto, aut Inflexo ſono regens verba.* Nam, inquit, *vt nulla vox ſine vocali: ita ſine Accentu nulla eſt.* Conſimiliter Priſcianus libro de Accentibus: *Accentus eſt certa lex, & regula ad eleuandam, & deprimendam ſillabam vniuſcuiuſque particulae orationis, qui ſit ad ſimilitudinem elementorum, literarum, atque ſillabarum.*

NOTA primum Accentus, ſeu Προσῳδίας vocabulo id poene indicari, Iſidoro, ac Seruio, quod *Cantus* velut *acceſſorium* eſt, & ſupernumerarium: ᾠδὴ namque *Cantus*. Ἀείδειν vero, & *Canere* latioribus ſeptis ſuas olim fundebant ſignificantias, quam vt muſicorum eſſent peculium, idemque erant, quod *Loqui, Enunciare*. Docemur Origine Ἔχωον, *Habam*: depulſa primae vocalis acceſſione, aſperoque Spiritu, Aeolum more, *Cano* naſcitur, olim *Hio Loquor*: poſt reſtrictiore Vſu fuit *Cano*, hoc eſt, ore fidibus aut altero ad numerum ſtrepo. Χάος Comicis pro *Ore* fuit, teſte Polluce lib. 2. cap. 4. Inde & Λευκανίη, ὅτι λίαν κέχηνεν, *Leucante, a multo hiatu*, inquit Etymologicus. Ita factum, vt cum ſillaba quaeque ſuum ſibi Tempus, ſeu Modum vindicaret enunciationis ſpatio commenſum, elegantiae numero habitum fuerit Notas a literarum, ſillabarumque cohaerentia ſeorſas adhibere, nouumque pronunciandi modulum afferre ipſis vocalibus ac ſillabis, quibus ſuper-imponebantur. Quod Notularum, & enunciationis additamentum praedictis extulere vocabulis. Inuentum id ab iis, quibus ſupra Antiquitatem ſapere, ac placere, ſeque efferre ſtudium fuit. Nam Graecorum vetuſtiſſimi, quod priſci teſtantur Grammatiſtae, Accentibus caruere, atque etiamnum fidem faciunt exemplaria vetuſtiora. Sic neque Latinorum priſci. Eo factum, vt quantitatem ſillabariam Accentus appellatione complexi ſint non pauci. Diomedes lib. 1. *Mone, Mones: Muni, Munis, eundem Accentum ſeruare debent, qui eſt in ſecunda perſona, vt producantur.* Gellius lib. 4. cap. 7. *Valerius Probus grammaticus inter ſuam aetatem praeſtantis ſcientia fuit. Is Annibalem, & Aſdrubalem, & Amilcarem ita pronunciabat, vt penultimam circumflecteret, vt teſtis eſt epiſtola eius ſcripta ad Marcellum, in qua Plautum, & Ennium multosque alios veteres eo modo pronunciaſſe affirmat. Solius tamen Ennij verbum quadrato numero factum ſubiecimus, in quo niſi tertia ſillaba de Annibalis nomine circumflexe ponatur, numerus claudus eſt. Verſus Ennij, quem dixit, ita eſt.*

Qui propter Annibalis copias conſederant.

NOTA iterum Verba quaſi *Verbera* ab aere verberato dici. Iſidorus Hiſpanus lib. 1. Origin. cap. 8. *Verbum dictum, eo quod verberato aere ſonet.* Ita & Seruius in ſecunda ... editionem, Diomedes. Cledonius in Arte. Adamantius, Conſentius. Victorinus: *Vox ... aer ... auditu percipibilis, quantum in ipſo eſt.* Polluci lib. 2. & Ariſtoteli, φωνὴ, ἀὴρ πεπληγμένος. & Stoici conſentiunt teſte Laërtio lib. 7. Vnde & Lingua Πλῆκτρον Polluci ſupra, S. Chryſoſtomo ... S. Romano. Plutarchus in qq. Platonicis: ... γὰρ ἡ φωνὴ πληγὴ τοῦ αἰσθανομένου ... δι... πληγεὶς γὰρ ... ὁ ἀὴρ ὑπὸ τοῦ κινήσαντος. Adſtrictius lib. de Muſica: Ὁρίζονται ... φωνὴν οἱ ἄριστοι γραμματικοὶ ἀέρα πεπληγμένον αἰσθητὸν ἀκοῇ. Haec ſunt *Vox enim eſt aeris, qui aurium beneficio percipitur, percuſſio. Aër enim a mouente percuſſus percutit.* Item *Vocem finiunt Grammaticorum optimi Aerem verberatum auditu ſenſibilem.* Fabius tamen hanc ſiue Originem, ſiue Etymologiam irriſui habuit lib. 1. cap. 6. Nominatis tamen fuerunt verba Plauti

Cum vox aures verberat.

Horatij: —— *Patruae metuentem verbera linguae.*

Taciti in Agricolae vita: *Quibus ſermonibus ſatis conſtat Domitiani quoque aures verberatas.* Igitur in voce, quae eſſet affectio aeris, inuentae ſunt rationes quantitatis ſecundum aëris dimenſiones:

ſiones: idque Mathematicis lineis deprehenſum eſt: nam altitudinis ratio eſt linea perpendicularis. Idcirco cum vocem tolleremus, ea linea ſignata eſt. Sed cum eadem linea ſecundum ſuperiorem partem indicet altum, ſecundum inferiorem partem notet profundum: faciendum fuit, vt leuatio vocis diuerſam notulam haberet a depreſſione. Itaque excogitarunt virgulam adſcendentem eo tractu quo ſcriberemus, in dextram ſcilicet noſtri partem ſic ´ : quae autem depreſſam indicaret, quaſi caderet contrario ſitu ` . Atque hanc quidem ſuo nomini reliquere, *Gravemq;* appellarunt, ab inſtrumentis ſcilicet vocis: propterea, quod in guttur, aut pectus eam demitteremus. Alteram autem priorem illam ab effectu potius nominarunt *Acutam*: ferit enim aures, quarum viribus obiecta eſt. Ac ſane plus ponas ſpiritus latioris in *Graui* voce; anguſtioris autem in *Acuta*. Quare & pueri acutius canunt, quorum guttur anguſtius eſt. Et latiora, craſſioraque inſtrumenta grauius ſonant: vt etiam Grauem ſonum ab illis dixerit Pythagoras. Ita omnibus in rebus certiſſima ratione ſibi ipſa reſpondet natura. Evenit autem, vt duae ſillabae inter ſe concurrerent, quarum prior priorem ſortiretur Accentum, hoc eſt, Acutum: altera poſteriorem, id eſt, Gravem: quare eae cum coaleſcerent, concreuerunt in vnum ipſi etiam Apices ſic ^. Hanc Apicum coagmentationem Graeci Περισπώμενον, Latini *Circumflexum* appellarunt, ad celeritatem manus pingentis, quae vnico motu virgulam arcuatam facit angulo demto ſic ⌒ potius, quam ſic ^ reſpicientes. Hos omnes Apices Τόνους vocauere, tranſlata ratione a fidibus quarum tentu, aut remiſſu Acutior, Graviorque redderetur vox. Inde Latinis *Tenores*, ſupra diximus ex Fabio: vt τὸ *Tenere* ductum ἐκ τοῦ Τείνειν. Nam quod nixu quodam arceremus, id beneficio τῶν τεινόντων fieret. Et tranſlata fuit ſignificatio ab helciariis, & aurigis currum, aut nauem inhibentibus. Inde Origo Accentibus & Numerus.

CAPVT SEPTIMVM.

AN

SCRIBENDI

LATINIS ACCENTVS?

DICEBAMVS ſupero capite vetuſtiſſimos Graeciae, atque Italiae populos Accentibus fuiſſe deſtitutos: moribus item recentioris aeui inuentos, receptosque. Sed quam recte inuenti? conſilióne, & ratione, an hominum placitis? Si conſilio, ecquo? Si placitis: an ratio placitis hominum praeponderare non debeat, vlterius perueſtigandum. Certe conſtat olim Accentus minime fuiſſe ex Hymnis Callimachi abſque illis exaratis teſte Politiano capite octogeſimo. Miſcellaneorum; ex Apollonij Argonauticon Codice Langiano, quem accurate legimus; ex tabula mormorea, quae apud Bernardinum Maſaeum Cardinalem in Theſauro veterum Inſcriptionum a Grutero ex vetuſtiſſimis Sibyllae foliis apud Zoſimum citra vlla faſtigia teſte Politiano, cap. 58. Miſcellaneorum; ex crebris aliis Monimentis, ac Lapidibus Romae, quibus Accentiuncularum harum nullus apex Lipſio teſte oculato, & relatore libro de Pronunciatione Linguae Latinae capite decimo-nono; ex Pandectis Florentinis teſte Taurellio; ex ἀστιγεῖ βιβλίῳ, quod claudat Stephanus in voce Βάξρας.

Rationem in conſilium ſi adhibebimus: vltra ſpatij cuiuſque ſillabae modum porrectum, aut correptum, Accentiunculas ſi adiunxeris, non putebit eiuſmodi pronunciatio? viri erit illa, an redolebit eiuſmodi vocum infractio modulata foeminae delicias? Scio Graecos hac modulatione captos: an etiam Romani? Quod ſiqui dictionem ita compoſuere, ac fregere, an imitatione exprimendi? Et vero ſi penitius introſpexeris, Accentiunculas nulla firma ſatis ratione ſubnixas Grammaticos aut reperiſſe, aut alios approbaſſe iudicabis, quod nos iam ſub examen vocamus. Quid enim? Diſtinctus cauſa, aut ambigui tollendi clamant excogitatos: tum Neceſſitatem, patrocinio aduocant.

Diſtinctus habendi, aut ambigui prohibendi exempla ſtatuit Priſcianus lib. 7 & lib. 17. *Cuius, Cuia Cuium, dum interrogant,* inquit, *accentum ſortiuntur in vltima Acutum, differentiae cauſa a Cuius nato ex Quis.* Lib. 15. *Sine verbum, Sine praepoſitio*, eaque antepoſita, aut ſubiecta a ſeipſa differt Accentu, inquit. Lib. 13. paria. Terentius Scaurus in Orthographia: *Apices ibi poni debent, vbi eiſdem literis alia, atque alia res deſignatur, vt Venit, & Vénit; Aret, & A^ret; Legit, & Lêgit, caeteraq; his ſimilia.* Alij ponunt iſta: *Pône* verbum; *Ponè* aduerbium: *Coràm* aduerbium; *Côram* praepoſitio: *Facé* nomen ſexti caſus, *Fáce* verbum imperantis.

AMBIGVI PROHIBENDI. Quinctil. lib. 1. cap. 5. *Caeterum iam ſcio quoſdam eruditos, nonnullos etiam grammaticos ſic docere, ac loqui, vt propter quaedam vocum diſcrimina, verbum interim Acuto ſono finiant vt in illis:*

—— Quae circúm litora, circúm
Piſcoſos ſcopulos ——

Ne ſi grauem poſuerint ſecundam, Circus dici videatur, non Circuitus. Item Quantum, Quale interrogantes Graui: comparantes Acuto Tenore concludunt. Alij in *Intercaloci* Acuto in tertiam a fine repoſito Ambiguum tolli autumant, ne quis duas putaret partes. Gellius lib. 7. cap. 7. *Sicuti in eo quoque quod Exaduerſum dicimus, ſecundam ſillabam debere acui exiſtimabat: quoniam vna, non duae eſſent orationis partes. Atque ita oportere apud Terentium legi dicebat in his verſibus:*

In quo haec diſcebat ludo, exaduerſum loco
Tonſtrina erat quaedam ——

NECESSITATIS patrocinio ſecuta eſt deinde Tonorum aduocatio: vt cum Encliticas ponimus, praegreſſae dictionis ſuprema ſillaba fuit acuenda. Diomedes lib. 2. *Complexiua coniunctio, ſiue Copulatiua Que, & diſiunctiua Ve, & Dubitatiua Ne, adiunctae verbis, & ipſae omittunt Faſtigium, & verbi antecedentis longius poſitum Acumen adducunt, & iuxta ſe proxime collocant.* His ſuper Priſcianus lib. 5. Exempla:

Aen. 5. —— *Geniúmve loci, geniúmve parentis.*
Hircanis, Arabísve parant. Apud eundem *Méne? Quidve.*

Frangúntque, ferúntque.
Plebisque, Patrumque.
Item illa: *Tectúmque, larémque.*
Erebúmque, Chaósque.
Rapiúntque, ruúntque.

Encliticarum namque natura ita fert, quod & nomen, vt inclinent in ſeſe Accentum: Similiter cum exemta ſillaba decurtatae dictionis extrema in vnum coëunt, flagitari videtur Circumflexus, *Deûm, Duûm, Nummûm, Fabiûm.* Item in his *Sarſinâs, Arpinâs, Noſtrâs* conciſis ex *Sarſinatis, Arpinatis, Noſtratis.*

Haec veteribus cum placuiſſent, qui contradiceret, habuere neminem. Verum intereſt philoſophi placitis humanis anteponere rationem: nihil enim precioſius veritate: ea enim hominis ſolius ſola meta eſt. Quae igitur ratio ſuadebat Accentuum leges ob componendas voces, eam falſam eſſe conuincimus exemplis eiuſmodi vocum, quarum ſillabae ſequentes translatum illum Accentum, longae ſunt, vt in *Maleſanus*. Si enim acui poteſt vltima prioris vocis componentis, poterit & in ſimplicibus: ſi non in illis, ne in his quidem. Id autem nefas eſſe ſentit Quinctilianus lib. 1. cap. 5. *Trium porro, de quibus loquor, media longa, aut Acuta, aut Flexa erit.* Gellius lib 7 c. 7. *Igitur in iſtis vocibus quas nos non acui diximus, ea cauſa eſt, quod ſillaba inſequitur natura longior, quae non ferme patitur acui priorem in vocabulis ſillabarum plurium, quam duarum.* Nec multo antea *Caetera quidem ſatis commode Annianus: ſed quod hanc particulam Ad ſemper, cum intentionem ſignificaret, acui putauis: non id perpetuum videtur. Nam Adpotus cum dicimus, & Adprimus, & Adprime, intentio in his verbis demonſtratur, neque tamen Ad particula ſatis commode Accentu Acuto pronunciatur.* Quod ſi Annianus, Donatus, aut alius quis in *Exaduerſum* vult Accentum transferri ſupra *Ad*, quod erat ſupra *Ver* in *Verſum*, ante compoſitionem: eaque ratione ducitur, vt vna dictio non ſit dumtaxat, ſed etiam videatur, non abſoluit conſilium ſuum: adhuc enim extra ſaeptum illud iſtius Accentus poſita eſt particula *Ex*, cum qua vt *Aduerſum* in vnum coïre videatur, commenti noua aliqua vmbra veſtiganda erit. Hoc quoque e Graecorum obſeruationibus conſtat planius: nam cum ἔκδουλος dicant, non audent ἔκδουλους, ſed ἐκδούλους: & adhuc maiore ambiguitate ἐκδούλων: duae enim verae partes conſtructae, non coniunctae poſſunt intelligi. Praeterea quis dicit *Mústella* cum Acuto in prima? Quis *Cómpono, Praécurro*, eiuſdemmodi? Non ergo vt cōpoſitionis imago pareat,

Accentus

Accentus in praecedentis partis vltimam trajiciendus eſt. Quid quod ij ſecum pugnant? Tepefácis παροξυτόνως dicendum monent, & ſimilia a *Facio*: cur non in priorem Accentum retroagunt? Quare vbi ſillaba patitur, transferendus erit Accentus, quemadmodum vbi numerus ſillabarum non repugnat. Feſtus item in aduerbio *Adéo* mediam praecipit acuendam: ergo, vt differat a verbo *A'deo*, qui tollit vnam ambiguitatem, alteram ponit: dicam enim duas eſſe partes *Ad eo*, ſicut *Vſque eo*. Quare ſi ab Accentibus diſtinctiones ſunt petendae, ſane infinita prope inuenias, & maiore vel *ambiguitate*, vel *neceßitate*: vt intelligas tandem has cauſas parum poſſe in Accentibus invehendis, praeſertim priorem. Nam praepoſitiones ab adverbiis, aut nominibus ipſa verborum ſeries, & ſententia diſſeparat. Neque nobis officit magiſtrorum Graecorum curioſitas, ex qua iuſti quoque libri profluxerunt earum vocum, quas Accentus diuerſitas ſola diſcriminat: aliter enim Graeci, aliter Latini viuunt, ſcribunt, loquuntur. Neque vt probatum eſt, eorum vetuſtiſſimi accinentes haſce notulas obſeruitabant: ſeque priſci Latij habitatores abſq; peregrinis iſtis legibus locuti inuicem intellexerunt. Quibus vero Accentibus diſcernes *Duo, Ambo, Ligna, Tigna, Fruſta, Corpora, Artus, Manus, Pedes, Mentes, Nares, Dentes, aliaq; infinita diuerſorum caſuum?* Orationis textura, ſenſusq; ſatis eam differitatem indicant: auris, & mens hominis non admodum habetis ſatis adſequuntur. Neque ergo ob diſcrimen *Circum litora, circum Piſcoſos ſcopulos* Accentiunculam poſcit. Neque *Comma* in eo deſiderabis: —— *In litore conſpicitur ſus*: ne vitiata ſententia videatur eſſe *Conſpicit vrſus*. Apage gerras Siculas, vnamq; Grammaticorum ſuperſtitionem nulla ſatis iuſta, valentique ratione ſubnixam. Quid? differentiae iſtius cauſam, quam ſtatuebant, miſere ſubuerterunt. Cum enim praepoſitionem hanc *Circum* vltima Acuta pronunciarent, ne *Circus* locus ad ludos eſſe videretur: vbi eam poſtponerent caſui: —— *Miſtiq; altaria circum*, tranſlato in priorem Accentu, ſublatam prius opinione ſua ambiguitatem, contra quam putabant, redintegrarunt? Quare iudicij, doctrinaeque vanus eſt Priſcianus lib. 14. *Sine autem etiam verbum eſt imperatiuum*, inquit: *ſed Accentu differt, quando praeponitur, quomodo Pone. Praepoſita enim grauatur vtraque ſillaba, vt: Sine timore: poſtpoſita poenultimam acuit, vt Virgilij in X. Si ſine pace tua, atque inuito numine Troes.* Exemplum hoc ineptum eſt. Proſequitur aptiore? Idem in 1. Georg.

Te ſine nil altum mens inchoat ——

Viden' vt poſtpoſita praepoſitio perinde Poenultimam acuit ac verbum? Idem Priſcianus lib. 4 *Primas, Optimas, Rauennas, Capenas, Cortonas, Arpinas, Pontinas, Latinas* [perperam in poſtrema editione absque N legitur *Pontias, Larias*] *quae ideo in fine habent Circumflexum* Accentum, quod per ſyncopam proferuntur. Idem poſt pauca: *Non eſt igitur dubitandum, quod cum in omnibus, quae poenultimam habent circumflexam, ſi patiantur ſyncopen, eundem ſeruant Accentum in vltima, vt: Fumâuit, Fumât: Cupîuit, Cupît: Audîuit, Audît: Prodûcere, Prodûc: Illîce, Illîc: Iſtîcce, Iſtîc: Idq; omnibus placet artium ſcriptoribus, qui de Accentu ſcripſerunt. Debeant haec quoque idem ſeruare, cum Ti ſubtracta, poenultima vocalis, quae circumflectebatur in dictione perfecta, id eſt, A inuenitur vltima in conciſione habens eundem Accentum.* Contra: *Sarſinas, Arpinas Noſtras*, talia conciſione quidem detritiora ſunt, non συγκοπῇ proprie dicta, vt: *Fumat, Cupit*: referunt ergo Accentum in priorem vt *Aúdyt* ex *Audiuit*. Denique in omnibus his praeter Quantitatis, quam vocant, modum, Accentum agnoſco nullum. Neque Fabium audio *malum* hominem a *malo* nautico Accentiuncula diſſecantem. Terentio Scauro, vt reſpondeamus, quid neceſſe eſt? Reſpondet ipſe ſibi ἀντιῤῥητικῶς non obſcura. In *Aret, Venit, Legit* diſtinguendi gratiam quaerit ab Accentu ille, qui paulo ante ſcribebat: *Quod ſi diſtinctionis cauſa ratio corrumpitur, Caueas quoque quare non Accentu, aut litera I mutamus: cum & verbum, & nomen ſignificetur.*

T CAPVT

CAPVT OCTAVVM.

Quibus apud Latinos inſideat Accentus?

QVIBVS vocibus, aut ſedibus Accentus inſideat, in eorum gratiam tractabitur, qui veterum haerent inſtitutis: vt, habeant, quo regantur: tum nequid huic operi, quod ad Orthographiam pertineat, deſit: tum nequis ignorantia nobis Accentus obliteratos cauillari audeat.

Sextis igitur caſibus in A porrectum exeuntibus Accentus dabitur Flexus? Amant id plerique eruditiores aeuo noſtro, atque ornamenti loco habent. Alij cultus licet indiligentes ab Accentu primi, ſextique caſus diſcrimen petunt. *Aenea* ergo ſecundum eos Accentu carebit, cum a recto per id ſecerni nequeat. Et vero diſcrimen anterius ſublatum eſt. Vna ſuper rationis vmbra ex ſillabae modo. Porrecta eſt, inquiunt. Ergóne Flexo notanda? Omnes profecto longas ſiquis ea nota inſigniet, non ſapere iudicabitur. Quare hiſce Modulamentis aut nullae dandae preceptiones, aut in pauciſſima conferendae. Quare ne ſeuerius Accentuum notas videamur obliteraſſe, dicam cum Fabio lib. 1. cap. 5 *Apud nos vero rectiſſima ratio, ac etiam breuiſſima. Namq; in omni voce Acuta intra numerum trium ſillabarum continetur, ſiue hae ſint in verbo ſolae, ſiue vltimae: & in his aut proxima extremae, aut ab ea tertia. Trium porro, de quibus loquor, media longa aut Acuta, aut Flexa erit. Eodem loco breuis vtiq; grauem habebit ſonum: ideoq; poſitam ante ſe, id eſt, ab vltima tertiam acuet. Eſt autem in omni voce vtiq; Acuta, ſed numquam plus vna: nec vltima vnquam: ideoq; in diſſillabis prior. Praeterea nunquam in eadem Flexa, & Acuta: quoniam eadem Flexa ex Acuta. Itaque neutra claudet vocem Latinam. Ea vero quae ſunt ſillabae vnius, erunt Acuta, aut Flexa, ne ſit aliqua vox ſine Accentu. Et illa per ſonos accidunt.* En tibi arctiſſimo compendio vnicus dicendi, praecipiendique artifex Fabius leges Accentibus fixit. quis refigat? Sed antequam ſingula lectori planius, & membratim evolvam, quod in pede loci iſtius ponitur, animaduerſione opus habet. *Et illa per ſonos accidunt*, inquit. *Sonos* animatae vocis vtique diſtinguit Fabius ab Accentibus mutae vocis, quae ſcripto committitur, & Accentuum notulis deſignatur. Atque vt *ſoni* iſti, ſiue *vocum moderamenta* multam pronuntiationi gratiam addunt: ita *quae ſcripto demonſtrari non poſſunt, vitia oris, & linguae ἰωταχισμούς, & λαμβδακισμούς, ἰσχνότητας, & πλατυασμούς feliciores fingendu nominibus Graeci vocant.* Eſtque haec Quinctiliani vox cum ſuperiore connexa. Quod ſi cum proletariis exemplaribus placitum erit Fabij verba ſic iungi: *Et illa per ſonos accidunt, quae demonſtrari ſcripto non poſſunt, vitia oris, & linguae:* nobis id minime officiet. Quid enim nectit τὸ *Et*? Hoc ſcilicet: Iam tradita de Accentibus praecepta *per ſonos accidunt: & illa per ſonos accidunt*, quaſi dicat.

Denique ita vt ſentiamus vim facit vox illa Fabij paulo ante: *Plus exigunt ſubtilitatis, quae accidunt in dicendo vitia: quia exempla eorum tradi ſcripto non poſſunt.* Nec multo poſt: *Adhuc difficilior obſeruatio eſt per Tenores.* Ac ſi *Tenores*, ſeu *Toni*, ſeu *Accentus* Latinis ſcribi aut non debeant, aut ne poſſunt quidem. Nunc ea ſingulatim conlucemus.

In omni voce, Acuta intra numerum trium ſillabarum continetur, ſiue hae ſint in verbo ſolae] verbi gratia, *Máximus, Túllius, Cicero.* Ideo has acuit voces in poenultimae proxima Priſcianus libro 6. *Huiúſmodi, Iſtiúſmodi, Illiúſmodi*, & aliis talibus. *Multi dubitauerunt*, inquit, *vtrum compoſita ſint, an non? Sed ea compoſita eſſe ipſe Accentus docet, qui in fine praecedentis dictionis poni non poſſet, niſi eſſent compoſita.* Alioqui namque poneretur in prima ſillaba τοῦ *Modi*. Idem tradit libro 7. Apud Statium vero *Nemeá*, quia ſeruauit A productum, Accentum quoque Graecum ſeruauit, id eſt, poenultimam Acutam. Thebaidos quinto: *Nec facilis Neméa latas evolvere vires.* Vltimam corripe, Accentus in vlteriorem ſillabam refugiet.

SIVE VLTIMAE] Pluribus ſillabis vocem primori ſua parte integrantibus, nihilominus quae *vltimae* fuerunt ſillabae, non quae primae, Accentus receptrices erunt. Exempla largiter iam ſuggeſſit Priſcianus.

ET IN HIS AVT PROXIMA EXTREMAE, AVT AB EA TERTIA] Tantundem Donatus Editione prima. & in eam Sergius. vtrique fundus Cicero in Oratore: *In quo illud etiam notandum mihi videtur ad ſtudium perſequendae ſuauitatis in vocibus: ipſa enim natura quaſi modularetur hominum orationem, in omni verbo poſuit Acutam vocem, nec vna plus, nec a poſtrema ſillaba citra tertiam, quo magis naturam ducem ad aurium voluptatem ſequatur induſtria.* Exempla, *Audibant* Catullo, *Commeſſee* Horatio.

TRIVM PORRO, DE QVIBVS LOQVOR, MEDIA LONGA, AVT ACVTA,

ACVTA, AVT FLEXA ERIT] *Acuta, Summoſſes* Horatio lib.1 Serm. *Coeleſtes, Heroum:* tum ſcilicet, cum duas vltimas ſpondeo metimur. Hinc cernitur Eraſmi lapſus, qui *Plane* adverbium cum *Aperte* ſignificat, & cum affirmat, differre ſic pote credidit, quod illud priorem circumflectat ſillabam: hoc acuat poſteriorem. Vtrumque enim cum ſit ſpondiaca dictio, non potuit vicinam vltimae ſillabam circumflectere. Aduerbia vero eiuſmodi produxere vltimam, quae a ſecunda prouenere declinatione: idcirco quod erat *Apprime*, coactus eſt Virgilius *Apprima* dicere.

FLEXA. *Promôſſe, Nôſſe, Appôtus, Adprîmus* Gell. lib. 7. cap. 7. Priſcianus lib. 2. *A'ra deorum producitur, & circumflectitur in nominatiuo, nec habet adſpirationem: cum autem ſignificat ſtabulum porcorum eadem ſillaba poenultima corripitur, & acuitur, & habet adſpirationem.*

EODEM LOCO BREVIS VTIQVE GRAVEM HABEBIT SONVM; IDEO'QVE POSITAM ANTE SE, ID EST AB VLTIMA TERTIAM ACVET] Valérius, Maximus, Túllius, Cicero. Caetera ſatis in arte ſunt declarata.

NOTA hic e Sergio in primam editionem Donati: *Sciendum eſt, quod in vſu non eſt hodierno Grauis Accentus.* De quo Graui mox. *Verum quia neceſſe non eſt, vt cum reliquis Accentibus ponatur, ſit ſcriptoris arbitrio.*

QVAERES. *Mercuri, Virgili, Valeri*, ſimilia qua ſede Accentiunculam admittant? Ex hac enim lege admittent in primorem ſillabam. Ita placitum Nigidio lib. 24. Commentariorum. vt prima vocatiui *Váleri* ſummo tono proferretur. Haec opinio probabilitate magna nititur pro dicta iam ex cauſa, & quia vel in compoſitis, vel in paſſis ſyncopen, vt ſupra animadverſum eſt, Accentus retroagitur; Nihilominus pars maior Auctores ſunt Accentiunculam poenultimae debitam. Ratio eorum: erat enim ſillaba vocatiui media. nominatiui antepoenultima, quae cum euadit ſecunda in vocatiuo, eadem Accentu potitur, idque ſeculo ſuo inualuiſſe affirmat Gellius lib. 13. c. 24. Priſcianus lib 7. ait *perfecti vocatiui Accentum* in talibus ſeruari. *Perfectum* autem vocatiuum intelligit integrum veteri more *Mercúrie, Virgílie, Valérie. Si enim non eſſet abſciſſio*, inquit, *debuerunt eiuſmodi vocatiui, id eſt, qui in I deſinentes poenultimam correptam habent, antepoenultimam acuere, vt Virgili, Mercuri, quod minime licet: nam poenultimam acuimus.* Idem alij quoque ſecuti Grammatici.

CAPVT NONVM.

Voces συγκοπεῖσαι, *ſeu conciſae, item Contractae an Accentu inſigniendae?*

DE genitiuis pluratiuis quaeſtio eſt potiſſima, quos Circumflexo notandos negant nonnulli. Itaque *Deum, Duum, Nummum, Fabrum, Liberum, Seſtertium, Modium, Medimnum, Septenum*, ac talia veteribus cognita ea nota deſtituunt. Non enim haec aiunt poſteriora, ſed ortu antiquiora, Graecorum imitatione Θεῶν, Νόμων, Τόνων, Ποιημάτων, Τορευμάτων: poſteriora *Deorum, Duorum, Nomorum, Tonorum, Poëmatorum, Toreumatorum, Fabrorum, Liberorum*, caetera. Si illa priora, cur circumflexo internoſcantur, aut audiantur elata, cum non ex conciſione reliqua facta ſint? Ac vetuſtiſſimi moris exempla, quibus iſte caſus ſillaba minor fuit, innumerabilia promuntur exempla, ſummaque diligentia id exſequitur M. Tullius in Oratore: *Atque etiam a quibuſdam ſero iam emendatur Antiquitas, qui haec reprehendunt: nam*

Pro Deum, atque hominum fidem, deorum aiunt. Ita credo hoc illi neſciebant: an dabat hanc licentiam Conſuetudo: Itaque ille Poëta, qui inuſitatius contraxerat.

Patris mei meum factum pudet, pro Meorum factorum, & Texitur exitium examen, rapit pro Exitiorum. Non dicit Liberum, vt plerique loquimur, cum Cupidos liberum, aut In liberum loco dicimus. Sed vt iſti volunt, Neque tuum vnquam in gremium extollas liberorum ex te genus. & idem: Namque Aeſculapij liberorum. At ille aliter in Chryſe non ſolum

Ciues antiqui amici maiorum meum, quod erat vſitatum, ſed durius etiam,

Conſilium ſocij, augurium, atque extum interpretes.

Idemque pergit: Poſtquam prodigium horriferum portentum pauos quae iam ſane ſunt in omnibus neutris vſitata. Nec enim dixerim tam libenter Armum iudicium: etſi eſt apud eundem nihilne ad te de iudicio armum accidit? Quam centuriam (vt cenſoriae tabulae loquuntur) Fabrum, & Procum audeo dicere, non Fabrorum, & Procorum. Planeque Duumvirorum iudicium, aut Triumvirorum capitalium, aut Decemvirorum litibus iudicandis dico nunquam. Atqui dixit Accius:

Video ſepulcra dua duorum corporum.

Idemque: Mulier vna duum virum.

Quid verum ſit, intelligo: ſed alias ita loquor, vt conceſſum eſt, vt hoc, vel Pro deum dico, vel Pro deorum: Alias vt neceſſe eſt, cum Trium-virum non Virorum: cum Seſtertium nummum, non Nummorum: quod in his Conſuetudo varia non eſt.

Apud Virgilium legas: *Deum, Diuum, Superum, Coelicolum, Teucrum, Aeneadum, Dardanidum, Troiugenum, Graiugenum, Graium, Argiuum, Achiuum, Danaum, Pelaſgum, Tyrrhenum, Maſſylum, Lapithum, Teleboum, Omnigenum, Caprigenum, Magnanimum, Aequum, Socium, Currum* pro ſecundis caſibus.

Apud Pacuuium: *Nimbum occoecat nigror.*

Apud Plautum in Sticho: *Benefacta maiorum meum exaugeam.*

Pompeius *Aduerſarium* pro *Aduerſariorum:*

Sulpitius *Opidum* pro *Opidorum*, quam Antiquis familiarem locutionem fuiſſe notat P. Victorinus in 8 lib. ad Atticum. *Aduerſariorum* igitur, & *Opidorum* recentior.

Paucula hic, vlterius antequam pervadam, ſunt notanda. Primum: *Poëta. qui inuſitatius contraxerat* Senſit igitur Cicero contractionem interueniſſe; aliorſum licet inclinet I. Scaliger in Libris de Cauſis L L. Et hoc, *Inuſitatius*: quia contractiones in plurimis perquam vſitatae, quarum imagines multas hic Tullius repraeſentat, quibus adde. In edicto Iurci Aproniani VIGINTI. QVINQVE. MILLIA. AMPHORVM de quo Soſipater: *Amforum, an Amforarum dicendum ſit, quaeritur, Amforum Conſuetudinis eſt. Romanus autem in VII. Amforum. vt Plinius eod. in lib. 6 & Liuius. Sed vt caeteri aſſidue Amforum dicunt, ſi coniunctim, vt: Decem millia amforum, modium, ſeſtertium, nummum: ſic ſi per ſe Amforarum.* Quam diſtinctionem ratio repudiat ipſa. Cum enim ſit genitiuus, neceſſum eſt ab aliquo regatur, vt Grammatici loquuntur: ergo & in oratione ſemper eſſe *Coniunctim*. Varro lib. 6. de L L ex vetere Poeta:

Excelſa Cabirum templa tenes.

Idem lib. 7. *Cur dicatur mille denarium*, non *Mille denariorum*. *Eſt enim hoc vocabulum ea figura, vt Vatinium, Manlium: Denarium.* Contra dici negat *Mille aſſarium*. Idem de Vita P. R. lib. 1. *Ille Caſtelli quaternum digitum tabellis nobilis* Cicero pro Cornelio: *Primo ex promulgatione trinundinum dies ad ferendam, poteſtasq́; veniſſet*, pro *Triuundinorum.* Agnoſcit & Cicero Conſuetudinem in his variam *Liberum, Liberorum.* Adde Ennium in Andromacha: *Liberum quaeſendum cauſa.* Titum Liuium lib. 8. hiſtoriarum: *Liberumq́; ſuorum reſpectu.*

Fabrum, & Procum audeo dicere, non Fabrorum, & Procorum. Sic *Iugerum* dicitur, non *Iugerorum* Diomede teſte. Sic apud Plinium lib. 5. cap. 19 habes ad imaginem Graecorum opida *Crocodilon, Sycaminon, Lycon Leonton*, mecum approbante Pintiano. Alibi *Bucolon, Ornithon* Lib. 35. cap. 12. *Effigies deum.* Vnde & I. Scaligeri opinioni color addi poteſt: etſi aliter Cicero iudicauit: quippe Graeciae magiſterio libenter excedit. Ab ea libidine profectum eſt, vt ſcripſerit *Poëmatorum, Emblematorum. Peripetaſmatorum* Tullius auctore Sergio in ſecundam editionem Donati: cum in diuerſum trahant illa Soſipatri lib. 1. *Sic ergo cum illi dicant, ἐμβλημάτων, τορευμάτων, ποιημάτων, nos recte Emblematum, Toreumatum, Poematum* dicemus. Qui Soſipater nihiloſecius horum etiam per *Orum* ſcriptionem recipit

Verum vtut haec ſeſe habeant aut conciſa non ſunt opinione quorundam: & tunc Accentus Circumflexi ſignandi nulla eſt ratio: aut ſaltem conciſa, non *Contracta* (proprie contractionem vt intelligunt coitionem vocalium purarum in vnam: intermeat enim conſona) quare ne ſic quidem Circumflexus poſcitur. Non magis, quam in *Olerum* contractum ex Lucilliano:

Tintinnabulum abeſt hinc, ſirpiculaeq́; olerorum.

Aut *Regum, Lapidum*, quae conciſa videri poſſunt ex Gellij hiſtorici *Regerum, Lapiderum*, aut ex Coelij *Nucerum, Nucum*, quae tria circumflectere nemini in mentem venit.

Nonius tantum abfuit, vt conciſionem, contractionem, aut Circumflexum agnouerit, vt accuſatiuum ſingularis numeri pro pluratiuo poni exiſtimauerit in his. Titinnius Veliterna: *Omnium vitium expertem.*

Plautus Perſa:

Pol deum virtute dicam, & maiorum meum.

Lucretius libro ſexto:

Flammea tempeſtas Siculum dominata per agros.

Accius Epinauſimache: *Neque quinquam poteſt fulgentium armum armatus ardorem intui.*

Pacuvius Atalanta:

Parentum incertum inueſtigandum gratia.

Idem Periboea:

Regnum imperator, aeternum morum ſator.

Hauſit

Digitized by Google

Hauſit forte ex illo Quinctilian. lib. 1. cap. 6. *Centum millia nummum, & Fidem deum, oſtendant duplices ſoloeciſmos eſſe, quando & caſum mutant, & numerum.* Supereſt eorum opinio, qui nec Flexum, nec alium in vltima Latinarum vocum ſillaba Accentum agnoſcunt. Princeps eſt Fabius loco ſuperius nobilitato, & diligenter excuſſo: *Praeterea nunquam in eadem Flexa, & Acuta: quoniam eadem Flexa eſt Acuta. Itaque neutra claudet vocem Latinam.*

Neutra claudet, inquit. Ergo neque *Flexa*. At plerique omnes aliter in patrio caſu pluratiuo: plerique omnes imperite: praecipites eunt in aliena, eaque male preſſa veſtigia. Sed amplius quaero, ô Fabi, cur Flexa Latinam vocem non claudet? Quia Flexa Accentiuncula, aut Acuta ſedem prius adoptauit in vltimae proxima, aut in tertia ab ea. *Deum* verbi gratia, Acutum continet in *De*: ergo cum Flexus ex Acuto, vt parte ſui conſtituatur, & ex Graui Accentu, ſi Flexam notam vltimae ſillabae ſuperimpoſueris, Acutum geminaueris, quod a ratione, Vſuque alieniſſimum eſt. Nouum cuipiam id videtur? At praeceptionibus antiquis ſtat ita faciendum: alter vero abuſus nouitati adſcribatur. Fabio igitur ſuccenturiati ſunt Sergius in primam editionem Donati: *Quia nullum Latinum verbum eſt, in quo vltima ſillaba habeat Accentum.* Poſtea iterum id inculcat, & inter deſignata recenſet *Pone, & Alias*, quibus Accentum adſcribit: alibi nos detrahimus. Maximus Victorinus ſolas poenultimam, & antepoenultimam ſedes *Accentus Acuti* agnoſcit: *Circumflexo* ſolam adſignat poenultimam. Ambroſius Macrobius libro de differentiis Graeci, Latinique verbi: *Apud Latinos, quorum nullum verbum in finalem ſillabam admittit Accentum, ceſſant differentiae, quas apud Graecos Circumflexus, Grauiſq; fecerunt.*

Cohaeret cum hac diſciplina *Audibant*, *Munibant*, *Hauribant* extra Accentus ictum ſcribenda: non enim mediae coaleſcunt ex geminis ſillabis, ſed ſunt ipſiſſima verba primigenia. Quod animaduertes ex *Nequibant*, *Ibant*, quae ab antiqua talium verborum flexura ſunt inuariata: E ſecuta aetas interiunxit. Acutum tamen enunciando admittunt, quod potiſſimum ex ſillabae modo euenit.

VERBIS CONTRACTIS (in quibus ſillabam vnam ex duabus concretam negari, vt in genitiuis iſtis, minime poteſt) quid fiet? *It, Fumat, Audit, Petit, Commoſſet* Verrina 5. Alibi *Conſueſſet, Decreſſe.* Lucretij 5. *Suerit.* Denique: *Audiſſe, Noſſe, Amaſſe, Promoſſe. It* monoſillabum longum eſt ex contractione duarum ſillabarum proueniens: ideo Flexum deſiderat Accentum. Refragaris ex antedictis, vbi Flexus de ſede vltima depulſus eſt. Refero. Non quatinus ſillabam vltimam, ſed quatinus vocem Accentum mereri: nullam enim vocem omni Accentu ſpoliari patiuntur ſcita Grammaticorum: ergo ſiquis erit, Flexus erit: longa quippe eſt ex concretione ſillaba.

Petit: quamuis ex ſimili contractione cogatur, Flexum reſpuit in ſuprema: quod Acutus priorem anteceperit ſedem: vnam autem vocem bis Accentu ſignari monſtri ſimile eſt.

Audit ſimiliter.

Fumat vero Aeneidos 3. non manat e duabus ſillabis: eſt enim praeſens. Nec illud enim animaduertere contraria ſentientes, ac docentes. *Cecidit Ilium* quidem: at dies multos *Troia fumat.* Fumi duratio praeſens, ac diuturna ingentem calamitatem indicat. Et Priſcianus cum loco non vno docuiſſet *Fumat* ibi eſſe praeteritum pro *Fumauit* (a quo iudicij labes ad alios correpſit) libro tamen ſeptimo ac decimo obliuione, ἢ ἀβλεψία, vel ſeipſo doctior ita recinit. *Cecidit eſt praeteriti: Fumat autem, & Agimur, & Molimur praeſentis.* Credo tamen Donato *Exiſtimat* pro *Exiſtimauit* poſitum Terentio. *Audiſſe, Nôſſe, Amâſſe, Promôſſe*, paria, cum Accentum receptent in vltimam poene, eaque ſit porrecta, atque etiam ex Contractione proprie dicta ſit porrecta, Flexo notabuntur Apice: niſi quis ex orbe literato prorſus omnino Accentus eliminat.

CAPVT

CAPVT DECIMVM.

Pronominum, Aduerbiorum, Praepoſiturarum, Coniunctionum, Interiectionum Accentus.

QVINTILIANVS libri primi capite quinto ſcribere videtur eruditos quoſdam Grammaticos in Aduerbiis fere ſolis, ac Pronominibus vti Accentibus: in *caeteris vero legem ſequi*, hoc eſt, vt interpretor, Accentus non ſupermittere: vetus enim ea lex, ſeu Conſuetudo. Diomedes libro primo Aduerbia a nominibus, pronominibus, verbis, praepoſitionibus, coniunctionibus, interiectionibus diſcernit Accentu. Priſcian. lib. 13. nota eſt: *Sciendum, quod omnia Pronomina apud Latinos abſoluta ſunt, & tam praepoſitiua, quam ſubiunctiua, rectiq; Accentus, hoc eſt, ὀρθοτονούμενα.*

Idem Priſcianus: *Deinde, Subinde, Perinde, Exinde, Proinde, quae omnia antepoenultimam habent Accentu Acuto: vel quia per adiectionem habent De, vt quibuſdam videtur: vel magis, quia praepoſitiones ſeparatae grauantur: vel vt coniunctae eſſe oſtendantur, Acutum in his adſumſerunt Accentum. Quomodo & Coniunctio Si, & Ne Aduerbium cum praeponuntur Quando, vt Siquando, Nequando. Nam Aliquando differentiae cauſa ad Aliquanto, quod conſimilem ſonum habere videtur, acuit poenultimam.* Haec libro 15.

ITA'QVE Aduerbium: *Itaque* Coniunctio, Priſcian libro de Accentibus.

NE *Acuto Accentu elatum recipit imperatiua veluti Ne fac. Quoties vero Graui Accentu, pro eo, quod eſt apud Graecos Μὴ accipitur, optatiua recipit. Vt apud Horatium: Ne facias, quod.* Ita Diomedes libro primo, Chariſius lib. 2.

PONE, inquit Feſtus, Graui ſono antiqui vtebantur pro loci ſignificatione. Item Seruius ibi Aen. 2. *Pone ſubit: Pone Aduerbium eſt*, inquit, *atque ideo vltima ſillaba habet Accentum.* In librum tertium pro cauſa ponit diſtinctum ab imperatiuo. Idem praeſcribit lib. 2. Diomedes, Priſcian. lib. 8. Donatus Editione prima. Max. Victorinus.

PROPTER *eſt ſpelunca conuerſa ad Aquilonem*, Verrina ſexta cum Accentu Graui ſcribitur nouiſſima ſillaba in Libris vulgariis.

QVANDO Graui Accentu coniunctionibus ratiocinatiuis apponit Chariſius lib. 2. Idem ibidem:

VBI interrogatiuum poenultimam acuit: *Vbi eſt Pamphilus?* Relatiuum grauatur Aen. 1.

Saeuus vbi Aeacidae telo iacet Hector, vbi ingens
Sarpedon, vbi tot Simois correpta ſub vndis. Sic Priſcianus lib. 15 Sic *Vnde, Qua*, talia.

VT recipit finitiua Accentu Acuto elatum: effertur autem quoties pro eo accipitur, quod eſt *Quomodo*, vt apud Ciceronem: *Vt ſaltiuuit? immo vt contemſit?* Chariſ. lib. 2.

PRAEPOSITVRIS de ſic Priſcianus lib. 14. *Accentum habent Praepoſitiones Acutum in fine tam apud Graecos, quam apud Latinos, qui tamen cum aliis legendo in Grauem conuertitur, niſi praepoſtere proferantur. Quod Aeoles, quoque quamuis fugiant in fine Acutum, in hac parte ſolent ſeruare, quos in plerisque ſecuti in hoc quoq; ſequimur. Cum vero praepoſtere ponuntur, monoſillabae Acuto: diſſyllabae poenultimo Acuto proferuntur: niſi aliqua differentia, vt praedictum eſt, impediat*, vt *Virgil. in 1. Aen.*

—— *Maria omnia circum. Finalem enim acuimus ſillabam: ne ſi poenultimam acuamus, nomen vel aduerbium putetur eſſe. Aen. 7.* —— *Decus, imperiumq; Latini Te penes* —— Idem ibidem iterum: *Praepoſitio quando per defectionem verborum profertur, generalem ſeruat Accentuum regulam, & ab Acuto incipit. Virgil Aen. 3. O mihi ſola mei ſuper Aſtyanactis imago. Terent. in Andria: Adeo modeſta, adeo venuſta, vt nihil ſupra. Et hoc ad ſimilitudinem Graecorum.* Homerus: Ἀλλ' ἔτι ὧ φρένες. &, πάρα δ' ἀνὴρ, & χαλεπὴ ἢ Θεῶ ἔπι μῆνις Eandem doctrinam videre eſt in Priſciani notis ad 1. Aen.

Donatus etiam in ſecunda Arte: *Separatae praepoſitiones in fine acuuntur: coniunctae vero caſibus aut loquelis vim ſuam ſaepe commutant, & Graues fiunt.* Cenſorinus vero planiſſime de his in libro de Accentibus.

ERGO Coniunctio, de qua Probus l. 1. Artis: *Haec ſane ſola coniunctio contra rationem Latinitatis vltimam ſillabam circumflectit.* Donatus Edit. 1. negat vltimam apud Latinos circumflecti praeterquam in *Ergo*. Tantundem Max. Victorinus.

INTERIECTIONVM *Accentus* clamat *incertos* in Grammatica Alcuinus, & pro *Affectus qualitate longius, inquit, vel breuius, acutius, vel grauius incondita voce proferuntur.* Donatus Editione prima: *In Interiectionibus & in peregrinis verbis, & in barbaris nominibus nulli certi ſunt Accentus.* Et hoc peroptime Priſciani iudicio docuit Donatus, *quippe cum & abſcondita voce*, inquit, *id eſt, non plane expreſſa proferantur, & pro affectus commoti qualitate confundantur in eis Accentus.*

PRO

PRO^ *Interiectionis loco ponitur, & circumflectitur, vt Salluſtius in Catil.*: *Prô deum, atque hominum fidem!* Priſc. l. 18. At cum H, & Accentu ſcribitur apud Lucretium — *Proh diuum numina ſancta.* I ad ipſam ſeriem in *Proh.* Similiter Ah, Vah.

Accentus Tranſlatio.

VT Graecis πλησίος, παραπλήσιος: *Virilluſtris, Virdéuotus, Virmagnificus, Virſpectábilis, quae omnia ideo compoſita accipimus: quia ſub vno Accentu pronuntiantur.* Verba ſunt Priſciani in lib. 1. Virgilij, cuſi in 3. Aen. *Reſuxória, vt Reſpública* ſcribitur, dicitur. Donatus Editione prima *Beneſánus*: Chariſius *Sacránia*, quo de ampliter in ſerie ipſa verborum. Alij *Praefectúsfabrum, Iuriscónſultus.* I ad Gellium lib. 7. cap. 7.

De Praepoſitionibus Priſcianus lib. 13. *Quando autem ordinem mutant, mutant etiam Accentum; niſi differentia prohibeat. Quod etiam Coniunctiones apud Latinos praepoſitiuae, vel communes ſi poſtponantur facere ſolent. Vt, Igitur, Quoniam, Saltem. Praepoſitae enim grauantur omnibus ſillabis: poſtpoſitae autem acuuntur in principio.* Chariſius l. 2. *Ante, Poſt, Penes, Inter nunc praeponuntur caſibus, nunc mutato Accentu ſubiunguntur, vt: Ante illum, Illam ante.* Priſcian. lib. 14. *Nec mirum Accentum, vel ordinem differentiam facere Praepoſitionibus, & Aduerbijs: quamuis eaſdem habeant ſillabas: cum hoc in alijs quoq; partibus inueniatur, vt Pone verbum, & Aduerbium, ſiue Praepoſitio, Accentu diſcernitur. Similiter Verum Coniunctio eſt, & Nomen. Siue Praepoſitio eſt, & Verbum. Ergo cauſalis, & rationalis eſt Coniunctio.*

Verum vniuerſa haec proſtrata ſunt in anteriori examine, & cenſura. Rectiſſime enim Priſcianus lib. 2. *Igitur non aliter poſſunt diſcerni a ſe partes orationis, niſi vniuſcuiuſq; proprietatis ſignificationem attendamus.* Alij Accentuum impreſſione puerorum ſe tarditati putant conſulere, erroris occaſionem euitare, vulgatae Conſuetudini ſuffragari. Lipſius etiam decus, & laudem ex eo petere ſe profitebatur. Vtut ſit de Antiquitate, conſtat eam rudiorum rationem habuiſſe nullam: ſe ipſam conata eſt exprimere: exiſtimatumque eſt apud pleroſque quo quid eſſet antiquius, hoc melius. Quid quod a rudiorum captu abire quam longiſſime ſumma contentione viſa ſit Antiquitas?

CAPVT VNDECIMVM.

De Accentuum Latinorum Pronuntiatione.

PAVCA omnino Latinorum ſunt vocabula, quibus ritu probo, ac more literato Accentuum faſtigia imponas, eaq; certis legibus, quae fere ex iunctarum ſillabarum modo eliciuntur, vt ex Fabij libro primo declaratum eſt. Verum age impoſita Faſtigia pronunciabis? Decore. euge. Quo ſono, ſeu Tono capite ſexto paucis verbis, at ſufficientibus indictum eſt. Neque quemquam turbet, quod Accentum cum ſillabae modo, ſeu quantitate videmur confundere: non confundimus, ſed forte fit, vt idem Accentus longam inſideat, cumque eius quantitate concurrat.

Quemadmodum etiam cum breui, quam cum inſidet, tollit ore quidem; quantitatem tamen relinquit incolumem, & inuiolatam. Exempla: *Valérius, Mercúrius, Vaniloquus* Accentum vocis poſcunt in ſecunda, ſiue vt numerant in tertia ab extrema. Ex his obliqui *Valérij, Valério; Mercúrij, Mercúrio.* Sic & caſus vocatiuus in eadem ſillaba *Valéri, Mercúri.* Idque lege & bene morato more, quod non concoquit Lipſius c. 21. de Pronunciatione L. L. Nos, inquam, iſta non confundimus: Diomedes videtur Accentus, & quantitatis rationem conturbaſſe, apud quem iſta lib. 2. *Inueniuntur autem quaedam nomina ὁμώνυμα, alia participijs, alia verbis ſimilia, alia quoq; aduerbijs, de quibus quid dici poteſt, niſi quod Accentus ſit arbiter diſcernens vtriuſq; ſignificatus differentiã? Sicut Parens, obſequens ſignificat: intelligitur & pater, &c. Quoties vero, inquam, participium ſignificat, primam ſillabam producimus, vt eſt Virgilianus ille: Iamq; ibat dicto parens —— Eandem vero in altera ſignificatione corripimus, vt eſt: Alma parens.* En tibi differentiam Accentuum differentia quantitatis explicatam Diomedis l. 2. Et Priſcianus cum librum integrum de Accentibus conſcripſerit, totus poene conſumitur in quantitatis ratione aperienda. Confundit & Max. Victorinus: *Accentus eſt vniuſcuiuſq; ſillabae pronunciandae in ſono qualitas*: nam Accentus *vnius* eſt in vnica dictione ſillabae modulatio, non *Vniuſcuiuſq;*. Idem Beda, qui libro de Metrica ratione Accentum ſecat in *Correptum, & Productum.* Similiter Marius Vict. *Nam parente natura*, inquit, *omnis vox ſub duorum Accentuum ſono ore mortalium promitur, producto ſcilicet, aut correpto: ex quibus alter extenditur, alter contrahitur.* Confundit, & Gellius l. 4. c. 7.

Verum

Verum Accentus ſimul cum quantitate diligenter, & attente obſeruandus eſt in carmine, ita vt vtrumque conemur effari. Huius diligentiae laudatus eſt Auſonio epiſtola 19. Pontius Paulinus: *Haec tu quam perite, & concinne, quam modulate, & dulciter: ita iuxta naturam Romanorum Accentuum enunciaſti; vt tamen veris ac primigeniis vocibus ſua Faſtigia non perirent.* De eius verſibus ſermo eſt. Hoc difertum ſeruare, arduum: vt non iniuria dixerit Quintilianus cap. 5. *difficiliorem obſeruationem eſſe per Tenores*, praeſertim Latinitate iam profligata, exteriſque cognitiore, quam Latinis. Libro autem 12. cap. 11. *Accentus quoq; cum rigore quodam, tum ſimilitudine ipſa minus ſuaues habemus, quia vltima ſillaba nec Acuta vnquam excitatur, nec Flexa circumducitur: ſed in Grauem, vel duas Graues cadit ſemper*, proſodias ſcilicet.

Ex eo autem quod pronuncietur Accentus etiam breuem inſidens, vim quandoque affert breui, eamque leni tormento intendit apud Graecos, & Romanos. Ita ſenſit, ſcripſitque Hephaeſtion cum ſuo Scholiaſte: ita Euſtathius Iliados M.

Τρῶες δ' ἐῤῥίγησαν, ἐπεὶ ἴδον αἰόλον ὄφιν,
Troes viſo maculoſo ſerpente diriguerunt.

Quod Poëtam feciſſe εὐφωνίας μᾶλλον, ἢ μέτρου φροντίζοντα teſtatur. In procliui namque fuit ſcribere —— Ἐπεὶ ὄφιν αἰόλον ἴδον. Ita Euſtathius, quem vide Odyſſ. γ. pag. 123. editionis Frobenianae. Sic Arriani lib. 3. cap. 10 legas

Δεινὰ μὲν ῥέξας, ἐπιπλήσσεο· χρηστὰ δ', τέρπου.
Siquid factum male, increpita: ſiquid recte, gaude.

Latinorum veteres, eorumque nepotes idem auſi. Lucret. lib. 6:

Fit quoque vt in magnas aquae, vaſtaſq; lacunas,
Ibidem: *Quae calidum faciunt aquae, tactum, atque ſaporem.*

Alij *Vaporem*. Alij incogitantes Accentus *Acuae* ſcribunt ἀρχαϊκῶς. Ita ſcriptor in Titium p. 129. lib. 6. vt *Relicuum*. Sed & plurium eſſe poteſt ſillabarum, & per Q ſcribi. Vel. Longus in Orthographia: *Aquam quoq; per Q Aquam* ſcribentes, nomen oſtendimus, & triſillabum. Agnoſcit in Lucretio & Beda *Aqua* cap. 18. de Metris, & correctior a Putſchio literatiſſimo editio: nonnulli etſi Libri *Laticis*. Haec ſunt: niſi forte ſimpliciſſimi elementi nomen compoſitum dixeris cum Feſto *A qua iuuamur*. Non & terra eſt *A qua iuuamur*? Dic potius cum iocoſo potore: *Aqua* eſt, *a qua* longe fugiendum. Nam:

Nulla placere diu, nec viuere carmina poſſunt
Quae ſcribuntur aquae potoribus ———

CAPVT DVODECIMVM.

Spiritus nota.

TRYPHON Alexandrinus περὶ πνευμάτων, καὶ τρόπων ſcripſit, Suidas. Phocas item Grammaticus *de Adſpiratione* librum edidit, vti Pontanus, item Eutyches nobis lectus. Spiritus autem, cum ſit omnino duplex *Lenis*, *Aſper*, ſeu *Denſus*, varia ſortitur vocabula. Phocas *Pſilam* vocat, & *Inadſpirationem*. *Pſilen* notam Remmius Palaemon *Exilem* vocat. Grillus vero ad Virgilium de Accentibus ſcribens *Lenem* nominat. *Daſiam* Grillus *Flatilem*.

Leuem qui demſere. non animaduerterunt denſam ſic dici, quod in eo amplius *pulmo animae praelargus anhelet*, & in *Leni* parclus. Vt enim nebula anguſtior citius euadit, & in ſublime nititur: ſic Spiritus tenuis, quem vocant. Quare Fabius lib. 1. cap. 4. *Praeter illam adſpirationis* [notam:] *quae ſi neceſſaria eſt; etiam contrariam ſibi poſcit*. Olim porro apud Athenenienſes, ac Romanos *Aſper* hac nota ſignabatur H. Vbi vero non tantum ſpiritus efflabatur ⊣, vt dimidium quaſi flatus dimidiatam haberet notam. Vſus vero poſtea tenuit, vt ſecta haec nota adſpirandi ſignum exhiberet dextra ſui parte ſic ⊢: ſiniſtra autem, quae contraria eſſet, contrariam quoque ſignaret ſic ⊣. Neque iam inter literas: ſed tamquam apex literis imponeretur. Mox ad celeriorem motum anguli illi, vt in aliis multis, hebetati, reductaeque notulae in compares ſemicirculos dextrum laeuumque ſic ʽ ʼ.

Veteribus

Veteribus Latinorum Denſi ſpiritus nullus olim vſus accepto ab Aeolibus more quorum ſunt Υ῞μμις, Υ῞μμι: poſt coepta nonnullis, apprimi Adſpirandi nota. Sed *parciſſime ea veteres vſi*, inquit lib. 1. cap. 5. Fabius, *etiam in vocalibus, cum Oedos, Ircoſque dicebant.* Et illa Antiquitatis charactere ſcripta ſunt *Vmus, Olus*. Apud Magnonem Ͱ M. TERMAE TM. DD. TERMAE DEDICATAE. Apud eundem: YMN. HYMNVM.

Et Feſtus cur Deus cum ex Θεός oriatur, adſpiratione careat, rationem confert hanc: *Adſpiratione demta: qui mos antiquis noſtris frequens erat.*

Quaedam perpetuo abſque ea nota duravere. Sic *Ariſtippus, Leucippe* daſeam amittunt e medio. Sic *Auſter, & Auris ab Hauriendo. Aemilius*, cui ab Origine debita erat Adſpiratio. Pompeius: *Aimiliam gentem appellatam dicunt a Mamerco Pythagorae philoſophi filio, cui propter vnicam humanitatem, cognomen fuit Aemilij.* Tantundem Plutarchus. Etiam Graeci videntur huic non adſpirare nomini. Polyb. lib. 2. Λούκιον Αἰμίλιον ὕπατον. Homerus adſpirate in epitheto Odyſſ. α.

—— Αἱμυλίοισι λόγοισι Θέλγει ——

Blandis ſermonibus mulcebat.

Diu deinde ſeruatum ne conſonantibus adſpiraretur, vt in Graccis, & Triumpis. Vox eſt Fabij in ante, cui additur:

Erupit breui tempore nimius vſus, vt Choronae, Chenturiones, Praechones adhuc quibuſdam Inſcriptionibus maneant. Quae nimia adſpirandi crebritas incurrit in aculeum Catulli:

Chommodo dicebat, ſiquando Commoda vellet
Dicere, & Hinſidias Arrius Inſidias
Et tum mirifice ſperabat ſe eſſe locutum,
Cum quantum poterat, dixerat Hinſidias
Credo ſic mater, ſic liber auunculus eius,
Sic maternus auus dixerat, atque auia.
Hoc miſſo in Syriam requierunt omnibus aures:
Audibant eadem haec leniter, & leuiter.
Nec ſibi poſtilla metuebant talia verba,
Cum ſubito affertur nuncius horribilis
Ionios fluctus, poſtquam illuc Arrius iſſet,
Iam non Ionios eſſe; ſed Hionios.

Merito igitur illa eſt Nigidij in Commentariis Grammaticis cenſura: *Ruſticus fit ſermo, ſi adſpires perperam.* Neque quidquam helluonem magis redolet, aut barbariſmum, quam e gutture inflare aduerſus eum, quicum loquare.

Graecis quoq; ſingularem, & accuratam fuiſſe harum Notularum curam indicant haec a Sexto Empirico lecta lib. 1. cap. 3. aduerſus Mathematicos: Πῶς ἀναγνωστέον παρὰ Πλάτωνι Ἦ δ᾽ ὅς λέξιν πότερον ψιλῶς ἐκφέρεται τὴν πρώτην συλλαβὴν, ἢ δασέως· ἢ τὴν μὲν πρώτην ψιλῶς, τὴν δὲ δευτέραν δασέως· ἢ ἀμφοτέρας ψιλῶς, ἢ ἐναλλάξ. Haec ſunt: *Quomodo legenda apud Platonem dictio* Ἦ δ᾽ ὅς, *An tenuiter efferatur prima ſillaba, an adſpirate: An prima quidem tenuiter, ſecunda autem adſpirate: An ambae tenuiter, an contra.*

CAPVT DECIMVM-TERTIVM.

Spiritus prima ſedes.

VTERQVE Spiritus cunctis ſonoris praeſidet. Exempla de Aſpero ſuppeditat Terentianus:

Vna nam ſpiramen addit omnibus vocalibus:
Haſta quando, & Hedera dicis, Hiſter, Hoſpes, atque Humus.

Adde *Hymnos*, & quas *Hyadas Graius ab imbre vocat, Hylax, Hydaſpes, Hyrtacus, Hydra, Hybla.* Semper enim τὸ Υ principiale poſcit aſpirari. Quod cur fiat, minime videre ſe Cornutus apud Caſſiodorum profitetur. *Ipſa enim*, inquit, *per ſe adſpiratiua eſt, & in quocumq; vocabulo primum locum habuerit, adſpiratur Yacinthus, Ylus, Ymettus. Et tanto magis adſpiratio addenda non eſt, quanto apud Latinos vocabula non ſunt hac litera notata.* Haec Cornutus. Verum haec aduerſis inter ſe cornibus colliduntur. Quid enim? H non eſt praelatis nominibus praeiicienda. Cur? Quia Y *adſpiratiua eſt.* Refero: *Adſpiratiua eſt:* Aſpero ergo notanda Spiritu.

Atque etiam Y exemplo volunt alij I ſimplex ſubeunte R aſperari. Nec diſtingunt hilum. Sic Eutycheti viſum, & Phocae libro de Adſpiratione, cui ſcribitur *Hirpinus*. Quo ſuper dubito. Nam Graecis eſt Ἴρπος. Item Latinis, Maroni —— *Aetolus, & Arpi*. Agroetio: *Ex Irpinis*. Vide Strabonem, & noſtra Siliana.

Fateor in his Vſu id eſſe receptiſſimum, *Hircus, Hirudo, Hirundo, Hir, Hira, Hirquitallire*, Cenſorino, *Hirnea* Plauto, *Hirtus, Hirſutus*. Sed id fallit in Latinis aeque, ac Graecis. Leniter enim audiunt iſta: *Irrio, Irritus, Irene, Irus, Iris, Irruo, Irrumpo, Irrauſi*.

Haſta Terentiano ſcribitur. recte ex antiquo Vſu, ait Pierius: licet in Longobardico Maronis Libro ſit leniter: *Et folijs lentas intexere mollibus aſtas*.

Vt autem Vocalibus ſolitariis Spiritus praevolat: ſic compoſitis, *Haurio, Heuretes* Plauto, *Hei, Haereo, Hoedus* & appellatiuum, & *Aſdrubalis* cognomentum apud Liuium.

Halteres, Haue, Hedera, Holus, Hiſter, Humus ſua quaeque in ſerie ſingulatim vide.

HEREMVS ſcribit Priſcianus libro 17. ſicut *Habeo, Hircus, Homo*. Aduerſatur vniuerſa Graecia, cui Ὁ, ἡ, ἡ ἔρημος: ipſeque Priſcianus nullis Auctorum copiis, nulla diſcipulorum clientela ſtipatus id prodidit.

HIBISCVS habent, quae viderim, Maronis Exemplaria: quibuſdam Adſpiratione detrita ineſſe *Ibiſcus*; quinetiam mutata vocali *Ebiſcus* tradit Erythraeus.

HVLVLO, HVLVLA ab Adſpiratione aures ingrediuntur, ſiqua Pontano fides: *illis enim*, inquit, *haeret naturaliter*. Sed *Vlulare* videtur ortum a deflentibus omnia perſum iſſe, omnia perditiſſima, ac ſi dicant Ὀλολύω, *Omnia perdo*. At, nequid diſſimilem Adſpiratio in iis voculis Conſuetudine refrixit, atque adeo tota periit Erythraei, meoque & vulgi ſenſu. *Vlulae* autem appellatio a verbo eſt, & poſterior, imitatrixque vocis lugentium, ac deplorantium vaſtitatem, vel orbitatem. Alij per onomatopoeam *Vlulo, Vlula*.

Dicto, quibus Adſpiratio vocalibus praeponatur, aut bivocalibus, poſtponi conſonantibus C, P, T, *Chriſtus, Pharus, Thuninus*, paſſim notum eſt. Item literae R, *Rhetor*: hanc licet aſperari vocem non ſatis probet Cornutus. Atque etiam ſimulant dubitare ſe doctiores *Rhetor*, an *Hretor* Spiritu ante R compoſito ſcribendum ſit. Vt quaeſtioni colorem addant, afferunt veteres Adſpirationis loco B poſuiſſe, ac praepoſuiſſe, ſcripto *Bretor*. Ita profecto Graeci Ῥόδον, Βρόδον, Βροτοὶ pro Ῥωτοὶ, *Fluxi Mortales*: ergo cuius vices gerit, videtur locum cum dignitate vindicare. Praeterea R nulli conſonantium anteponi poteſt: ergo neque & H, quae vel conſonans eſt, vel conſonae, aut ſemiſonorae habetur loco.

Poteſt & illud augere dubitationem excogitaturos fuiſſe Graecos aliquam notam, qua concretam, & adſpirationis & literae P poteſtatem ſignificarent, ſicuti ſunt complexi alia tria Θ, Χ, Φ. Sed notula impoſita ipſi P oſtenderunt eundem vſum Adſpirationis in eo fuiſſe, qui & in vocalibus intelligeretur. Contra tamen Latini etiam in vetuſtis Monimentis poſtpoſuere. Cauſa autem adſpirandi fuit ſoni volubilitas, atque vibratio. In omni autem vibratione recipitur aër per intervalla: quare intra ipſum potius elementum Adſpiratio ipſa, quam praepoſita percipiatur. Latine autem ſi *Rhetor* demas, vix in vllis vocibus eam Adſpirationem admiſſam, ne quidem in voce *Roma, Romulus*, circumſpecte ſcribit I. Scaliger. Priſcianus iſta libro ſexto diſputat: *Rhamnes, Rhamnetu, & Rhamnis quod Graecum eſſe oſtendit Adſpiratio poſt R poſita, quod in Latinis nominibus non fit* Varro tamen ſua auctoritate voluit efficere, vt H prius ponatur ea litera, quae Adſpirationem confert, quem confutat apud Caſſiodorum Cornutus pagina 2285. 2286.

DVBITARI quoque poteſt anne in Ch, Ph, Th, Χ, Φ, Θ, Adſpiratio conſonantem afficiat, an vocalem? Videtur enim cum his conſonantibus H coaluiſſe: quod haud ita eſſe perſeverat Scaliger.

Flatus enim craſſitudo (*Flatum* pro *Spiritu* recte dixeris, vt *Afflatum* Varro lib. 3. de R R. cap. 1.) antecedit vocalem, non ſequitur: ſic Ὕστερον: ergo cum praeponitur conſonans ad compoſitionem, idem Flatus eiuſdem elementi eſt πρωθύστερον; non autem conſonantis, niſi quatenus ex ea, & adſpirata vocali vna ſillaba fit. At Scaligeri ratio quaeſitior eſt, quam penſior. Quid enim dicas, vbi geminantur aſperae conſonae Τετύφθαι, Λελέχθαι, Ἄχθος, Νάφθα, quid de ſimilibus? Φ, & Χ pertinent ad inſequentem ſillabam, an etiam vis adſpirandi ad ſubeuntem vocalem pertinet, vel interiecta conſonante eiuſdem ſortis? Specta deinde, ac contemplare Θ, Χ, Φ ſeorſas literas, non ipſae ſecum Spiritum denſiorem habent? Aliter igitur dicendum Flatum non ferri in vocalem ſociam, niſi qua conſona eam afflat. Expreſſius id cernere eſt in Graecis πάντα ὅσα: vtere Apoſtropho, ſcribes πάνθ᾽ ὅσα, vbi ſi Θ proprio Flatu deſtituitur, ſi eius Flatus ad comitantem vocalem defertur, ὅσα geminum Flatum obtinebit etiam primario iure, quo quid ineptius? Quid quod veteres, vt e Cicerone, Fabio, Gellioque

notum

Digitized by Google

notum eſt, *Sepulchrum*, *Lachrymas*, *Pulchrum* dixere? Qua vi potuit in his tribus Adſpiratio ſubeuntem vocalem afflare, cum R interimeet? Ita omnis nouitas merito ſemper ſuſpecta fuit atque odioſa. Ego, quod poſſum, trita feror orbita.

CAPVT DECIMVM-QVARTVM.

Spiritus ſecunda ſedes voce in media, aut in finalitate.

H *Literam, (ſiue illam Spiritum magis, quam literam dici oportet) inſerebant veteres noſtri pleriſq; vocibus firmandis, roborandiſq;: vt ſonus earum eſſet viridior, vegetiorq;. Atque id videntur feciſſe ſtudio, & exemplo linguae Atticae. Satis notum eſt Atticos ἰχθὺν ἱρόν, multa itidem alia citra morem gentium Graeciae caeterarum inſpirantes primas literas dixiſſe. Sic Lachrymas, ſic Sepulchrum, ſic Ahenum, ſic Vehemens, ſic Inchoare, ſic Helluari, ſic Hallucinari, ſic Honera, ſic Honuſtum. In his enim verbis omnibus literae, ſeu Spiritus iſtius nulla ratio viſa eſt, niſi vt firmitas, & vigor vocis, quaſi quibuſdam neruis additis intenderetur.* Haec Gellius lib. 2. cap. 3. qui cum veteres *dixiſſe* ſcribit, inſinuat dici deſitum, in pleriſque horum, ſuis vt opportune locis vnumquodque excuſſimus. Puta *Lacrymas, Sepulcrum,* ſaltem *Onera, Onuſtum. Pulcer, Lurco, Orcus, Aenum, Incoare,* vide in ipſam ſeriem. Eodem ducit Fabius lib. 1. cap. 5. damnato nimio adſpirandi vſu: *Inde*, inquit, *durat ad nos vſque Vehementer, & Comprehendere, & Mihi: nam Mehe quoque pro Me apud antiquos praecipue tragoediarum ſcriptores in veteribus libris inuenimus.*

Nota Vſus tyrannide *Mihi* ex priſcis illis, obſoletiſq; reliquum factum: *Mehe* periiſſe: maxima licet cognatione teneantur. Adeo non mirandum *Vehemens, Comprehendere, Helluari, Hallucinari* ſupereſſe: obliteratam adſpirationem in *Lacrymis, Sepulcro, Orco, Lurcone, Praecone*. Vſus ſic imperat. Porro ex illa Spiritus interiunctione liquet etiam recte ſcribi *Euhoe*, vel *Euhoi*, binis, terniſve ſillabis; quod probari nequitum eſt a multijugae lectionis viris Pierio, atque Erythraeo commentantibus in Virgilium. Nam cum bacchantium ſit excl[illegible]atio Εὐοῖ, Σαβοῖ, vt pluribus in Silianis noſtris reteximus: ea eſt ex Εὖ, & ἵ conſtituta, quae [illegible] eunt, vt tamen viridioris ſoni ergo Adſpiratio veteri more retenta ſit, vt in Τ'ἀως. Argiuis [illegible]n, Laconibus, Pamphyliis, Eretrienſibus Μωά, pro Μῶσα, Ποιῆαι, pro Ποιῆσαι, Πᾶά pro Πᾶσα ſcribebatur. Vide, quae primis fere huius Operis paginis ſuper hac voce paucis eo conſilio praeſtruximus, vt hunc ornaremus locum. Vt tamen diſyllabum *Euoe* ſit acceptius, facit Origo compoſitionis duabus ſillabis ſeorſis in duas compoſitas confluentibus facit tantorum virorum auctoritas, & veterum teſtimonia. Horatius 2. Carm.

Euoe recenti mens trepidat metu.
Idem: *Euoe Bacche pater* ——
Catull. *Euoe bacchantes, Euoe capita inflectentes.*

Cur ergo non Maronis 7. *Euoe Bacche fremens?* —— Nec deſunt, qui initiali vocali adſpirent *Heuboe*. Atque vt perbaccheris, dic, ſi Baccho placet, *Heuhohe*: ſic Baccham ex inſana inſaniorem facies. Ennius in Athamante:

His erat in ore Bromius, hic Bacchus pater,
Illis Lyaeus vitis inuentor ſacrae,
Tum pariter Euan, euhoe, euhoe, huius,
Ignotus iuuenum coetus alterna vice
Inibat alacris, Bacchico inſultans modo.

Additamenti vicem eſto H finientem vocalem excipere, non ſine vi, & decoro in nonnullis Interiectionibus *Ah*, ſeu *Hah Vah*. Ita Priſcianus lib. 1. & 2 ſunt enim ex diſcidio *Aha, Vaha.* Cum decoro, inquam: Adſpiratio namque explicat ſuſpiria, affectus, rei molem. Nec obſtat denegatum fini Denſum veterum opinamento: quid enim ſenſerunt agreſtes Opici melioribus ſeculis aliter ſcribentibus, & pronuntiantibus nihil intereſt.

Similiter autem vehementius ferit *Proh*, & *Oh*, quam *Pro, O, Ah virgo infelix!* —— *Proh Iupiter ibit! Proh ſcelus!*

A ſilice in nuda, abſque Denſo Ecloga Maronis prima habet Romanus Codex, & Mediceus: itaque ſcribendum Probi fuit ſententia: non mea.

CAPVT DECIMVM-QVINTVM.

Diaereſis, Synaereſis, ſeu Synaloepha.

DIAERESIM Graeci, Latiniqúe dicunt punctorum notulas duabus vocalibus ſeorſum ſua ſponte conſtantibus, vel in vnum alioqui coibilibus licet iam ab invicem diſſilientibus ſuper-impoſitas. Notulae igitur cum ipſa ſectione nomen idem nactae ſunt. Quintilianus lib.1.cap.5. affert in Exemplum *Europaï*. Sic Maronis *Aulaï*, Lucretij *Terraï frugiferaï*, *Lunaï*, *Flammaï*, *Materiaï* Item *Hexaëmeron*, *Aeneu*, *Poeſis*, *Coëo*, *Minoe*, *Coſroës*, *ſeu Coſdroës*, *Laïs*, *Thaïs*, *Naïs*, *Beroe*, *Calliroöe*, *Meroe*, *Paſiphaë*. Adde Catullianum:

Verboſa gäudet Venus loquela.

Reïce capellas: eſt enim triſyllabum, vt poſt videbitur. *Eï* tertij caſus decurtatum eſt ex antiquo *Eϊ* Lucretij lib 5. Ibidem: *Diſcedere, diſſoluiq;*.

Iulus, Iülius, Ἰȣ̈λος. Ovidius:

Et tot Iüleae nobilitatis avos.

Errant autem, ſtupideque falluntur, qui nouam diaereſim cudunt in *Halicarnäſſem*, *Tydeus*, ſimilibus *Achilleus* etiam trium eſt ſillabarum Epiſt. 6. libri ad Brutum. Panſae medicus fuit. Minyëus quatuor lib.4. Plinij cap 8. *In Theſſalia autem Orchomenus, Minyeus antea dictus.* Certum ex Homero Ὀρχόμενον Μινύειον. Stephanus in voce Κὰρ, Διαίρεσιν appellitat Οἴσμαι, Ὀΐον, Ὀΐδα, πάϊ, Αἰολεΐδαιν. Idem cum ex Charace produxiſſet Ὠρείτας τρισυλλάβως, iiſdem literis τετρασυλλάβως ex Apollodoro οὐ διὰ τῆς ει διφθόγγȣ, ἀλλὰ διὰ τȣ̃ ε καὶ ι Ὠρείτας affert: Ὅτω καὶ τὴν τῶν Ὠρειτῶν νυκτὸς ἀἰρȣ̃σι πόλιν. Itaque rectius ſcribi retur. Cl. Rutilius lib.1. Itinerarij: *Circumſiſtentes repulit Harpÿias*: *Harpÿias quarum decerpitur vnguibus orbis.* Sic Τζαΐτζας apud Curopalatem. Sic apud Harpocrationem inepte ſcribitur Φαΰλος, pro Φαΰλλος. Nota ſunt enim Phaylli ſacrilegia ex Diodoro, Pauſania, Demoſthene, Libanio. *Poëpolis* quoque pro *Herbipolis* tetraſyllabum eſt.

SYNAERESIM dicunt aduerſam Diaereſi vocalium affectionem, cum vocales, quae natura diuertuntur, in vnum com[illegible]nt, ac veluti conglutinantur: prius enim vtraeque velut *vnguntur*, hoc eſt, συναλείφονται. Notam haec affectio non neceſſario flagitat: nam cum plerumque ſemper verſus neceſſitate invehatur, modo, ſpatio, ac dimenſu carminis facile innoteſcit. Apud Varronem recitante Fabio:

Cum te flagranti deiectum fulmine Phaethon.

Debuerat fuiſſe *Phaëthon* ternis ſillabis. Sic lib.1.

Manilius: *Phaethontem patrio curru per ſigna volantem.*

Aen. 6. *Fixerit aeripedem ceruam licet* ———

Pro *Aëripedem* inquit lib.17. Priſcianus. Alij χαλκόποδα volunt intelligi.

CAPVT DECIMVM-SEXTVM.

Sillabarum Conſtitutio, & Diuiſio Σύςασις, Διάςασις.

DE Diviſione Sillabarum ſcribit Caeſellius apud Caſſiodorum. Res haec autem anguſtior, quam cui ſe Auguſtus ſubmitteret, de quo Suetonius: *Non diuidit verba, nec ab extrema parte verſuum abundantes literas in alterum transfert: ſed ibidem ſtatim ſubijcit, circumducitq;.* Porro ſapientiae placitum eſt, quo cuiuſque conſtat eſſe, eo a quolibet altero diſſitum eſſe. Homo in eſſe hominis eo, quod eſt rationis participem eſſe. conſtituitur: eodem igitur ab omni alio diſſaepitur. Et ſillaba, quo ſe ſibi vindicat, eo a ſocia diſſaepitur. In vocibus ſimplicibus facilior ea diſiunctio: vocalis namque ante-eunti adnectitur conſonae, aut conſonis; ſi modo hae principales in alia qua voce conſociantur. *Italiam* hic, aut hic ſecari poſtulat verſus conditio? ſic ſecabis: I ,, TA ,, LI ,, AM. Quare in his ſimplicibus ſi ſillabae det initium vocalis, neceſſe eſt & antegreſſam vocali terminari. *Neſtor* in duo ſecabis ex Terentiani praeceptione:

Neſtoris

Neſtoris ſi forte nomen diuidendum incurrerit,
N & e verſus prioris obtinebunt extimum:
Sigma verſus inſequentis, atque Tau exordium.

Caeteris ad eundem modum. *In ſimplicibus*, dixi nam *Comitium* in compoſitis eum tenorem rumpit, aliaque nonnulla, neque omnia: dicitur enim Columellae *Coaceſco*, Plauto in Curculione *Coaccedunt Minae*. Item *Conſpiro*: quia ab N S, P vox incipit nulla, nulla quoque incipiet ſillaba: ergo non ſecabis *Co-nſpiro*: ſed quia *Spatium* dicitur, & *Spiculum*, ſecabis ſic *Con-ſpiro*. Neque ideo proprie quaſi cauſa ſit: ſed hoc iudicio ſecandi via cognoſcitur, atque initur.

IN ABSCISSIS per medium vocibus, quas ſyncopen paſſas dicunt, non aequa facultas in multis.

Abſtraxe Lucretij lib. 3. ante conciſionem X neque praeeunti A iungebatur, neque ſubeunti E, ſed I in *Abſtraxiſſe*: verbi caede facta, vtri haerebit vocali? An vt A, & X finiunt vocem *Dicax, Fax, Mordax*: ita *Abſtrax* ſillabam? An vt *Xerampelinus* dicitur: ita ſecabis *Abſtra-xe*? Hoc fieri fas: alterum minime. Cur? quia in voce incolumi X ſeorſim ſcribenbum erat ab A ſic *Abſtra-xiſſe*: voce iam truncata, coniugium inibit X cum E. Non idem fiet § *Intellexti* l. 13. ad Atticum Epiſt. 32 *Luxſti* apud Catullum *Exſtinxti* ſecundae perſonae apud Maronem. Neque miſcemus Compoſita cum Simplicibus: nam hac diviſio quidem eſt in voce compoſita; ſed quatenus ſimplicem continet. Non idem, inquam, fiet: quia pugnat addita praeceptioni conditio: *Si modo* hae principiales in alia qua voce conſociantur: nulla namque vox a X, & conſona principium habet. Quare *Iux-ta* divides, non *Iu-xta*. Sic *Exta*.

Veteres Inſcriptiones ſegetem errorum dabunt. In ponte Salario *Vſ-que* ad 1 at *Squma* dicitur, & *Squlla*. Ad S. Luciae in ſilice:

DIS
MAGNIS
MATRI. DEVM. ETATTIDI. SE
XTILIVS. AGESILAVS

Vocem a XT orſam ignorat aeque cum Graecia matre Latium.
Romae in domo Caeſia: SILVANO. ET. HE
RCVLI
Apud Iſaram fluuium. T. IVLI. SAT
VRNINI
Oſſonobae in Luſitania: EX. D
ECRETO
Sittardiae: BIVIIS. TRIVIIS. QV
ADRIVIIS

Aliaque millena, ac millena peccantur ab illiterato celo.

IN COMPOSITIS vocibus Diuiſio ad Orthographiae normam altioris eſt operae. Quintiliani regula l. 1. c. 7. *Eſt etiam in diuidendis verbis obſeruatio mediam literam conſonantem priori, an ſequenti ſillabae adiungas. Aruſpex enim, quia pars eius poſterior a Spectando eſt; S literam tertiae dabimus. Abſtemius, quia ex Abſtinentia temeti compoſita vox eſt, primae relinquetur.* Ex hoc Fabiano *praeſcripto* conſectarium eſt haec ita incidi: *Pit-uita, Et-iam*, adeoque vſus perpetui tenore, quae vocales fuerant V, & I, tranſire in naturam conſonarum, vt in ſimplicibus. Quae cum monſtroſiora ſint, aliter ſtatuendum eſt. Animadvertendum igitur cum ex duabus vocibus vna coït, non Accentum ſolum, ſed literarum quoque exigi cohaerentiam: neque enim ita pronuncies *Abactus* compoſitum, vt *Ab Actus* diſiuncta: hoc ſiquidem compoſiturae inimicum: quanam tandem pronunciatione efficietur, vt B a ſequenti vocali diſtrahatur? Non ergo ſeco *Aru-ſpex*: quia ſingulae partes compoſiti ſunt: ſed quia *Sp* nomen ordiri comperiuntur, *Speculum, Spectrum*. Similiter haut dubitem ſecare *Ab-ſtemius*: quia S vi compoſitionis adhaeſit ſequenti T; & ita ſecari ſuadent ſimiliter inchoatae dictiones *Stamen, Strues*. Sic *Ab-ſcondo Scalarum* iudicio. Mirum eſt Andream Brabantum (quisquis ille) ſic dividere *Reſ-pondeo*. Erratum duplex. Primum compoſitum perperam ſecat etiam in peruagata opinione, & Fabij doctrina. Deinde ſibi hanc cum impoſuiſſet regulam: Quaecumque conſonantes in initio dictionis connectuntur, in medio ſeiungi nequeunt: ſubiicio, *Sp* initio dictionis connectuntur *Sparus, Spes, Spiculum, Spolium, Spurius*, hoc eſt ante vocales omnes: conficio, Ergo ita ſecanda vox *Re-ſpondeo* in Brabanti opinione. Vlterius: ergo cum ita ſecat *Reſ-pondeo*, loquitur ſecum valide pugnantia. Quae vis vel ab imo excita tartaro frangat complexionem hanc? Probatur amplius, quod docemus,

vel

vel ex eorum opinione certa,qui cum Fabio ſentiunt. Nulla ſillaba aiunt Adſpiratione terminatur. Et vere aiunt ſi Interiectiones exemeris. Igitur in his Ταριχέμπορος, Ἔφηβος, *Ephebus*, Ἀφαίρεσις, Ἐφημερίδες, *Ephemerides*, Πενθημιμερὴς *Penthemimeres*, Χ, Φ, Θ, *CH*, *PH*, *TH* texentur cum ſubiecta vocali, ſi ſectione opus: alioqui in adſpiratam exiret ſillaba. Ex quibus conſequitur ſic iſta differri.

Soro-ſapis apud D. Auguſtinum: licet ex Σοφός, & Ἄψις, compoſitum: vt, Γλαυκῶπις.

Cyno-ſura: licet compoſiti partes ſint Κυνὸς οὐρά.

Boo-ſura ſimiliter.

Boreo-ſtoma Danubij os quoddam: quia *St*, vti productum, dictiones alias ordiuntur: Sic *I-ſte*, *Si-ſto*.

A-cne: *Cnidus* enim dicitur, & *Cneus*.

A-ctutum: iudicio eſt *Cteſipho*. Sic *San-ctus*, *Helle-ſpontus* apud Mar. Victorinum lib. 3. *Labitur hinc Helleſpontus in oceanum* pag. 2561. Sic alia ſexcenta.

Robur iſtis mutuatur ab Homero Iliad. β.

Ἀνθρώπους τίνυσθον, ὅστις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ. *Homines puniunt*.

Vbi ſi Σ Τ non eodem pertinent, anteuertens Ο pro breui eſſe non poteſt. Sic apud Etymologum: Πλάθυγγος, αἱ ἄιθυιαι, αἱ πληθεῖσαι Βῦγγες παρὰ τὴν βοὴν, καὶ ἰυγὴν, τὴν ἰυγὴν. Si compoſiti particulatim diſtrahendi membra diſtrahes ſic *Bo-υγγες*, vbi tum ſedebit Accentus? Tamen compoſita ſecundum partes ſuas ſecanda eorum eſt oraculum.

BAVLOS ſecandi ecquae ratio? Graeci Βοαύλια: βοῶν artus diſcerpti ſunt a capite, nec paret niſi caput. Si Fabij canonem de compoſitis abiungendis ampleƈtaris, ſic ſecueris *B-aulos*, ſimulque riſum merebere. Si nouam opinionem, quae partes in toto immerſas non ex toto auulſas conſiderat, *Bau-los*. Cui opinioni nouitatis maculam Colotes Epicureus eluit Plutarchi Tom. 3. διοριζόμενος μὴ μᾶλλον τὸ Δὲν, ἢ τὸ Μηδὲν εἶναι. Conſlata namque vox eſt ex Μηδὲ ἓν quare ſecundum Fabium ſic diſpeſcas: Μηδ' ἓν, non Μὴ δὲν. Enimvero tradita hoc capite doctrina vires accipiet maiores a priuatarum vocum diſcretione: quas omnes vt enumerare ſuperfluum ſit, & otioſis ita nonnullas recenſere fuerit vtile, & cum cura ſcribentis; praeſertim vbi difficultas emergit.

CAPVT DECIMVM-SEPTIMVM.

Super priuis quibuſdam vocibus dirimendis diſquiſitio particularis.

CAPSIS conſtat ex *Cape ſi vis*. Hoc vult in Oratore ad Brutum M. Tullius: *Iam in vno Capſis tria verba ſunt*. Qui Quintiliano adhaerebit, ſic ſecabit *Capſ-is*. Nam compoſitum in partes ille compoſiti differt. Iuvabitur ſimili in aliis exitu. *Adeps*, *Inops*. Neque temere. Nam vt ſillabarum initia vocum initiis metimur: ita fines finibus. Idcirco vt ſillaba *St* poteſt inchoari ratione antedicta; poteſt eadem finiri: propterea quod vox etiam *St* finitur *Eſt*: ergo compoſitum *Iſthic* ſeca ſic *Iſt-hic*, & adſpira: *Illic* autem *Il-lic*: quia nulla vox ab vdagemina capit exordium: & quia L non eſt afflata in principio vocis vllius, neque erit in medio *Il-lic*. Verum intentiore cura adpoſitam ante regulam hac examinata re ſic dirimes *Ca-pſis*. P enim ad ſequentem pertinet in *Capio*, & S ſocia I deſtituta componi amat cum *Vu*, ſiue *I*. Eſt & altera coniectatio. Derogant hoc Tullio plerique recentiores, & idem volunt eſſe *Capſis* & *Ceperis*, vt 2. de Leg. *Siquis clepſit, rapſitve, pro Clepſerit, Rapuerit*. Sic in Epigrammate *Recepſo* pro *Recepero* Catullo; *Iuſſo* pro *Iuſſero* Maroni, & Silio Italico; *Percepſo* pro *Percepero* Accio, aliaque id genus. Immo vero Fabius ipſe l. 1. c. 5. *Nam ex tribus noſtrae vtiq; linguae non conceſſerim: quamuis Capſis Cicero dicat compoſitum eſſe ex Cape, ſi vis*. Vix audet a Cicerone abire Fabius in hoc: ecquis alter eo confidentior?

HELLESPONTVS. Compoſitio membra ſunt *Helles*, & *Pontus*. In Cornelij Nepotis Timotheo ita non recte diditur *Helle-ſpontus*.

HIEMPSAL Salluſtij, ſi res popoſcerit, ſeca *Hiem-pſal*: nulla enim vox ab *Mpſ* ſumit initium, aut terminum. *Hyempſ* namque τῶν βαρβαρικωτάτων eſt.

IVRGO,

IVRGO, ſi compoſita ſectionem poſtulent in finalitate partis componentis ex vulgi ſcito, ſecandum ſic *I-urgo*. Siquidem componitur ex eo, quod eſt *Iure vrgeo*, teſte Eutyche lib. 2. Secabis autem ſic: *Iur go*, quod Fabij praeceptioni aduerſatur.

MOPSVESTIA coaluit ex Μόψου ἑστία apud Cedrenum, & Ptolemaeum: fuit enim *Mopſi vatis domicilium quondam*, vt ſcribit Ammianus lib. 14. Eapropter ex opinione vulgari ſic diuidetur *Mopſu-eſtia*, & conſequum eſt vt ſcribatur *Mopſu-eſtenus, Mopſu-eſtienſis*; non *Mopſ-ueſtenus*, neque *Mopſ-ueſtienſis*. Opinionem alteram ſecutus aliter ſcribes.

NEGOTIVM obiicietur non ſine negotio: G enim inter ſecandum vtri haerebit vocali? Certum eſt confieri ex *Nec*. Verum & hoc decurtatum eſt ex *Neque*, in quo quando quidem Q connectatur cum V, & E, videtur G, quod ſubit vices τοῦ Q, cum iiſdem cohaeſurum, aut cum O poſito loco V, & E. Fabium ſi complecteris, ſecabis ſic *Neg-otium*. Sic & videtur ſecaturus fuiſſe Ter. Scaurus, qui *Negotium*, *Nec otium* putat. Neque refert, vt antedictum, cui vocali ante coitionem factam haeſerit G: illud refert, cui haerere debeat coïtione iam facta.

OBLIVISCOR ſi ſimplex, quia *Blandus* dicitur, *Blaeſus Blenus*, diuides ſic *O-bliuiſcor*. At Caeſellij doctrina haec: *Obliuiſcor non ſimplex; ſed compoſitum eſt. Compoſiti ſcilicet huius ſimplex latet in antiquis nominibus & Monimentis: Liuiſci enim Obliuiſci eſt: Liuius, quod nos hodie per eliſionem Oblitus. Quod cum manifeſtum fuerit, pleniſſime quiuis intelliget in ſcriptura verbi huius diuiſionem Obliuiſcor.* Idem Caſſiodorus.

OBSOLEO ſic imperitis diuertitur, *Ob-ſo-le-o*. Sic e Priſciani libro nono diſciplinas *Obſ-o-le-o*. Eſt enim eo teſte compoſitum ex *Obs, & oleo*, non a *Soleo*. Cicero de imperio Cn. Pompeij: *Obſoleuit iam iſta ratio, re magis quam verbis refutata.* Noſtrates: ℣ſte put. Idem in Verrem de Praetura Vrbana: *Vereor, ne haec cuipiam nimis antiqua, etiam obſoleta videantur*. Vacillat ergo Curij Valeriani praeceptio: *B, & S nunquam coniunctas inuenies: non enim poſſunt facere ſillabam.* Vides *Obs*, & *Obſolea* de mente Priſciani: *Trabs, Abs*, omnium: *Coelebs* optime conſiliatorum. Sed haec per P Curius ſcribit, quem opinione ſua deiectum vide in ipſa Serie. Ceſellius: *Obſoleuit quidem S habet, ſed non ipſius verbi: verum praepoſitionis, quae eſt Obs: ſicut A, Ab, Abs, quaſi Aboleuit, id eſt, inueterauit, & obſorduit diuturnitate*. Idem Caſſiodorus, & Beda.

BLASPHEMIA. Σφάτλω exemplo eſt concretionis τοῦ *Sphemia*. Compoſitionis autem ratio poſcere videtur ex quorundam ſententia *Blaſ-phemia*. Παρὰ τὸ βλάψαι τὴν φήμην.

PI-TV-I-TA vulgi iudicio, & docti Catulli.

Mucúsque, & mala pituita naſi.

Ex Fabij praeſcripto *Pit-uita*: hae namque partes, ex quibus compoſitio: Perſius adiuvat:

Somnia pituita qui purgatiſſima mittunt.

Auctor libri aduerſus Titium lib. 6. cap. 17. *Pituita triſyllabum eſt: ſed hoc tu non capis*, inquit.

POSTEA, an *Poſt-ea*? Nam ipſum *Poſt* compoſitioni debetur: eſt enim *Pone eſt*, *Pon'eſt*, *Poſt*. De animo noſtro *Po-ſtea*: de Fabij *Poſt-ea*: fuit enim ſeorſim *Poſt*, antequam cum τῷ *Ea* coïret.

PRODEO, REDEO D ad ſubeuntem vocalem agglutinari putat Pontanus l. 1. de Adſpiratione. Fors ad priorem ſillabam ex Competentia *Mederga*, & *Tibid illuxiſſe*, ſi Mureto credimus. Sed aliter cum compoſitis agitur, & melius cum Pontano diſſocies.

REICE CAPELLAS docendi cauſa ſiquis diuidet *Rei-ce* ſcribit, an *Re-ice*? Modo poſteriori: nam alterum I depulſum eſt e ſecunda ſillaba: I ergo reliquum factum ejuſdem erit ſillabae. Eſſe autem triſillabum claret ex adiectiuo inde nato *Reiculus*.

SIREMPS, quaſi *Similis res ipſa*, Feſtus. Senecam Cuiacius emendat Epiſt. 92. *Sirempſ lex eſto*. In Agrariae legis reliquiis Patauij in Bibliotheca Bembi: DE. EO. AGRO. SIREMPS. LEX. ESTO. Itaque forte apud Chariſium legendum, non *Similiter lex eſto*. Neque enim M, P, S diſſeparari queunt: quia φωνηέντων χωρὶς οὐδὲν καθόλου τι γράφεται, inquit Lucianus in Iudicio Vocalium. Sed amabo quinque elementa vnam integrabunt ſillabam *Sirempſ*?

SVSPICIO cum ſit ex *Suſum* antiquo, pro *Surſum*, & *Specio*, quam in partem nouaculam indas? Si *Su-ſpicio*, quod reſponſu pronum, reclamabit aduerbium, ac ſibi ſtridorem perire queretur, tum etiam ſibilam literam, & ad *Suſpendium* provocabit in cauſa *Proportionis*; nec minus obtinere volent in *Suſpicione*, quam *Suſpendio*. Si *Suſ-picio*, *Specio* capitis deminutum erit: reſtaurari, ſtabiliri, reſtitui horum ipſorum inuocationibus contendet. Haec anceps ratio: non minus altera. *Suſum* in coalita voce nulla ſuo S deſtituitur: *Specio* in nulla ſimiliter. Diſſiniendum igitur S hocce, reliquum ſitne ex *Suſum*, an prima in *Specio*. Sed hoc aeque dubium. Ex noſtro

ſtro

Digitized by Google

ſtro canone haut trepides ſecare ad hunc modum: *Su-ſpicio* vndeunde S proueniat: nam compoſiti partes iam vnum quid ſunt: & S p ad ſequentem eunt vocalem ductu poſitus verborum in principio vocum *Speculum*, Spiritus. In opinione Fabij, ſiquis pertinacius S deciſum dicat ex *Suſum*, ſecabit ſic *Suſ-pucio*: nam ibi ſectio, vbi compoſiti pars finem obtinet. ſic ille.

TERVNCIVS in opinione Fabij, & peruagatiſſima ita ſecabitur: *Ter-uncius*. *Ter vncia* repetita *Teruncius* eſt Varroni lib. 4. de L L. *Teruncius a tribus vnciis*.

TROIA. Vide ſeriem. *Tro-iáue*, an *Troiá*. expenſa opus eſt, cum diſyllabum.

Seca ad imaginem Graecanici ſpeculi *Troi-a*.

V prius in *Riuus*, *Cliuus*, *Nauus*, ſimilibusque ſillabae vltimae incipium eſt, non meta prioris. Ita diffinit vetus Grammaticus apud Gellium lib. 14. cap. 5. *Vulgo* probatur & *Vulua*.

CAPVT DECIMVM-OCTAVVM.

Coniunctio, Diſiunctio

ʽΥΦʼ ʽΕΝ ΔΙΑΣΤΟΛΗʼ ἈΠΟΣΤΡΟΦΗʼ, *ADVERSIO* ἈΝΑΣΤΡΟΦΗʼ.

Yφʼ ἓν Latinis *Subunio*, ſiue Coniunctio, inquit Andr. Brabantus. putide. Primum vox *Subunio*, quibus Latinis vſurpata? Dic *Sub vnum*, aut rectius *In vnum*, quo ſenſu Maro:

Compuleruntq́, greges Corydon, & Thyrſis in vnum.

Plenius dic *Compulſio in vnum* (ſimile quid namque in Graeco ſubintelligitur) vel *Coniunctio*, Alterum Andreae Brabanti erratum: *Coniunctio eſt, qua voces male cohaerentes copulantur*. Contra, *Coniunctio eſt nota qua voces bene cohaerentes* (& male diſſitae) cohaerere ſignantur. Priſcianus lib. de Accentibus: *Quid eſt Hyphen? virgula ſubiecta verſui circumflexa, ita -‿-, qua duo verba cum res exigit, copulamus, vt Ante-‿-tulit greſſum, &*, *Turnus vt Ante-‿-uolans tardum praeceſſerat agmen*

Diomedes lib. 2 his duobus conſociat *Simul-‿-ac*. Lucret. —— *Semper-‿-florentis Homeri*. Bene namque cohaerent *Florens*, & *Semper*, non *Olim*, non *Tunc*, non *Poſt*; ſed ſecreta voce ab omni temporis differitate, *Semper*, hoc eſt, Ἀειθαλὴς Ὅμηρος. Et Priſcianus dicit vſum huius eſſe Notae *cum res* exigit: tunc *male copulentur*? Male ergo copulentur in Andria *Semper-‿-lenitas*. Maronis Ecloga 1. *Semper-‿-dem*, quae eruditiores hodie diſſuauiantur? Tamen, nequid diſſimulem, in antiquis Maronis Codicibus ea duo diſtincta ſunt, in quibuſdam etiam puncto. Similiter dico de *Ante-‿-malorum*: valet enim τῶ πρὶν κακῶν. Conſenſum tamen ſcriptorum aeui huius repudiare religio eſt, qui & apud Catullum Epigr 4. ſcribunt: *Poſt-‿-faſelus*, in Propertio *Semper-‿-amicitia*, in Ovidio *Ante-‿-mei*, in Lucretio *Nec-‿-opinato*, *Non-‿-ſenſus*, in Pandectis *Poſt-‿-domus*, ἐπιδόδομος, in Plauti Rudente *Dextro-‿-uorſum*, in Captiuis *Vtroque-‿-uorſum*. Haec enim quoque compoſita eſſe videntur, inquit lib. 15. Priſcianus, cum ſub vno Accentu proferantur Melius tamen dicimus, quod inclinant ſibi ſupra poſita nomina. Plinio libro 4. cap. 20. cum praetuiſſet *Veſci, veca*, Pintianus iunxit *Veſci-‿-ueca* ex antiquis Codicibus & ex eo, quod hodie reſtet *Viruo ueſca*. Froboeniana tamen editio Plinij *Veſci, Veca* Diaſtole retinuit, cui fauet Satyr. 10. Horatius:

—— *Hac vtinam Viſcorum laudet vterq́.*

Satyr. 8. lib. 2.

—— *Prope me Viſcus Thurinus, & infra.*

Die-‿-quinti. & ſimilia apud Gellium lib. 10. cap. 24. non iniuria in horum ordinem redigas. Plutarchus libello πῶς δεῖ τ. ν. π. α. Ζεῦ ἄνα Δωδωναῖε, κελεύων ἀναγινώσκειν ὑφὲν, ὡς τ οἰκ τ γῆς ἀναθυμιώμενον ἀέρα διὰ τὸ ἀνάδοσιν Ἀναδωδωναῖον ὄντα.

Diaſtole.

Diaſtole.

DIASTOLE Notae ſuperiori aduerſa vi pollens Nota fit, Latinis *Diſiunctio*, Priſciano libro 13 *Diſcretio*, quam libro de Accentibus contrariam dicit τ͂ Υ'φὲν. Alias generatim Diaſtole eſt priſcis etiam *Distinctio* quaevis. Orig. Tom. 3. in Geneſim: παρὰ τὴν διαστολὴν τῶν στιγμῶν: Haec Diaſtole diſtanti pronunciatione iubet efferri; quae vnico tenore pronunciari, ſcribive potuiſſent. Trahunt in exemplum: —— *In litore conſpicitur, ſus.* At hoc ridiculum, vt iri Accentuum tractatione planum fecimus. Notam hanc cum Inciſo miſcent, voluntque ſimili forma fingi Dauſqueio non probante. Non enim *Diſcretio* notam habet peculiarem, non magis, quam in orationis textura voces caeterae. Alioqui quas turbas dabit , toties in oratione repoſitum, quoties vnius finalitas vocis cum alterius capite coaleſcere poſſe videbitur? Exempla. Apul. l. 9. de A A. *Crurum enim fragium abominata.* Cato: *Feruo bene facito.* Varro: *Quae ſole perferue ita fit, vt radices ſatorum comburat*, lib. 1. de Re R. cap. 9. *Non queo* pro *Nequeo*. Ennius apud Ciceronem lib. 7. Epiſt. 6. ad Trebatium: —— *Qui ipſus ſibi*

Sapiens prodeſſe non quit, nequidquam ſapit.

Lucret. 5. *Non querint animo praeſentire, atque videre.*

Non ſcio pro *Neſcio* poene damnat Cic. in Ora. *Non ſcire quidem barbarum iam videtur: neſcire dulcius.*

Qui cumque ſectum. Terent. Andria: *Cum quibus erat cumque vna, ijs ſe dedere.*

Tull. l. 3. de Orat. *Quam ſe cumque in partem dediſſet.*

Libro 2. de Natura Deorum: *Quale id cumque eſt.* Varro iterum lib. 2. de Re R. cap. 9. *Conſue quoque faciunt, vt alligari poſſint.* Aen. 9. *Inque ſalutatam linquo.*

Lucret. —— *Indignos, inque merentes.* Idem: —— *Conturbari, inque pediri.*

Idem: —— *Reſpirant, inque graueſcunt.* —— *Creſcent, inque valebunt.*

Super eſt diuiſe pronunciandum eſt, inquit Gell. l. 1. cap. 22. *non vt vna pars orationis eſſe videatur, ſed duae. Quando tu quidem in proelio, in bello*, Verr. 5. Mox: *Quandoquidem tu nulla vnquam. Alius modi* pro *Aliuſmodi*. C. Caeſar in Anticatone priori: *Vno enim excepto, quem alius modi, atque moris natura finxit, ſuos quique habeat caros.*

C. Fannius Annalium 1. *Cum in vita, agenda didicimus multa, quae inpraeſentiarum bona videntur, poſt inuenta, & multo amplius alius modi, atque ante viſa eſſent.* Sic Plinij l. 4. c. 20. legit Diaſtole ſcriptum Hermolaus non *Treſaras*, ſed *Quorum in paeninſula tres arae Seſtianae Auguſto dicatae.* Tale Philippo acumen in Plutarchi Pompeio: Ἐν συγκλήτῳ πυθομένου τινὸς, καὶ θαυμάζοντος, εἰ Πομπήϊον ἀνθύπατον οἴεται δεῖν ἐκπεμφθῆναι Φίλιππος. Οὐκ ἔγωγε, φάναι τὸν Φίλιππον, ἀλλ' ἀνθ' ὑπάτων; ὡς ἀμφοτέρους τοὺς νῦν ὑπατεύοντας οὐδενὸς ἀξίους ὄντας. Idem in Alexandro, cum ei ſe *Satyros* obiecisſet vates viſum fauſte interpretati dixere: Σὰ Τύρος. Ex divulſa voce alia prorſus nata eſt ſententia. *An ne* pro *Anne*; Tullius pro Caecina: *An tu qui tam diligenter, & tam calide verbis controuerſias, non aequitate diiudicas, & iura non vtilitate communi, ſed literis exprimis, poteriſne dicere deuectum eſſe?* Cicero 1. de Finib. *An partus ancillae ſitne in fructu habendus, diſſeretur inter principes ciuitatis.*

Ego ipſe. In Milonianas *Quae mihi contribuenda iam eſſet ipſi.* Idem l. 10. ad Atticum: *Per enim magni aeſtimo.* Saepius ad eundem: *Per enim mihi gratum eſt.* Gell. l. 2. c. *Socratique & Platoni per fuit familiaris.* Sed & *Per a ſuo* caſu divulſum Orthographicae obſeruationis eſt, cum ab eo longiuſcule dimouetur. Aen. 4. —— *Per ego has lacrymas, dextramque tuam te.*

Curt. lib. 4. *Per ego vos deos patrios, aeternumque ignem.* Lib. 5. *Per ego vos decora maiorum.*

Apuleius: *Per ego te maternae caritatis foedera deprecor.*

Item: lib. 5. de A A. *Per ego te frugiferam tuam dexteram deprecor.*

Fabius Declam. 5. *Per ego te iuuenis illos meos, de quibus nunc quereris amoris.*

Apoſtrophe.

APOSTROPHE, ſeu *Averſio* nota eſt adſita vltimae aut primae vocabuli literae ex alto inſtar tenuis ſpiraculi qua literam aut literas ab eo loco *averſas* iudicium fit. Non placet a veteribus grammaticis in exemplum produci *Mult' ille, & terris.*

Neque *Dura vi' eſt, quae ſternit iter dominatibus altis:*

Omnia namque Exemplaria voces, vti par eſt, integrant *Multum ille, Dura via eſt.* Neque hic vocalis, illic cum vocali conſona detrita eſt, vel averſa; ſed deterenda; non pronuncianti, non ſcribenti: ſed verſum dimetienti. Apud Plautum immanis exemplorum vis Vnum pro multis:

Egon' patri ſurripere poſſim quidquam tam cauto ſeni? Item: —— *Tanton' me crimine dignum?*

Averſae plures ſunt in his Plauti literae in Pſeudolo: *Potin', Scin', Auditin', Fugin'* in Aulularia. Mar. Victorin. lib. 1. *Eduntur autem vocales ſingulae, cum duo concurrerint, vt,*

Men' incoepto deſiſtere victam. Non *Méne*. Et: *Ten' inquit miſerande puer?* Non *Téne*.

Quid verum ſit, intelligo: ſed alias ita loquor, vt conceſſum eſt, vt hoc, vel Pro deum dico, vel Pro deorum: Alias vt neceſſe eſt, cum Trium-virum non Virorum: cum Seſtertium nummum, non Nummorum: quod in his Conſuetudo varia non eſt.

Apud Virgilium legas: *Deum, Diuum, Superum, Coelicolum, Teucrum, Aeneadum, Dardanidum, Troiugenum, Graiugenum, Graium, Argiuum, Archiuum, Danaum, Pelaſgum, Tyrrhenum, Maſſylum, Lapithum, Teleboum, Omnigenum, Caprigenum, Magnanimum, Aequum, Socium, Currum* pro ſecundis caſibus.

Apud Pacuuium: *Nimbum occoecat nigror.*

Apud Plautum in Sticho: *Benefacta maiorum meum exaugeam.*

Pompeius *Aduerſarium* pro *Aduerſariorum*:

Sulpitius *Opidum* pro *Opidorum*, quam Antiquis familiarem locutionem fuiſſe notat P. Victorinus in 8 lib. ad Atticum. *Aduerſariorum* igitur, & *Opidorum* recentior.

Paucula hic, vlterius antequam pervadam, ſubnotanda. Primum: *Poëta, qui inuſitatius contraxerat* Senſit igitur Cicero contractionem interueniſſe; alioſum lic t inclinet I. Scaliger in Libris de Cauſis L. L. Et hoc, *Inuſitatius*: quia contractiones in plurimis perquam vſitatae, quarum imagines multas hic Tullius repraeſentat, quibus adde. In edicto Iurci Aproniani VIGINTI. QVINQVE. MILLIA. AMPHORVM de quo Soſipater: *Amforum, an Amforarum dicendum ſit, quaeritur, Amforum Conſuetudinis eſt. Romanus autem in VII. Amforum, vt Plinius eodem lib 6 & Liuius. Sed vt caeteri aſſidue Amforum dicunt, ſi coniunctim, vt: Decem millia amforum, modium, ſeſtertium, nummum: ſic ſi per ſe Amforarum.* Quam diſtinctionem ratio repudiat ipſa. Cum enim ſit genitiuus, neceſſum eſt ab aliquo regatur, vt Grammatici loquuntur: ergo & in oratione ſemper eſſe *Coniunctum*. Varro lib. 6. de L L ex vetere Poeta:

Excelſa Cabirum templa tenes.

Idem lib. 7. *Cur dicatur mille denarium*, non *Mille denariorum*. *Eſt enim hoc vocabulum ea figura, vt Vatinius, Manlius: Denarius.* Contradici negat *Mille aſſarium*. Idem de Vita P. R. lib. 1. *Ille Callicles quaternum digitum tabellis nobilis* Cicero pro Cornelio: *Primo ex promulgatione triuundinum dies ad ferendam, poteſtasq́; veniſſet*, pro *Trinundinorum*. Agnoſcit & Cicero Conſuetudinem in his variam *Liberum, Liberorum*. Adde Ennium in Andromacha: *Liberum quaeſendum cauſa.* Titum Liuium lib. 8. hiſtoriarum: *Liberumq́; ſuorum reſpectu.*

Fabrum, & Procum audeo dicere, non Fabrorum, & Procorum. Sic *Iugerum* dicitur, non *Iugerorum* Diomede teſte. Sic apud Plinium lib. 5. cap. 19 habes ad imaginem Graecorum opida *Crocodilon, Sycaminon, Lycon Leonton*, mecum approbante Pintiano. Alibi *Bucolon, Ornithon* Lib. 35. cap. 12. *Effigies deum*. Vnde & I. Scaligeri opinioni color addi poteſt: etſi aliter Cicero iudicauit: quippe Graeciae magiſterio libenter excedit. Ab ea libidine profectum eſt, vt ſcripſerit *Poematorum, Emblematorum, Peripetaſmatorum* Tullius auctore Sergio in ſecundam editionem Donati: cum in diuerſum trahant illa Soſipatri lib. 1. *Sic ergo cum illi dicant, ἐμβλημάτων, τορευμάτων, ποιημάτων, nos recte Emblematum, Toreumatum, Poematum* dicemus. Qui Soſipater nihiloſecius horum etiam per *Orum* ſcriptionem recipit

Verum vtut haec ſeſe habeant aut conciſa non ſunt opinione quorundam: & tunc Accentus Circumflexi ſignandi nulla eſt ratio: aut ſaltem conciſa, non *Contracta* (proprie contractionem vt intelligunt coitionem vocalium purarum in vnam: intermeat enim conſona) quare ne ſic quidem Circumflexus poſcitur. Non magis, quam in *Olerum* contractum ex Lucilliano:

Tintinnabulum abeſt hinc, ſirpiculaeq́; olerorum.

Aut *Regum, Lapidum*, quae conciſa videri poſſunt ex Gellij hiſtorici *Regerum, Lapiderum*, aut ex Coelij *Nucerum, Nucum*, quae tria circumflectere nemini in mentem venit.

Nonius tantum abfuit, vt conciſionem, contractionem, aut Circumflexum agnouerit, vt accuſatiuum ſingularis numeri pro pluratiuo poni exiſtimauerit in his. Titinnius Veliterna: *Omnium vitium expertum.*

Plautus Perſa:

Pol deum virtute dicam, & maiorum meum.

Lucretius libro ſexto:

Flammea tempeſtas Siculum dominata per agros.

Accius Epinauſimache: *Neque quiſquam poteſt fulgentium armum armatus ardorem intui.*

Pacuvius Atalanta:

Parentum incertum inueſtigandum gratia.

Idem Periboea:

Regnum imperator, aeternum morum ſator.

Hauſit

Hauſit forte ex illo Quinctilian. lib. 1. cap. 6. *Centum millia nummum, & Fidem deum, oſtendant duplices ſoloeciſmos eſſe, quando & caſum mutant, & numerum.* Supereſt eorum opinio, qui nec Flexum, nec alium in vltima Latinarum vocum ſillaba Accentum agnoſcunt. Princeps eſt Fabius loco ſuperius nobilitato, & diligenter excuſſo: *Praeterea nunquam iu eadem Flexa, & Acuta: quoniam eadem Flexa eſt Acuta. Itaque neutra claudet vocem Latinam.*

Neutra claudet, inquit. Ergo neque *Flexa*. At plerique omnes aliter in patrio caſu pluratiuo: plerique omnes imperite: praecipites eunt in aliena, eaque male pretia veſtigia. Sed amplius quaero, ô Fabi, cur Flexa Latinam vocem non claudet? Quia Flexa Accentiuncula, aut Acuta ſedem prius adoptauit in vltimae proxima, aut in tertia ab ea. *Deum* verbi gratia, Acutum continet in *De*: ergo cum Flexus ex Acuto, vt parte ſui conſtituatur, & ex Graui Accentu, ſi Flexam notam vltimae ſillabae ſuperimpoſueris, Acutum geminaueris, quod a ratione, Vſuque alieniſſimum eſt. Nouum cuipiam id videtur? At praeceptionibus antiquis ſtat ita faciendum: alter vero abuſus nouitati adſcribatur. Fabio igitur ſuccenturiati ſunt Sergius in primam editionem Donati: *Quia nullum Latinum verbum eſt, in quo vltima ſillaba habeat Accentum.* Poſtea iterum id inculcat, & inter deſignata recenſet *Pone, & Alias*, quibus Accentum adſcribit: alibi nos detrahimus. Maximus Victorinus ſolas poenultimam, & antepoenultimam ſedes *Accentus Acuti* agnoſcit: *Circumflexo* ſolam adſignat poenultimam. Ambroſius Macrobius libro de differentiis Graeci, Latinique verbi: *Apud Latinos, quorum nullum verbum in finalem ſillabam admittit Accentum, ceſſant differentiae, quas apud Graecos Circumflexus, Grauiſq; fecerunt.*

Cohaeret cum hac diſciplina *Audibant, Munibant, Hauribant* extra Accentus ictum ſcribenda: non enim mediae coaleſcunt ex geminis ſillabis, ſed ſunt ipſiſſima verba primigenia. Quod animaduertes ex *Nequibant, Ibant*, quae ab antiqua talium verborum flexura ſunt inuariata: E ſecuta aetas interiunxit. Acutum tamen enunciando admittunt, quod potiſſimum ex ſillabae modo euenit.

VERBIS CONTRACTIS (in quibus ſillabam vnam ex duabus concretam negari, vt in genitiuis iſtis, minime poteſt) quid fiet? *It, Fumat, Audit, Petit, Commoſſet* Verrina 5. Alibi *Conſueſſet, Decreſſe.* Lucretij 5. *Suerit.* Denique: *Audiſſe, Noſſe, Amaſſe, Promoſſe. It* monoſillabum longum eſt ex contractione duarum ſillabarum proueniens: ideo Flexum deſiderat Accentum. Refragaris ex antedictis, vbi Flexus de ſede vltima depulſus eſt. Refero. Non quatinus ſillabam vltimam, ſed quatinus vocem Accentum mereri: nullam enim vocem omni Accentu ſpoliari patiuntur ſcita Grammaticorum: ergo ſiquis erit, Flexus erit: longa quippe eſt ex concretione ſillaba.

Petit: quamuis ex ſimili contractione cogatur, Flexum reſpuit in ſuprema: quod Acutus priorem anteceperit ſedem: vnam autem vocem bis Accentu ſignari monſtri ſimile eſt.

Audit ſimiliter.

Fumat vero Aeneidos 3. non manat e duabus ſillabis: eſt enim praeſens. Nec illud enim animaduertere contraria ſentientes, ac docentes. *Cecidit Ilium* quidem: at dies multos *Troia fumat*. Fumi duratio praeſens, ac diuturna ingentem calamitatem indicat. Et Priſcianus cum loco non vno docuiſſet *Fumat* ibi eſſe praeteritum pro *Fumauit* (a quo iudicij labes ad alios correpſit) libro tamen ſeptimo ac decimo obliuione, ϗ ἀβλεψία, vel ſeipſo doctior ita recinit. *Cecidit eſt praeteriti: Fumat autem, & Agnnur, & Molimur praeſentis.* Credo tamen Donato *Exiſtimat* pro *Exiſtimauit* poſitum Terentio. *Audiſſe, Nôſſe, Amâſſe, Promôſſe*, paria, cum Accentum receptent in vltimam poene, eaque ſit porrecta, atque etiam ex Contractione proprie dicta ſit porrecta, Flexo notabuntur Apice: niſi quis ex orbe literato prorſus omnino Accentus eliminat.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT DECIMVM.

Pronominum, Aduerbiorum, Praepoſiturarum, Coniunctionum, Interiectionum Accentus.

QVINTILIANVS libri primi capite quinto ſcribere videtur eruditos quoſdam Grammaticos in Aduerbiis fere ſolis, ac Pronominibus vti Accentibus: in *caeteris vero legem ſequi*, hoc eſt, vt interpretor, Accentus non ſupermittere: vetus enim ea lex, ſeu Conſuetudo. Diomedes libro primo Aduerbia a nominibus, pronominibus, verbis, praepoſitionibus, coniunctionibus, interiectionibus diſcernit Accentu. Priſcian. lib. 13. nota eſt: *Sciendum, quod omnia Pronomina apud Latinos abſoluta ſunt, & tam praepoſitiua, quam ſubiunctiua, rectiq; Accentus, hoc eſt, ὀρθοτονούμενα.*

Idem Priſcianus: *Deinde, Subinde, Perinde, Exinde, Proinde, quae omnia antepaenultimam habent Accentu Acuto: vel quia per adiectionem habent De, vt quibuſdam videtur: vel magis, quia praepoſitiones ſeparatae grauantur: vel vt coniunctae eſſe oſtendantur, Acutum in his adſumſerunt Accentum. Quomodo & Coniunctio Si, & Ne Aduerbium cum praeponuntur Quando, vt Siquando, Nequando. Nam Aliquando differentiae cauſa ad Aliquanto, quod conſimilem ſonum habere videtur, acuit poenultimam.* Haec libro 15.

ITA'QVE Aduerbium: *I'taque* Coniunctio, Priſcian libro de Accentibus.

NE *Acuto Accentu elatum recipit imperatiua veluti Ne fac. Quoties vero Graui Accentu, pro eo, quod eſt apud Graecos Μὴ accipitur, optatiua recipit. Vt apud Horatium: Ne facias, quod.* Ita Diomedes libro primo, Chariſius lib. 2.

PONE, inquit Feſtus, Graui ſono antiqui vtebantur pro loci ſignificatione. Item Seruius ibi Aen. 2. *Pone ſubit: Pone Aduerbium eſt*, inquit, *atque ideo vltima ſillaba habet Accentum.* In librum tertium pro cauſa ponit diſtinctum ab imperatiuo. Idem praeſcribit lib. 1. Diomedes, Priſcian. lib. 8. Donatus Editione prima, Max. Victorinus.

PROPTER *eſt ſpelunca conuerſa ad Aquilonem*, Verrina ſexta cum Accentu Graui ſcribitur nouiſſima ſillaba in Libris vulgariis.

QVANDO Graui Accentu coniunctionibus ratiocinatiuis apponit Chariſius lib. 2. Idem ibidem:

VBI interrogatiuum poenultimam acuit: *Vbi eſt Pamphilus?* Relatiuum grauatur Aen. 1.

Saeuus vbi Aeacidae telo iacet Hector, vbi ingens
Sarpedon, vbi tot Simois correpta ſub vndis. Sic Priſcianus lib. 15 Sic *Vnde, Qua*, talia.

VT recipit finitiua Accentu Acuto elatum: effertur autem quoties pro eo accipitur, quod eſt *Quomodo*, vt apud Ciceronem: *Vt ſaltiuuit? immo vt contemſit?* Chariſ. lib. 2.

PRAEPOSITVRIS de ſic Priſcianus lib. 14. *Accentum habent Praepoſitiones Acutum in fine tam apud Graecos, quam apud Latinos, qui tamen cum aliis legendo in Grauem conuertitur, niſi praepoſtere proferantur. Quod Aeoles, quoque quamuis fugiant in fine Acutum, in hac parte ſolent ſeruare, quos in plerumq; ſecuti in hoc quoq; ſequimur. Cum vero praepoſtere ponuntur, monoſillabae Acuto: diſſyllabae poenultimo Acuto proferuntur: niſi aliqua differentia, vt praedictum eſt, impediat*, vt *Virgil. in 1. Aen.*

—— Maria omnia circum. Finalem enim acuimus ſillabam: ne ſi poenultimam acuamus, nomen vel aduerbium putetur eſſe. Aen. 7. —— Decus, imperiumq; Latini Te penes —— Idem ibidem iterum: *Praepoſitio quando per defectionem verborum profertur, generalem ſeruat Accentuum regulam, & ab Acuto incipit. Virgil Aen. 3. O mihi ſola mei ſuper Aſtyanactis imago. Terent. in Andria: Adeo modeſta, adeo venuſta, vt nihil ſupra. Et hoc ad ſimilitudinem Graecorum.* Homerus: Ἀλλ' ἔνι ὧ φρένες. &, πάρα δ' ἀνὴρ, & χαλεπὴ ὃ Θεῦ ἔπι μῆνις Eandem doctrinam videre eſt in Priſciani notis ad 1. Aen.

Donatus etiam in ſecunda Arte: *Separatae praepoſitiones in fine acuuntur: coniunctae vero caſibus aut loquelis vim ſuam ſaepe commutant, & Graues fiunt.* Cenſorinus vero planiſſime de his in libro de Accentibus.

ERGO Coniunctio, de qua Probus l. 1. Artis: *Haec ſane ſola coniunctio contra rationem Latinitatis vltimam ſillabam circumflectit.* Donatus Edit. 1. negat vltimam apud Latinos circumflecti praeterquam in *Ergo*. Tantundem Max. Victorinus.

INTERIECTIONVM *Accentus* clamat *incertos* in Grammatica Alcuinus, & pro *Affectus qualitate longius, inquit, vel breuius, acutius, vel grauius incondita voce proferuntur.* Donatus Editione prima: *In Interiectionibus & in peregrinis verbis, & in barbaris nominibus nulli certi ſunt Accentus.* Et hoc peroptime Priſciani iudicio docuit Donatus, *quippe cum & abſcondita voce*, inquit, *id eſt, non plane expreſſa proferantur, & pro affectus commoti qualitate confundantur in eis Accentus.*

PRO

PRO˜ *Interiectionis loco ponitur, & circumflectitur, vt Salluſtius in Catil.*: *Prô deum, atque hominum fidem!* Priſc. l. 18. At cum H, & Accentu ſcribitur apud Lucretium.
— *Proh diuum numina ſancta.* I ad ipſam ſeriem in *Proh.* Similiter Ah, Vah.

Accentus Tranſlatio.

VT Graecis πλησίος, παραπλήσιος: *Virilluſtris, Virdéuotus, Virmagníficus, Virſpectábilis, quae omnia ideo compoſita accipimus: quia ſub vno Accentu pronuntiantur.* Verba ſunt Priſciani in lib. 1. Virgilij, cuſi in 3. Aen. *Reſuxória, vt Reſpública* ſcribitur, dicitur. Donatus Editione prima *Beneſánus*: Chariſius *Sacránia*, quo de ampliter in ſerie ipſa verborum. Alij *Praefectúſfabrum, Iuriscónſultus.* I ad Gellium lib. 7. cap. 7.

De Praepoſitionibus Priſcianus lib. 13. *Quando autem ordinem mutant, mutant etiam Accentum, niſi differentia prohibeat. Quod etiam Coniunctiones apud Latinos praepoſitiuae, vel communes ſi poſtponantur facere ſolent. Vt, Igitur, Quoniam, Saltem. Praepoſitae enim grauantur omnibus ſillabis: poſtpoſitae autem acuuntur in principio.* Chariſius l. 2. *Ante, Poſt, Penes, Inter nunc praeponuntur caſibus, nunc mutato Accentu ſubiunguntur, vt: Ante illum, Illam ante.* Priſcian. lib. 14. *Nec mirum Accentum, vel ordinem differentiam facere Praepoſitionibus, & Aduerbijs: quamuis eaſdem habeant ſillabas: cum hoc in alijs quoq; partibus inueniatur, vt Pone verbum, & Aduerbium, ſiue Praepoſitio, Accentu diſcernitur. Similiter Verum Coniunctio eſt, & Nomen. Siue Praepoſitio eſt, & Verbum. Ergo cauſalis, & rationalis eſt Coniunctio.*

Verum vniuerſa haec proſtrata ſunt in anteriori examine, & cenſura. Rectiſſime enim Priſcianus lib. 2. *Igitur non aliter poſſunt diſcerni a ſe partes orationis, niſi vniuscuiuſq; proprietatis ſignificationem attendamus.* Alij Accentuum impreſſione puerorum ſe tarditati putant conſulere, erroris occaſionem euitare, vulgatae Conſuetudini ſuffragari. Lipſius etiam decus, & laudem ex eo petere ſe profitebatur. Vtut ſit de Antiquitate, conſtat eam rudiorum rationem habuiſſe nullam: ſe ipſam conata eſt exprimere: exiſtimatumque eſt apud pleroſque quo quid eſſet antiquius, hoc melius. Quid quod a rudiorum captu abire quam longiſſime ſumma contentione viſa ſit Antiquitas?

CAPVT VNDECIMVM.

De Accentuum Latinorum Pronuntiatione.

PAVCA omnino Latinorum ſunt vocabula, quibus ritu probo, ac more literato Accentuum faſtigia imponas, eaq; certis legibus, quae fere ex iunctarum ſillabarum modo eliciuntur, vt ex Fabij libro primo declaratum eſt. Verum age impoſita Faſtigia pronunciabis? Decore. euge. Quo ſono, ſeu Tono capite ſexto paucis verbis, at ſufficientibus indictum eſt. Neque quemquam turbet, quod Accentum cum ſillabae modo, ſeu quantitate videmur confundere: non confundimus, ſed forte ſit, vt idem Accentus longam inſideat, cumque eius quantitate concurrat.

Quemadmodum etiam cum breui, quam cum inſidet, tollit ore quidem; quantitatem tamen relinquit incolumem, & inuiolatam. Exempla: *Valérius, Mercúrius, Vaníloquus* Accentum vocis poſcunt in ſecunda, ſiue vt numerant in tertia ab extrema. Ex his obliqui *Valérij, Valério; Mercúrij, Mercúrio.* Sic & caſus vocatiuus in eadem ſillaba *Valéri, Mercúri.* Idque lege & bene morato more, quod non concoquit Lipſius c. 21. de Pronunciatione L. L. Nos, inquam, iſta non confundimus: Diomedes videtur Accentus, & quantitatis rationem conturbaſſe, apud quem iſta lib. 2. *Inueniuntur autem quaedam nomina ὁμώνυμα, alia participijs, alia verbis ſimilia, alia quoq; aduerbijs, de quibus quid dici poteſt, niſi quod Accentus ſit arbiter diſcernens vtriuſq; ſignificatus differentiā? Sicut Parens, obſequens ſignificat: intelligitur & pater, &c. Quoties vero, inquam, participium ſignificat, primam ſillabam producimus, vt eſt Virgilianus ille: Iamq; ibat dicto parens — Eandem vero in altera ſignificatione corripimus, vt eſt: Alma parens.* En tibi differentiam Accentuum differentia quantitatis explicatam Diomedis l. 2. Et Priſcianus cum librum integrum de Accentibus conſcripſerit, totus poene conſumitur in quantitatis ratione aperienda. Confundit & Max. Victorinus: *Accentus eſt vniuſcuiuſq; ſillabae pronunciandae in ſono qualitas*: nam Accentus *vnius* eſt in vnica dictione ſillabae modulatio, non *Vniuſcuiuſq;*. Idem Beda, qui libro de Metrica ratione Accentum ſecat in *Correptum, & Productum.* Similiter Marius Vict. *Nam parente natura*, inquit, *omnis vox ſub duorum Accentuum ſono ore mortalium promitur, producto ſcilicet, aut correpto: ex quibus alter extenditur, alter contrahitur.* Confundit, & Gellius l. 4. c. 7.

Verum

Verum Accentus ſimul cum quantitate diligenter, & attente obſeruandus eſt in carmine, ita vt vtrumque conemur effari. Huius diligentiae laudatus eſt Auſonio epiſtola 19. Pontius Paulinus: *Haec tu quam perite, & concinne, quam modulate, & dulciter: ita iuxta naturam Romanorum Accentuum enunciaſti; vt tamen veris ac primigeniis vocibus ſua Faſtigia non perirent.* De eius verſibus ſermo eſt. Hoc diſertum ſeruare, arduum: vt non iniuria dixerit Quintilianus cap. 5. *difficiliorem obſeruationem eſſe per Tenores*, praeſertim Latinitate iam profligata, exteriſque cognitiore, quam Latinis. Libro autem 12. cap. 11. *Accentus quoq́, cum rigore quodam, tum ſimilitudine ipſa minus ſuaues habemus, quia vltima ſillaba nec Acuta vnquam excitatur, nec Flexa circumducitur: ſed in Grauem, vel duas Graues cadit ſemper*, proſodias ſcilicet.

Ex eo autem quod pronuncietur Accentus etiam breuem inſidens, vim quandoque affert breui, eamque leni tormento intendit apud Graecos, & Romanos. Ita ſenſit, ſcripſitque Hephaeſtion cum ſuo Scholiaſte: ita Euſtathius Iliados M.

Τρῶες δ' ἐῤῥίγησαν, ἐπεὶ ἴδον αἰόλον ὄφιν.
Troës viſo maculoſo ſerpente diriguerunt.

Quod Poëtam feciſſe εὐφωνίας μᾶλλον, ἢ μέτρȣ φροντίζοντα teſtatur. In procliui namque fuit ſcribere —— Ἐπεὶ ὄφιν αἰόλον εἶδον. Ita Euſtathius, quem vide Odyſſ. γ. pag. 123. editionis Frobenianae. Sic Arriani lib. 3. cap. 10 legas

Δεινὰ μὲν ῥέξας, ἐπιπλήσσεο· χρηστὰ δὲ, τέρπȣ.
Siquid factum male, increpita: ſiquid recte, gaude.

Latinorum veteres, eorumque nepotes idem auſi. Lucret. lib. 6:

Fit quoque vt in magnas aquae, vaſtaſq́, lacunas.

Ibidem: *Quae calidum faciunt aquae, tactum, atque ſaporem.*

Alij *Vaporem*. Alij incogitantes Accentus *Acuae* ſcribunt ἀρχαϊκῶς. Ita ſcriptor in Titium p. 129. lib. 6. vt *Relicuum*. Sed & plurium eſſe poteſt ſillabarum, & per Q ſcribi. Vel. Longus in Orthographia: *Aquam quoq́ per Q Aquam ſcribentes*, nomen oſtendimus, & triſillabum. Agnoſcit in Lucretio & Beda *Aqua* cap. 18. de Metris, & correctior a Putſchio literatiſſimo editio: nonnulli etſi Libri *Laticis*. Haec ſunt; niſi forte ſimpliciſſimi elementi nomen compoſitum dixeris cum Feſto A *qua iuuamur*. Non & terra eſt A *qua iuuamur*? Dic potius cum iocoſo potore: *Aqua* eſt, *a qua* longe fugiendum. Nam:

Nulla placere diu, nec viuere carmina poſſunt
Quae ſcribuntur aquae potoribus ——

CAPVT DVODECIMVM.

Spiritus nota.

TRYPHON Alexandrinus περὶ πνευμάτων, καὶ τρόπων ſcripſit. Suidas. Phocas item Grammaticus *de Adſpiratione* librum edidit, vti Pontanus, item Eutyches nobis lectus. Spiritus autem, cum ſit omnino duplex *Lenis*, *Aſper*, ſeu *Denſus*, varia ſortitur vocabula. Phocas *Pſilam* vocat, & *Inadſpirationem*. *Pſilen* notam Remmius Palaemon *Exilem* vocat. Grillus vero ad Virgilium de Accentibus ſcribens *Lenem* nominat. *Daſiam* Grillus *Flatilem*.

Leuem qui demſere, non animaduerterunt denſam ſic dici, quod in eo amplius *pulmo animae praelargus anhelet*, & in *Leui* parcius. Vt enim nebula anguſtior citius euadit, & in ſublime nititur: ſic Spiritus tenuis, quem vocant. Quare Fabius lib. 1. cap. 4. *Praeter illam adſpirationis* [notam:] *quae ſi neceſſaria eſt; etiam contrariam ſibi poſcit*. Olim porro apud Athenienſes, ac Romanos *Aſper* hac nota ſignabatur H. Vbi vero non tantum ſpiritus efflabatur ⊣, vt dimidium quaſi flatus dimidiatam haberet notam. Vſus vero poſtea tenuit, vt ſecta haec nota adſpirandi ſignum exhiberet dextra ſui parte ſic ⊢: ſiniſtra autem, quae contraria eſſet, contrariam quoque ſignaret ſic ⊣. Neque iam inter literas: ſed tamquam apex literis imponeretur. Mox ad celeriorem motum anguli illi, vt in aliis multis, hebetati, reductaeque notulae in compares ſemicirculos dextrum laeuumque ſic ʽ ʼ.

Veteribus Latinorum Denſi ſpiritus nullus olim vſus accepto ab Aeolibus more quorum ſunt Υ῞μμες, Υ῞μμι: poſt coepta nonnullis, apprimi Adſpirandi nota. Sed *parciſſime ea veteres vſi*, inquit lib. 1. cap. 5. Fabius, *etiam in vocalibus, cum Oedos, Ircoſque dicebant*. Et illa Antiquitatis charactere ſcripta ſunt *Vmus*, *Olus*. Apud Magnonem ⚹ M. TERMAE TM. DD. TERMAE DEDICATAE. Apud eundem: YMN. HYMNVM.

Et Feſtus cur Deus cum ex Θεός oriatur, adſpiratione careat, rationem confert hanc: *Adſpiratione dempta: qui mos antiquis noſtris frequens erat.*

Quaedam perpetuo abſque ea nota duravere. Sic *Ariſtippus*, *Leucippe* daſeam amittunt e medio. Sic *Auſter*, *& Auris ab Hauriendo*. *Aemilius*, cui ab Origine debita erat Adſpiratio. Pompeius: *Aimiliam gentem appellatam dicunt a Mamerco Pythagorae philoſophi filio, cui propter vnicam humanitatem, cognomen fuit Aemilij*. Tantundem Plutarchus. Etiam Graeci videntur huic non adſpirare nomini. Polyb. lib. 2. Λεύκιον Αἰμίλιον ὕπατον. Homerus adſpirate in epitheto Odyſſ. α.

—— Αἱμυλίοισι λόγοισι Θέλγει ——

Blandis ſermonibus mulcebat.

Diu deinde ſeruatum ne conſonantibus adſpiraretur, vt in Graccis, & Triumpis. Vox eſt Fabij in ante, cui additur:

Erupit breui tempore nimius vſus, vt Choronae, Chenturiones, Praechones adhuc quibuſdam Inſcriptionibus maneant. Quae nimia adſpirandi crebritas incurrit in aculeum Catulli:

Chommodo dicebat, ſiquando Commoda vellet
Dicere, & Hinſidias Arrius Inſidias
Et tum mirifice ſperabat ſe eſſe locutum,
Cum quantum poterat, dixerat Hinſidias
Credo ſic mater, ſic liber auunculus eius,
Sic maternus auus dixerat, atque auia.
Hoc miſſo in Syriam requierunt omnibus aures:
Audibant eadem haec leniter, & leuiter.
Nec ſibi poſtilla metuebant talia verba,
Cum ſubito affertur nuncius horribilis
Ionios fluctus, poſtquam illic Arrius iſſet,
Iam non Ionios eſſe; ſed Hionios.

Merito igitur illa eſt Nigidij in Commentariis Grammaticis cenſura: *Ruſticus fit ſermo, ſi adſpires perperam.* Neque quidquam helluonem magis redolet, aut barbariſmum, quam e gutture inflare aduerſus eum, quicum loquare.

Graecis quoq; ſingularem, & accuratam fuiſſe harum Notularum curam indicant haec a Sexto Empirico lecta lib. 1. cap. 3. aduerſus Mathematicos: Πῶς ἀναγνωστέον παρὰ Πλάτωνι Ἠ δ᾽ ὅς λέξιν πότερον ψιλῶς ἐκφέρεται τὴν πρώτην συλλαβὴν, ἢ δασέως· ἢ τὴν μὲν πρώτην ψιλῶς, τὴν δὲ δευτέραν δασέως· ἢ ἀμφοτέρας ψιλῶς, ἢ ἐναλλάξ. Haec ſunt: *Quomodo legenda apud Platonem dictio* Ἠ δ᾽ ὅς, *An tenuiter efferatur prima ſillaba, an adſpirate: An prima quidem tenuiter, ſecunda autem adſpirate: An ambae tenuiter, an contra.*

CAPVT DECIMVM-TERTIVM.

Spiritus prima ſedes.

VTERQVE Spiritus cunctis ſonoris praeſidet. Exempla de Aſpero ſuppeditat Terentianus:

Vna nam ſpiramen addit omnibus vocalibus:
Haſta quando, & Hedera dicis, Hiſter, Hoſpes, atque Humus.

Adde *Hymnos*, & quas *Hyadas Graius ab imbre vocat*, *Hylax*, *Hydaſpes*, *Hyrtacus*, *Hydra*, *Hybla*. Semper enim τὸ Υ principiale poſcit aſpirari. Quod cur fiat, minime videre ſe Cornutus apud Caſſiodorum profitetur. *Ipſa enim*, inquit, *per ſe adſpiratiua eſt, & in quocumq; vocabulo primum locum habuerit, adſpiratur Yacinthus, Yllus, Ymettus. Et tanto magis adſpiratio addenda non eſt, quanto apud Latinos vocabula non ſunt hac litera notata.* Haec Cornutus. Verum haec aduerſis inter ſe cornibus colliduntur. Quid enim? H non eſt praelatis nominibus praeiicienda. Cur? Quia Y *adſpiratiua eſt*. Refero: *Adſpiratiua eſt*: Aſpero ergo notanda Spiritu.

Atque etiam Y exemplo volunt alij I ſimplex ſubeunte R aſperari. Nec diſtingunt hilum. Sic Eutycheti viſum, & Phocae libro de Adſpiratione, cui ſcribitur *Hirpinus*. Quo ſuper dubito. Nam Graecis eſt Ἵρποι. Item Latinis, Maroni —— *Aetolus, & Arpi*. Agroetio: *Ex Irpinis*. Vide Strabonem, & noſtra Siliana.

Fateor in his Vſu id eſſe receptiſſimum, *Hircus, Hirudo, Hirundo, Hir, Hira, Hirquitallire*, Cenſorino, *Hirnea* Plauto, *Hirtus, Hirſutus*. Sed id fallit in Latinis aeque, ac Graecis. Leniter enim audiunt iſta: *Irrio, Irritus, Irene, Irus, Iris, Irruo, Irrumpo, Irrauſi*.

Haſta Terentiano ſcribitur. recte ex antiquo Vſu, ait Pierius: licet in Longobardico Maronis Libro ſit leniter: *Et folijs lentas intexere mollibus aſtas*.

Vt autem Vocalibus ſolitariis Spiritus praevolat: ſic compoſitis, *Haurio, Heautetes* Plauto, *Hei, Haereo, Hoedus* & appellatiuum, & *Aſdrubalis* cognomentum apud Liuium.

Halteres, Haue, Hedera, Holus, Hister, Humus ſua quaeque in ſerie ſingulatim vide.

HEREMVS ſcribit Priſcianus libro 17. ſicut *Habeo, Hircus, Homo*. Aduerſatur vniuerſa Graecia, cui Ὁ, καὶ ἡ ἔρημος: ipſeque Priſcianus nullis Auctorum copiis, nulla diſcipulorum clientela ſtipatus id prodidit.

HIBISCVS habent, quae viderim, Maronis Exemplaria: quibuſdam Adſpiratione detrita ineſſe *Ibiſcus*; quinetiam mutata vocali *Ebiſcus* tradit Erythraeus.

HVLVLO, HVLVLA ab Adſpiratione aures ingrediuntur, ſiqua Pontano fides: *illis enim*, inquit, *haeret naturaliter*. Sed *Vlulare* videtur ortum a deflentibus omnia peſſum iiſſe, omnia perditiſſima, ac ſi dicant Ὀλολύω, *Omnia perdo*. At, nequid diſſimilem Adſpiratio in iis voculis Conſuetudine refrixit, atque adeo tota periit Erythraei, meoque & vulgi ſenſu. *Vlulae* autem appellatio a verbo eſt, & poſterior, imitatrixque vocis lugentium, ac deplorantium vaſtitatem, vel orbitatem. Alij per onomatopoeiam *Vlulo, Vlula*.

Dicto, quibus Adſpiratio vocalibus praeponatur, aut bivocalibus, poſtponi conſonantibus C, P, T, *Chriſtus, Pharus, Thunnus*, paſſim notum eſt. Item literae R, *Rhetor*: hanc licet aſperari vocem non ſatis probet Cornutus. Atque etiam ſimulant dubitare ſe doctiores *Rhetor*, an *Hretor* Spiritu ante R compoſito ſcribendum ſit. Vt quaeſtioni colorem addant, afferunt veteres Adſpirationis loco B poſuiſſe, ac praepoſuiſſe, ſcripto *Bretor*. Ita profecto Graeci Ῥόδον, Βρόδον, Βροτοὶ pro Ῥυτοὶ, *Fluxi Mortales*: ergo cuius vices gerit, videtur locum cum dignitate vindicare. Praeterea R nulli conſonantium anteponi poteſt: ergo neque & H, quae vel conſonans eſt, vel conſonae, aut ſemiſonorae habetur loco.

Poteſt & illud augere dubitationem excogitaturos fuiſſe Graecos aliquam notam, qua concretam, & adſpirationis & literae Ρ poteſtatem ſignificarent, ſicuti ſunt complexi alia tria Θ, Χ, Φ. Sed notula impoſita ipſi Ρ oſtenderunt eundem vſum Adſpirationis in eo fuiſſe, qui & in vocalibus intelligeretur. Contra tamen Latini etiam in vetuſtis Monimentis poſtpoſuere. Cauſa autem adſpirandi fuit ſoni volubilitas, atque vibratio. In omni autem vibratione recipitur aër per intervalla: quare intra ipſum potius elementum Adſpiratio ipſa, quam praepoſita percipiatur. Latine autem ſi *Rhetor* demas, vix in vllis vocibus eam Adſpirationem admiſſam, ne quidem in voce *Roma, Romulus*, circumſpecte ſcribit I. Scaliger. Priſcianus iſta libro ſexto diſputat: *Rhamnes, Rhamnetis, & Rhamnis quod Graecum eſſe oſtendit Adſpiratio poſt R poſita, quod in Latinis nominibus non fit*. Varro tamen ſua auctoritate voluit efficere, vt H prius ponatur ea litera, quae Adſpirationem confert, quem confutat apud Caſſiodorum Cornutus pagina 2285. 2286.

DVBITARI quoque poteſt anne in Ch, Ph, Th, Χ, Φ, Θ, Adſpiratio conſonantem afficiat, an vocalem? Videtur enim cum his conſonantibus H coaluiſſe: quod haud ita eſſe perſeverat Scaliger.

Flatus enim craſſitudo (*Flatum* pro *Spiritu* recte dixeris, vt *Afflatum* Varro lib. 3. de R R. cap. I.) antecedit vocalem, non ſequitur: ſic Ὕστερον: ergo cum praeponitur conſonans ad compoſitionem, idem Flatus eiuſdem elementi eſt πρωθύστερον; non autem conſonantis, niſi quatenus ex ea, & adſpirata vocali vna ſillaba fit. At Scaligeri ratio quaeſitior eſt, quam penſior. Quid enim dicas, vbi geminantur aſperae conſonae Τετύφθαι, Ακλίχθαι, Αχθος, Νάφθα, quid de ſimilibus? Φ, & Χ pertinent ad inſequentem ſillabam, an etiam vis adſpirandi ad ſubeuntem vocalem pertinet, vel interiecta conſonante eiuſdem ſortis? Specta deinde, ac contemplare Θ, Χ, Φ ſeorſas literas, non ipſae ſecum Spiritum denſiorem habent? Aliter igitur dicendum Flatum non ferri in vocalem ſociam, niſi qua conſona eam afflat. Expreſſius id cernere eſt in Graecis πάντα ὅσα: vtere Apoſtropho, ſcribes πάνθ᾽ ὅσα, vbi ſi Θ proprio Flatu deſtituitur, ſi eius Flatus ad comitantem vocalem defertur, ὅσα geminum Flatum obtinebit etiam primario iure, quo quid ineptius? Quid quod veteres, vt e Cicerone, Fabio, Gellioque

notum

Digitized by Google

notum eſt, *Sepulchrum*, *Lachrymas*, *Pulchrum* dixere? Qua vi potuit in his tribus Adſpiratio ſubeuntem vocalem afflare, cum R interimeet? Ita omnis nouitas merito ſemper ſuſpecta fuit atque odioſa. Ego, quod poſſum, trita feror orbita.

CAPVT DECIMVM-QVARTVM.

Spiritus ſecunda ſedes voce in media, aut in finalitate.

H *Literam, (ſiue illam Spiritum magis, quam literam dici oportet) inſerebant veteres noſtri plerisq; vocibus firmandis, roborandisq;: vt ſonus earum eſſet viridior, vegetiorq;. Atque id videntur feciſſe ſtudio, & exemplo linguae Atticae. Satis notum eſt Atticos ἰχθὺν ἱερὸν, multa itidem alia citra morem gentium Graeciae caeterarum inſpirantes primas literas dixiſſe. Sic Lachrymas, ſic Sepulchrum, ſic Ahenum, ſic Vehemens, ſic Inchoare, ſic Helluari, ſic Hallucinari, ſic Honera, ſic Honuſtum. In his enim verbis omnibus literae, ſeu Spiritus iſtius nulla ratio viſa eſt, niſi vt firmitas, & vigor vocis, quaſi quibuſdam neruis additis intenderetur.* Haec Gellius lib.2.cap.3. qui cum veteres *dixiſſe* ſcribit, inſinuat dici deſitum, in plerisque horum, ſuis vt opportune locis vnumquodque excuſſimus. Puta *Lacrymas*, *Sepulcrum*, ſaltem *Onera*, *Onuſtum*. *Pulcer*, *Lurco*, *Orcus*, *Aenum*, *Incoare*, vide in ipſam ſeriem. Eodem ducit Fabius lib.1.cap.5. damnato nimio adſpirandi vſu: *Inde*, inquit, *durat ad nos vſque Vehementer, & Comprehendere, & Mihi: nam Mehe quoque pro Me apud antiquos praecipue tragoediarum ſcriptores in veteribus libris inuenimus.*

Nota Vſus tyrannide *Mihi* ex priſcis illis, obſoletisq; reliquum factum: *Mehe* periiſſe: maxima licet cognatione teneantur. Adeo non mirandum *Vehemens*, *Comprehendere*, *Helluari*, *Hallucinari* ſupereſſe: obliteratam adſpirationem in *Lacrymis*, *Sepulcro*, *Orco*, *Lurcone*, *Praecone*. Vſus ſic imperat. Porro ex illa Spiritus interiunctione liquet etiam recte ſcribi *Euhoe*, vel *Euhoë*, binis, ternisve ſillabis; quod probari nequitum eſt a multijugae lectionis viris Pierio, atque Erythraeo commentantibus in Virgilium. Nam cum bacchantium ſit exclamatio Εὐοῖ, Σαβοῖ, vt pluribus in Silianis noſtris reteximus: ea eſt ex Εὖ, & οἱ conſtituta, quae [illegible] ſunt, vt tamen viridioris ſoni ergo Adſpiratio veteri more retenta ſit, vt in Ταῶς. Argiuis [illegible], Laconibus, Pamphyliis, Eretrienſibus Μωᾶ, pro Μοῦσα, Ποιῆαι, pro Ποιῆσαι, Πᾶἁ pro Πᾶσα ſcribebatur. Vide, quae primis fere huius Operis paginis ſuper hac voce paucis eo conſilio praeſtruximus, vt hunc ornaremus locum. Vt tamen diſyllabum *Euoe* ſit acceptius, facit Origo compoſitionis duabus ſillabis ſeorſis in duas compoſitas confluentibus facit tantorum virorum auctoritas, & veterum teſtimonia. Horatius 2. Carm.

Euoe recenti mens trepidat metu.
Idem: *Euoe Bacche pater* ——
Catull. *Euoe bacchantes, Euoe capita inflectentes.*

Cur ergo non Maronis 7. *Euoe Bacche fremens?* —— Nec deſunt, qui initiali vocali adſpirent *Heuboe*. Atque vt perbaccheris, dic, ſi Baccho placet, *Heuhohe*: ſic Baccham ex inſana inſaniorem facies. Ennius in Athamante:

His erat in ore Bromius, hic Bacchus pater,
Illis Lyaeus vitis inuentor ſacrae,
Tum pariter Euan, euhoe, euhoe, huius,
Ignotus iuuenum coetus alterna vice
Inibat alacris, Bacchico inſultans modo.

Additamenti vicem eſto H finientem vocalem excipere, non ſine vi, & decoro in nonnullis Interiectionibus *Ah*, ſeu *Hah Vah*. Ita Priſcianus lib.1.& 2 ſunt enim ex diſcidio *Aha*, *Vaha*. Cum decoro, inquam: Adſpiratio namque explicat ſuſpiria, affectus, rei molem. Nec obſtat denegatum fini Denſum veterum opinamento: quid enim ſenſerunt agreſtes Opici melioribus ſeculis aliter ſcribentibus, & pronuntiantibus nihil intereſt.

Similiter autem vehementius ferit *Proh*, & *Oh*, quam *Pro*, *O*, *Ah virgo infelix!* —— *Proh Iupiter ibit! Proh ſcelus!*

A ſilice in nuda, abſque Denſo Ecloga Maronis prima habet Romanus Codex, & Mediceus: itaque ſcribendum Probi fuit ſententia: non mea.

V 2 CAPVT

CAPVT DECIMVM-QVINTVM.

Diaereſis, Synaereſis, ſeu Synaloepha.

DIAERESIM Graeci, Latiniqúe dicunt punctorum notulas duabus vocalibus ſeorſum ſua ſponte conſtantibus, vel in vnum alioqui coibilibus licet iam ab invicem diſſilientibus ſuper-impoſitas. Notulae igitur cum ipſa ſectione nomen idem nactae ſunt. Quintilianus lib.1.cap.5. affert in Exemplum *Europaï*. Sic Maronis *Aulaï*, Lucretij *Terraï frugiferaï, Lunaï, Flammaï, Materiaï* Item *Hexaëmeron, Aeneu, Poëſis, Coëo, Minoe, Coſroës, ſeu Coſdroës, Laïs, Thaïs, Naïs, Beröe, Callirrhöe, Meröe, Paſiphaë*. Adde Catullianum:

Verboſa gäudet Venus loquela.

Reïce capellas: eſt enim triſyllabum, vt poſt videbitur. *Eï* tertij caſus decurtatum eſt ex antiquo *Eij* Lucretij lib 5. Ibidem: *Diſcedere, diſſoluïq́.*

Iulus, Iülius, Ἴυλος. Ovidius:

Et tot Iüleae nobilitatis avos.

Errant autem, ſtupideque falluntur, qui nouam diaereſim cudunt in *Halicarnäſſem, Tydeu, &* ſimilibus *Achilleus* etiam trium eſt ſillabarum Epiſt. 6. libri ad Brutum. Panſae medicus fuit. Minyëus quatuor lib.4. Plinij cap 8. *In Theſſalia autem Orchomenus, Minyeus antea dictus.* Certum ex Homero Ὀρχόμενον Μινύειον. Stephanus in voce Κὰρ, Διαίρεσιν appellitat Οἴσμαι, Ὀ ἴον, Ὀ ἴδα, πάϊ, Αἰολεῖδσιν. Idem cum ex Charace produxiſſet Ὠρείτας τρισυλλάβως, iiſdem literis τετρασυλλάβως ex Apollodoro οὐ διὰ τῆ ει διφθόγγυ, ἀλλὰ διὰ τῦ ε καὶ ι Ὠρείτας affert: Ὅτω καὶ τὴν τῶ Ὠρειτῶν νυκτὸς ἄιρῦσι πόλιν. Itaque rectius ſcribi retur. Cl. Rutilius lib.1. Itinerarij: *Circumſiſtentes repulit Harpyias: Harpyias quarum decerpitur vnguibus orbis.* Sic Τζαΐτζης apud Curopalaten. Sic apud Harpocrationem inepte ſcribitur Φάϋλος, pro Φαΰλλος. Nota ſunt enim Phaylli ſacrilegia ex Diodoro, Pauſania, Demoſthene, Libanio. *Poëpolis* quoque pro *Herbipolis* tetraſyllabum eſt.

SYNAERESIM dicunt aduerſam Diaereſi vocalium affectionem, cum vocales, quae natura divertuntur, in vnum com[illegible]nt, ac veluti conglutinantur: prius enim vtraeque velut *vnguntur*, hoc eſt, συναλείφονται. Notam haec affectio non neceſſario flagitat: nam cum plerumque ſemper verſus neceſſitate invehatur, modo, ſpatio, ac dimenſu carminis facile innoteſcit. Apud Varronem recitante Fabio:

Cum te flagranti deiectum fulmine Phaethon.

Debuerat fuiſſe *Phaëthon* ternis ſillabis. Sic lib.1.

Manilius: *Phaethontem patrio curru per ſigna volantem.*

Aen. 6. *Fixerit aeripedem cervam licet* ———

Pro *Aëripedem* inquit lib.17. Priſcianus. Alij χαλκόποδα volunt intelligi.

CAPVT DECIMVM-SEXTVM.

Sillabarum Conſtitutio, & Diuiſio Σύστασις, Διάστασις.

DE Diviſione Sillabarum ſcribit Caeſellius apud Caſſiodorum. Res haec autem anguſtior, quam cui ſe Auguſtus ſubmitteret, de quo Suetonius: *Non diuidit verba, nec ab extrema parte verſuum abundantes literas in alterum transfert: ſed ibidem ſtatim ſubijcit, circumducitq́.* Porro ſapientiae placitum eſt, quo cuiuſque conſtat eſſe, eo a quolibet altero diſſitum eſſe. Homo in eſſe hominis eo, quod eſt rationis participem eſſe. conſtituitur: eodem igitur ab omni alio diſſaepitur. Et ſillaba, quo ſe ſibi vindicat, eo a ſocia diſſaepitur. In vocibus ſimplicibus facilior ea diſiunctio: vocalis namque ante-eunti adnectitur conſonae, aut conſonis; ſi modo hae principales in aliqua voce conſociantur. *Italiam* hic, aut hic ſecari poſtulat verſus conditio? ſic ſecabis: I ,, TA ,, LI ,, AM. Quare in his ſimplicibus ſi ſillabae det initium vocalis, neceſſe eſt & antegreſſam vocali terminari. *Neſtor* in duo ſecabis ex Terentiani praeceptione:

Neſtoris

Neſtoris ſi forte nomen diuidendum incurrerit,
N & o verſus prioris obtinebunt extimum:
Sigma verſus inſequentis, atque Taſ exordium.

Caeteris ad eundem modum. *In ſimplicibus*, dixi nam *Comitium* in compoſitis eum tenorem rumpit, aliaque nonnulla, neque omnia: dicitur enim Columellae *Coaceſco*, Plauto in Curculione *Coaccedunt Minae*. Item *Conſpiro*: quia ab N S, P vox incipit nulla, nulla quoque incipiet ſillaba: ergo non ſecabis *Co-nſpiro*: ſed quia *Spatium* dicitur, & *Spiculum*, ſecabis ſic *Con-ſpiro*. Neque ideo proprie quaſi cauſa ſit: ſed hoc iudicio ſecandi via cognoſcitur, atque initur.

IN ABSCISSIS per medium vocibus, quas ſyncopen paſſas dicunt, non aequa facultas in multis.

Abſtraxe Lucretij lib. 3. ante conciſionem X neque praeeunti A iungebatur, neque ſubeunti E, ſed I in *Abſtraxiſſe*: verbi caede facta, vtri haerebit vocali? An vt A, & X finiunt vocem *Dicax, Fax, Mordax*: ita *Abſtrax* ſillabam? An vt *Xerampelinus* dicitur: ita ſecabis *Abſtra-xe*? Hoc fieri fas: alterum minime. Cur? quia in voce incolumi X ſeorſim ſcribenbum erat ab A ſic *Abſtra-xiſſe*: voce iam truncata, coniugium inibit X cum E. Non idem fiet ꝗ *Intellexti* l. 13. ad Atticum Epiſt. 32 *Luxſti* apud Catullum *Exſtinxti* ſecundae perſonae apud Maronem. Neque miſcemus Compoſita cum Simplicibus: nam hac diviſio quidem eſt in voce compoſita; ſed quatenus ſimplicem continet. Non idem, inquam, fiet: quia pugnat addita praeceptioni conditio: *Si modo* hae principiales in alia qua voce conſociantur: nulla namque vox a X, & conſona principium habet. Quare *Iux-ta* divides, non *Iu-xta*. Sic *Exta*.

Veteres Inſcriptiones ſegetem errorum dabunt. In ponte Salario *Vſ-que* ad: at *Squma* dicitur, & *Squilla*. Ad S. Luciae in ſilice:

DIS
MAGNIS
MATRI. DEVM. ETATTIDI. SE
XTILIVS. AGESILAVS

Vocem a XT orſam ignorat aeque cum Graecia matre Latium.

Romae in domo Caeſia: SILVANO. ET. HE
RCVLI

Apud Iſaram fluuium T. IVLI. SAT
VRNINI

Oſſonobae in Luſitania: EX. D
ECRETO

Sittardiae: BIVIIS. TRIVIIS. QV
ADRIVIIS

Aliaque millena, ac millena peccantur ab illiterato celo.

IN COMPOSITIS vocibus Diuiſio ad Orthographiae normam altioris eſt operae. Quintiliani regula l. 1. c. 7. *Eſt etiam in diuidendis verbis obſeruatio mediam literam conſonantem priori, an ſequenti ſillabae adiungas. Aruſpex enim, quia pars eius poſterior a Spectando eſt, S literam tertiae dabimus. Abſtemius, quia ex Abſtinentia temeti compoſita vox eſt, primae relinquetur.* Ex hoc Fabiano *praeſcripto* conſectarium eſt haec ita incidi: *Pit-uita, Et-iam*, adeoque vſus perpetui tenore, quae vocales fuerant V, & I, tranſire in naturam conſonarum, vt in ſimplicibus. Quae cum monſtroſiora ſint, aliter ſtatuendum eſt. Animadvertendum igitur cum ex duabus vocibus vna coït, non Accentum ſolum, ſed literarum quoque exigi cohaerentiam: neque enim ita pronuncies *Abactus* compoſitum, vt *Ab Actus* diſiuncta: hoc ſiquidem compoſiturae inimicum: quanam tandem pronunciatione efficietur, vt B a ſequenti vocali diſtrahatur? Non ergo ſeco *Aru-ſpex*: quia ſingulae partes compoſiti ſunt: ſed quia *Sp* nomen ordiri comperiuntur, *Speculum, Spectrum*. Similiter haut dubitem ſecare *Ab-ſtemius*: quia S vi compoſitionis adhaeſit ſequenti T; & ita ſecari ſuadent ſimiliter inchoatae dictiones *Stamen, Strues*. Sic *Ab-ſcondo Scalarum* iudicio. Mirum eſt Andream Brabantum (quisquis ille) ſic dividere *Reſ-pondeo*. Erratum duplex. Primum compoſitum perperam ſecat etiam in peruagata opinione, & Fabij doctrina. Deinde ſibi hanc cum impoſuiſſet regulam: Quaecumque conſonantes in initio dictionis connectuntur, in medio ſeiungi nequeunt: ſubiicio, *Sp* initio dictionis connectuntur *Sparus, Spes, Spiculum, Spolium, Spurius*, hoc eſt ante vocales omnes: conficio, Ergo ita ſecanda vox *Re-ſpondeo* in Brabanti opinione. Vlterius: ergo cum ita ſecat *Reſ-pondeo*, loquitur ſecum valide pugnantia. Quae vis vel ab imo excita tartaro frangat complexionem hanc? Probatur amplius, quod docemus,

vel

vel ex eorum opinione certa, qui cum Fabio ſentiunt. Nulla ſillaba aiunt Adſpiratione terminatur. Et vere aiunt ſi Interiectiones exemeris. Igitur in his Ταριχέμπορος, Ἔφηβος, *Ephebus*, Ἀφαίρεσις, Ἐφημερίδες, *Ephemerides*, Πενθημιμερὶς *Penthemimeris*, Χ, Φ, Θ, CH, PH, TH texentur cum ſubiecta vocali, ſi ſectione opus: alioqui in adſpiratam exiret ſillaba. Ex quibus conſequitur ſic iſta differri.

Soro ſapu apud D. Auguſtinum: licet ex Σορὸς, & Ἄπις, compoſitum: vt, Γλαυκῶπις.

Cyno ſura: licet compoſiti partes ſint Κυνὸς οὐρά.

Boo-ſura ſimiliter.

Boreo ſtoma Danubij os quoddam: quia *St*, vti productum, dictiones alias ordiuntur: Sic *I-ſte*, *Si-ſto*.

A-cne: *Cnidus* enim dicitur, & *Cneus*.

A-ctutum: iudicio eſt *Creſipho*. Sic *San-ctus*, *Helle-ſpontus* apud Mar. Victorinum lib. 3. *Labitur hinc Helleſpontus in oceanum* pag. 2561. Sic alia ſexcenta.

Robur iſtis mutuatur ab Homero Iliad. β.

Ἀνθρώπους τίνυσθον, ὅστις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ. *Homines puniunt*.

Vbi ſi ΣΤ non eodem pertinent, anteuertens O pro breui eſſe non poteſt. Sic apud Etymologum: Πώυγγες, αἱ ὄρνιθες, αἱ κληθεῖσαι Βώυγγες παρὰ τὴν βοὴν, καὶ λύχνον, τὴν λύγην. Si compoſiti particulatim diſtrahendi membra diſtrahes ſic Βο-υγγες, vbi tum ſedebit Accentus? Tamen compoſita ſecundum partes ſuas ſecanda eorum eſt oraculum.

BAVLOS ſecandi ecquae ratio? Graeci Βοαύλια: βοῶν artus diſcerpti ſunt a capite, nec paret niſi caput. Si Fabij canonem de compoſitis abiungendis amplectaris, ſic ſecueris *B-aulos*, ſimulque riſum merebere. Si nouam opinionem, quae partes in toto immerſas non ex toto avulſas conſiderat, *Bau-los*. Cui opinioni nouitatis maculam Colotes Epicureus eluit Plutarchi Tom. 3. διοριζόμενος μὴ μᾶλλον τὸ Δὲν, ἢ τὸ Μηδὲν εἶναι. Conſtata namque vox eſt ex Μηδὲ ἓν quare ſecundum Fabium ſic diſpeſcas: Μηδ' ἓν, non Μὴ δὲν. Enimvero tradita hoc capite doctrina vires accipiet maiores a priuarum vocum diſcretione: quas omnes vt enumerare ſuperfluum ſit, & otioſis ita nonnullas recenſere fuerit vtile, & cum cura ſcribentis; praeſertim vbi difficultas emergit.

CAPVT DECIMVM-SEPTIMVM.

Super priuis quibuſdam vocibus dirimendis diſquiſitio particularis.

CAPSIS conſtit ex *Cape ſi vis*. Hoc vult in Oratore ad Brutum M. Tullius: *Iam in vno Capſis tria verba ſunt*. Qui Quintiliano adhaerebit, ſic ſecabit *Capſ-is*. Nam compoſitum in partes ille compoſiti differt. Iuvabitur ſimili in aliis exitu. *Adeps*, *Inops*. Neque temere. Nam vt ſillabarum initia vocum initiis metimur: ita fines finibus. Idcirco vt ſillaba *St* poteſt inchoari ratione antedicta; poteſt eadem finiri: propterea quod vox etiam *St* finitur *Eſt*: ergo compoſitum *Iſthic* ſeca ſic *Iſt-hic*, & adſpira: *Illic* autem *Il-lic*: quia nulla vox ab vdagemina capit exordium: & quia L non eſt afflata in principio vocis vllius, neque erit in medio *Il-lic*. Verum intentiore cura adpoſitam ante regulam hac examinata re ſic dirimes *Ca-pſis*. P enim ad ſequentem pertinet in *Capio*, & S ſocia I deſtituta componi amat cum *Vu*, ſiue *I*. Eſt & altera coniectatio. Derogant hoc Tullio plerique recentiores, & idem volunt eſſe *Capſis* & *Ceperis*, vt 2. de Leg. *Si quis clepſit, rapſitve, pro Clepſerit, Rapuerit*. Sic in Epigrammate *Recerpſo* pro *Recepero* Catullo; *Iuſſo* pro *Iuſſero* Maroni, & Silio Italico; *Percepſo* pro *Percepero* Accio, aliaque id genus. Immo vero Fabius ipſe l. 1. c. 5. *Nam ex tribus noſtrae vtiq; linguae non conceſſerim: quamuis Capſis Cicero dicat compoſitum eſſe ex Cape, ſi vis*. Vix audet a Cicerone abire Fabius in hoc: ecquis alter eo confidentior?

HELLESPONTVS. Compoſitio membra ſunt *Helles*, & *Pontus*. In Cornelij Nepotis Timotheo ita non recte diditur *Helle-ſpontus*.

HIEMPSAL Salluſtij, ſi res popoſcerit, ſeca *Hiem-pſal*: nulla enim vox ab *Mpſ* ſumit initium, aut terminum. *Hyempſ* namque τ βαρβαρικωτάτων eſt.

IVRGO,

IVRGO, ſi compoſita ſectionem poſtulent in finalitate partis componentis ex vulgi ſcito, ſecandum ſic *I-urgo*. Siquidem componitur ex eo, quod eſt *Iure vrgeo*, teſte Eutyche lib. 2. Secabis autem ſic: *Iur-go*, quod Fabij praeceptioni aduerſatur.

MOPSVESTIA coaluit ex Μόψου ἑστία apud Cedrenum, & Ptolemaeum: fuit enim *Mopſi vatis domicilium quondam*, vt ſcribit Ammianus lib. 14. Eapropter ex opinione vulgari ſic diuidetur *Mopſu-eſtia*, & conſequum eſt vt ſcribatur *Mopſu-eſtenus*, *Mopſu-eſtienſis*; non *Mopſ-ueſtenus*, neque *Mopſ-ueſtienſis*. Opinionem alteram ſecutus aliter ſcribes.

NEGOTIVM obiicietur non ſine negotio: G enim inter ſecandum vtri haerebit vocali? Certum eſt confieri ex *Nec*. Verum & hoc decurtatum eſt ex *Neque*, in quo quando quidem Q connectatur cum V, & E, videtur G, quod ſubit vices τοῦ Q, cum iiſdem cohaeſurum, aut cum O poſito loco V, & E. Fabium ſi complecteris, ſecabis ſic *Neg-otium*. Sic & videtur ſecaturus fuiſſe Ter. Scaurus, qui *Negotium*, *Nec otium* putat. Neque refert, vt antedictum, cui vocali ante coitionem factam haeſerit G: illud refert, cui haerere debeat coïtione iam facta.

OBLIVISCOR ſi ſimplex, quia *Blandus* dicitur, *Blaeſus Blennus*, diuides ſic *O-bliuiſcor*. At Caeſellij doctrina haec: *Obliuiſcor non ſimplex; ſed compoſitum eſt. Compoſiti ſcilicet huius ſimplex latet in antiquis nominibus & Monimentis: Liuiſci enim Obliuiſci eſt: Liuitus, quod nos hodie per eliſionem Oblitus. Quod cum manifeſtum fuerit, pleniſſime quiuis intelliget in ſcriptura verbi huius diuiſionem Obliuiſcor.* Idem Caſſiodorus.

OBSOLEO ſic imperitis diuertitur, *Ob-ſo-le-o*. Sic e Priſciani libro nono diſciplinas *Obſ-o-le-o*. Eſt enim eo teſte compoſitum ex *Obs, & oleo*, non a *Soleo*. Cicero de imperio Cn. Pompeij: *Obſoleuit iam iſta ratio, re magis quam verbis refutata.* Noſtrates: *Stte put.* Idem in Verrem de Praetura Vrbana: *Vereor, ne haec cuipiam nimis antiqua, etiam obſoleta videantur*. Vacillat ergo Curij Valeriani praeceptio: *B, & S nunquam coniunctas inuenies: non enim poſſunt facere ſillabam.* Vides *Obs*, & *Obſoleo* de mente Priſciani: *Trabs, Abs*, omnium: *Coelebs* optime conſiliatorum. Sed haec per P Curius ſcribit, quem opinione ſua deiectum vide in ipſa Serie. Ceſellius: *Obſoleuit quidem S habet, ſed non ipſius verbi: verum praepoſitionis, quae eſt Obs: ſicut A, Ab, Abs, quaſi Aboleuit, id eſt, inueterauit, & obſorduit diuturnitate*. Idem Caſſiodorus, & Beda.

BLASPHEMIA. Σφάλω exemplo eſt concretionis τοῦ *Sphemia*. Compoſitionis autem ratio poſcere videtur ex quorundam ſententia *Blaſ-phemia*. Παρὰ τὸ βλάψαι τὴν φήμην.

PI-TV-I-TA vulgi iudicio, & docti Catulli.

Mucúſque, & mala pituita naſi:

Ex Fabij praeſcripto *Pit-uita*: hae namque partes, ex quibus compoſitio: Perſius adiuvat:

Somnia pituita qui purgatiſſima mittunt.

Auctor libri aduerſus Titium lib. 6. cap. 17. *Pituita triſyllabum eſt: ſed hec tu non capis*, inquit.

PO-STEA, an *Poſt-ea*? Nam ipſum *Poſt* compoſitioni debetur: eſt enim *Pone eſt*, *Pon'eſt*, *Poſt*. De animo noſtro *Po-ſtea*: de Fabij *Poſt-ea*: fuit enim ſeorſim *Poſt*, antequam cum τῷ *Ea* coiret.

PRODEO, REDEO D ad ſubeuntem vocalem agglutinari putat Pontanus l. 1. de Adſpiratione. Fors ad priorem ſillabam ex Competentia *Medcrga*, & *Tibid illuxiſſe*, ſi Mureto credimus. Sed aliter cum compoſitis agitur, & melius cum Pontano diſſocies.

REICE CAPELLAS docendi cauſa ſiquis diuidet *Rei-ce* ſcribit, an *Re-ice*? Modo poſteriori: nam alterum I depulſum eſt e ſecunda ſillaba: I ergo reliquum factum ejuſdem erit ſillabae. Eſſe autem triſillabum claret ex adiectiuo inde nato *Reiculus*.

SIREMPS, quaſi *Similis res ipſa*, Feſtus. Senecam Cuiacius emendat Epiſt. 92. *Siremps lex eſto*. In Agrariae legis reliquiis Patauij in Bibliotheca Bembi: DE. EO. AGRO. SIREMPS. LEX. ESTO. Itaque forte apud Chariſium legendum, non *Similiter lex eſto*. Neque enim M, P, S diſſeparari queunt: quia φωνηέντων χωρὶς οὐδὲν καθόλου τι γράφεται, inquit Lucianus in Iudicio Vocalium. Sed amabo quinque elementa vnam integrabunt ſillabam *Siremps*?

SVSPICIO cum ſit ex *Suſum* antiquo, pro *Surſum*, & *Specio*, quam in partem nouaculam indas? Si *Su-ſpicio*, quod reſponſu pronum, reclamabit aduerbium, ac ſibi ſtridorem perire queretur, tum etiam ſibilam literam, & ad *Suſpendium* provocabit in cauſa *Proportionis*; nec minus obtinere volent in *Suſpicione*, quam *Suſpendio*. Si *Suſ-picio*, *Specio* capitis deminutum erit: reſtaurari, ſtabiliri, reſtitui horum ipſorum inuocationibus contendet. Haec anceps ratio: non minus altera. *Suſum* in coalita voce nulla ſuo S deſtituitur: *Specio* in nulla ſimiliter. Diffiniendum igitur S hocce, reliquum ſitne ex *Suſum*, an prima in *Specio*. Sed hoc aeque dubium. Ex noſtro

Diaſtole.

DIASTOLE Notae ſuperiori aduerſa vi pollens Nota ſit, Latinis *Diſiunctio*, Priſciano libro 13. *Diſcretio*, quam libro de Accentibus contrariam dicit ὑφέν. Alias generatim Diaſtole eſt priſcis etiam *Diſtinctio* quaevis. Orig. Tom. 3. in Geneſim: παρὰ τὴν διαστολὴν τῶν στιγμῶν. Haec Diaſtole diſtanti pronunciatione iubet efferri, quae vnico tenore pronunciari, ſcribive potuiſſent. Trahunt in exemplum: —— *In litore conſpicitur, ſus.* At hoc ridiculum, vt in Accentuum tractatione planum fecimus. Notam hanc cum Inciſo miſcent, voluntque ſimili forma fingi Dauſqueio non probante. Non enim *Diſcretio* notam habet peculiarem, non magis, quam in orationis textura voces caeterae. Alioqui quas turbas dabit , toties in oratione repoſitum, quoties vnius finalitas vocis cum alterius capite coaleſcere poſſe videbitur? Exempla. Apul. l. 9. de A A. *Crurum enim fragium abominata.* Cato: *Ferue bene facito.* Varro: *Quae ſole perferue ita ſit, vt radices ſatorum comburat*, lib. 1. de Re R. cap. 9. *Non queo* pro *Nequeo*. Ennius apud Ciceronem lib. 7. Epiſt. 6. ad Trebatium: —— *Qui ipſus ſibi*

Sapiens prodeſſe non quit, nequidquam ſapit.

Lucret. 5. *Non quierint animo praeſentire, atque videre.*

Non ſcio pro *Neſcio* poene damnat Cic. in Ora. *Non ſcire quidem barbarum iam videtur: neſcire dulcius.* *Qui cumque* ſectum. Terent. Andria: *Cum quibus erat cumque vna, iis ſe dedere.*

Tull. l. 3. de Orat. *Quam ſe cumque in partem dediſſet.*

Libro 2. de Natura Deorum: *Quale id cumque eſt.* Varro iterum lib. 2. de Re R. cap. 9. *Conſue quoque faciunt, vt alligari poſſint.* Aen. 9. *Inque ſalutatam linquo.*

Lucret. —— *Indignos, inque merentes.* Idem: —— *Conturbari, inque pediri.*

Idem: —— *Reſpirant, inque graueſcunt.* —— *Creſcent, inque valebunt.*

Super eſt diuiſe pronunciandum eſt, inquit Gell. l. 1. cap. 22. *non vt vna pars orationis eſſe videatur, ſed duae.* *Quando tu quidem in proelio, in bello*, Verr. 5. Mox: *Quandoquidem tu nulla vnquam.* *Alius modi* pro *Aliuſmodi.* C. Caeſar in Anticatone priori: *Vno enim excepto, quem alius modi, atque moris natura finxit, ſuos quiſque habeat caros.*

C. Fannius Annalium 1. *Cum in vita, agenda didicimus multa, quae inpraeſentiarum bona videntur, poſt inuenta, & multo amplius alius modi, atque ante viſa eſſent.* Sic Plinij l. 4. c. 20. legit Diaſtole ſcriptum Hermolaus non *Treſaras*, ſed *Quorum in paeniuſula tres arae Seſtianae Auguſto dicatae.* Tale Philippo acumen in Plutarchi Pompeio: Ἐν συγκλήτῳ πυθομένου τινὸς, καὶ θαυμάζοντος, εἰ Πομπήιον ἀνθύπατον οἴεται δεῖν ἐκπεμφθῆναι Φίλιππος. Οὐκ ἔγωγε, φάναι τὸν Φίλιππον, ἀλλ' ἀνθ' ὑπάτων; ὡς ἀμφοτέρους τοὺς τότε ὑπατεύοντας οὐδενὸς ἀξίους ὄντας. Idem in Alexandro, cum ei ſe *Satyros* obiecIſſet vates viſum fauſte interpretati dixere: Σὰ Τύρος, Ex diuulſa voce alia prorſus nata eſt ſententia. *An ne* pro *Anne*; Tullius pro Caecina: *An tu qui tam diligenter, & tam calide verbis controuerſias, non aequitate diiudicas, & iura non vtilitate communi, ſed literis exprimis, poteriſne dicere deuectum eſſe?* Cicero 1. de Finib. *An partus ancillae ſitne in fructu habendus, diſſeretur inter principes ciuitatis.*

Ego ipſe. In Milonianą: *Quae mihi contribuenda iam eſſet ipſi.* Idem l. 10. ad Atticum: *Per enim magni aeſtimo.* Saepius ad eundem: *Per enim mihi gratum eſt.* Gell. l. 2. c. *Socratique & Platoni per fuit familiaris.* Sed & *Per* a *ſuo* caſu diuulſum Orthographicae obſeruationis eſt, cum ab eo longiuſcule dimouetur. Aen. 4. —— *Per ego has lacrymas, dextramque tuam te.*

Curt. lib. 4. *Per ego vos deos patrios, aeternumque ignem.* Lib. 5. *Per ego vos decora maiorum.*

Apuleius: *Per ego te maternae caritatis foedera deprecor.*

Item: lib. 5. de A A. *Per ego te frugiferam tuam dexteram deprecor.*

Fabius Declam. 5. *Per ego te iuuenis illos meos, de quibus nunc quereris annos.*

Apoſtrophe.

APOSTROPHE, ſeu *Averſio* nota eſt adſita vltimae aut primae vocabuli literae ex alto inſtar tenuis ſpiraculi qua literam aut literas ab eo loco *averſas* iudicium fit. Non placet a veteribus grammaticis in exemplum produci *Mult' ille, & terris.*

Neque *Dura vi' eſt, quae ſternit iter dominantibus altis:*

Omnia namque Exemplaria voces, vti par eſt, integrant *Multum ille*, *Dura via eſt*. Neque hic vocalis, illic cum vocali conſona detrita eſt, vel averſa; ſed deterenda; non pronuncianti, non ſcribenti: ſed verſum dimetienti. Apud Plautum immanis exemplorum vis Vnum pro multis: *Egon' patri ſurripere poſſim quidquam tam cauto ſeni?* Item: —— *Tanton' me crimine dignum?*

Averſae plures ſunt in his Plauti literae in Pſeudolo: *Potin'*, *Scin'*, *Audin'*, *Fugin'* in Aulularia. Mar. Victorin. lib. 1. *Eduntur autem vocales ſingulae, cum duo concurrerint, vt,*

Men' incepto deſiſtere victam. Non *Mene*. Et: *Ten' inquit miſerande puer?* Non *Tene*.

Sigmatis ἰυγραμματία.

SIGMA vero in vltimantibus ſillabis, cum verſui ſit impedimento, inter ſcribandum, exprimi nécne debeat, grauiſſimi veterum diſſentiunt. Exprimit Marius Victorinus lib. 1. & Vs & Iis communem efficere ſillabam retur. Promit e Lucillio:

Quare etiam, atque etiam dico, eſt communis voluptas.

Idem ex Marone non nominato, & opinor ex memoriola vacillante:

—— Efflantą, elatis naribus lucem:

hodie namque *Ignem* repraeſentant Codices. An librariorum religione? Donatus Editione ſecunda barbariſmum fieri ait per detractionem literae ſic: *Infantibu' paruu pro Infantibus.* Max. Victorinus Commentario de ratione metrorum S quidem liqueſcere, ſcribi tamen docet apud Lucretium, atque Ennium, item apud Lucillium:

Tum lateralis dolor certiſſimus nuncius mortis,

pro *Tum laterali' dolor certiſſimu' nunciu' mortis.*

Sic habetur, inquit, *quaſi ſubtractis S literis: quia licentius antiqui', & ipſa quaſi pro liquenti vtebantur, inerudita adhuc nouitate, quod poſteriores Poëtae non ferunt.*

At mirum his non animaduerſum quanti viri aliter ſcribendum ſenſerint: ſi animaduerterunt, mirius factum, non eorum conſuetudinem expreſſiſſe. Eloquentiae Romanae parens in Oratore diſertiſſimis verbis contra ſtat: *Quin-etiam quod iam ſubruſticum videtur, olim autem politius, eorum verborum, quorum eaedem erant poſtremae duae literae, quae ſunt in Optimus, poſtremam literam detrahebant, niſi vocalis inſequebatur. Ita non erat ea offenſio in verſibus quam nunc fugiunt Poetae noui. Ita enim loquebantur, Qui eſt omnibu' princeps, non Omnibus princeps, & Vita illa dignu', locoq, non dignus.*

Locus hic Tullij obuerſabatur Fabij oculis ſcribentis lib. 9. cap. 4. *Quae cauſa fuit & Seruio, vt dixi, ſubtrahendae S literae, quoties vltima eſſet, aliaq, conſonante ſuſciperetur, quod reprehendit Lauranius, Meſſala defendit. Nam neque Lucillium putant vti eadem vltima, cum dicit Serenu' fuit, & Dignu' loco. Quin-etiam Cicero in Oratore plures antiquorum tradit ſic locutos: inde Belligerare pómeridiem, & illa Cenſorij Catonis, Die' hanc, aeque M litera in E mollita. Quae in veteribus Libris reperta mutare imperiti ſolent; & dum Librorum inſcitiam inſectari volunt, ſuam confitentur.*

Siſenna in Commentario Captiuorum Plautinorum: *Hic Ornatus, S literam metri cauſa amiſit.* Scaurus lib 9. de Orthographia. *Et raro Capri teſtimonio S apud Etruſcos exprimitur, & in Latinis locutionibus nonnunquam euaneſcit Ennius: Interea fugit albu' iubar Hyperioni' curſum.*

Quae res minus obſeruata fecit, vt nonnulli ſcripſerint *Alterutrius* recte, *Alteriuſutrius* minime ſcribi: cum ſcilicet reperiſſent *Alter'utrius* Averſione efformatum. Non exprimendum S putat & Pontanus lib 1. de Adſpiratione, I. Scaliger lib. 1. c. 9. de Cauſis LL. probat *Multi' modis*, Lipſius quoque cap. 16. de Pronunciatione LL. S ejicit. Iuvat Velius Longus, qui M vltimantem inchoante vocem proximam vocali, non totam, ſed partem illius priorem tantum ſcribi vult, *vt appareat*, inquit, *exprimi non debere*, ſimulque hunc Verrij Flacci teſtatur ſenſum fuiſſe. Rectius ergo apud Varronem legas:

Non fit theſauris: non auro pectu' ſolutum,
Non demunt animis curas, ac religiones,
Perſarum montes, non atria diuiti' Croeſi.

QVAERES Vs, Vm, A ſequente vocali an etiam Apoſtrophes vim, notamque ſentiant? Plauti Pſeudolo *Exporgi meliu' ſt lumbos* an ſcriptum ex lege. De his Giſanius epiſtola ante Lucretium: *Vnum eſt, in quo peccaſſe me ſcio, & fateor: quod cum antiquiores E literam verbi eſt proximam literae M, & interdum vocali alicui, exterere etiam in ſcriptura conſuerint hoc modo: Fatendum-ſt, Putandum-ſt,* &c. &, *Certa-ſt, Neceſſe-ſt,* &c. *ego tamen E ſemper expreſſerim. Nam vbiq, ita cum M concurrat, id faciundum: vbi cum vocali aliqua, rariſſime.* Eidem non placet eorum ratio, qui literam S, quae exteri ſolet, in ſcriptura non exprimunt: *nam id veteribus Libris,* inquit, *omnibus & grammaticis adverſatur.* Hoc vltimum iam fregimus, & Averſionis notam, quam ponit lineolam rectam duo verba conglutinantem averſamur: ſcribendi formam non aeque.

Mar. Victorinus ſupra: *Cum fuerit autem ſcriptum Audiendus't, & Scribendu's't, & Mutandu's't, & ſimilia generis maſculini, primam vocem integram relinquetis: ex nouiſſima autem E, & S detrahetis. Idem facietis in foemininis, vt prima vox, cuius generis ſit appareat. Idemq, in neutris.* In Plauti Curculione ſcribendum volunt: *Omnis res parata 'ſt.* Lucretij l. 5. *Certum, ac diſpoſitu' ſt* In Codicibus aliquot Virg. —— *Quam fama ſecuta 'ſt* Aen. 5. —— *Spoliata magiſtr' eſt*, an recte? Sic certe in antiquis aliquot Codicib. Item vetus Inſcriptio: SI QVICQVAM. HVMANITVS. IN. TE'ST. Item: CVIVS. LAVDATI. MORES. ET. FORMA. PROBATA'ST Faërnus: *Vero 'ſt, Ludificatu' ſt* ſcribi vult. Notat & Pierius in antiquis Libris Aeneid. 1. eſſe

—— Hoc

Digitized by Google

— *Hos tot armenta ſequuntur* cum Auerſionis nota. Cledonius in Arte legit abſque ea: *Quot, & Tot facit Quotus & Totus. Quotus vero in poenultima Acutum habet: Totus Circumflexum: quia producitur, ſicut legimus: Totus & illa dies* — &, — *Hos tot armenta ſequuntur.* Ego in hoc a Victorino diſcedo, quod caeterorum exempla ſecutus malim *Audienda'ſt*, & talia, vt S adhaereat ſuo T, ſitque *Eſt* capite ſolo truncata, non pectore.

Ἀ'ΝΑΣΤΡΟΦΗ'.

Ἀναστροφὴ est verborum tantum ordo praepoſterus, vt Italiam contra, inquit Beda. Producit in exemplum *Parumper, id eſt, Perparum praepoſterata praepoſitione*, vt ipſe loquitur. Tullius in Oratore: *Quid illud non olet, vnde ſit, quod dicitur Cum illis: Cum autem nobis non dicitur; ſed Nobiſcum. Quia ſi ita diceretur, obſcenius concurrerent literae, vt etiam modo, niſi interpoſuiſſem, concurriſſent.* Pergit: *Ex eo eſt Mecum & Tecum, non Cum me, & Cum te, vt eſſe ſimile illis Vobiſcum, atq; nobiſcum.* Priſcianus l.12. *Nulla tamen monoſyllaba praepoſitio Anaſtrophen patitur, niſi ea, Cum* ſcilicet, in quo Priſcianum ſequi me priſci non patiuntur Auctores. *Abſque* loco dimouet lib.4. Epigram. vett.

— *Non ſcortis abſque lupanar.*

A D Plautus in Bacchidibus: — *Quem ad Epiſtolam Mneſilochus miſit ſuper amica Bacchide.*

Secundo de Natura D. *Quos ad ſoleret, referendum cenſuit.*

Manilius lib.4. *Aegyptum ad, Leptimq;* — Homero Αἰγυπτόνδε. Annal. Taciti libro 12. *Ripam ad Euphratis.*

A P V D Ennius: *Glaucum Cumas apud* —

D E Lucretio lib.2. *Nec quae nigra cluent de nigris: ſed variis de.*

Cicero 1. de Inventione: *Similitudine eius rei, qua de agitur, ad eam rem, de qua iudicatum eſt.* Ac alios apud occurrit ſaepiſſime.

E X T R A. Tacitus lib. 13. *Quo ſolutius vrbem extra laſciuiret.*

P O S T. Victor: *Caligulam poſt, Domitianumq; Dominum palam ſe dici paſſus eſt.*

P R A E. Terentius: *I prae, ſequar.*

Priſcianus non negauit Anaſtrophae praepoſituras plurium ſillabarum ordinem commutare. Sic *Apud*. Terentianus: *Graios apud.*

A N T E Q V A M. Martial. l.9. Epigr. 36. *Victricem laurum quam venit, ante vides.*

C O R A M. Tacit. lib.1. *Multaq; eo coram.* Lib. 3. *Senatu coram, Patribus coram.*

Lib.13. *Seneca coram.* Sueton. in Othone: *Quoſdam punire ſe coram.*

I N T E R. Aen 1. *Quos inter medius venit furor* — Salluſt. l.1. *Quos inter maxime.*

Caeſar lib.7. *Quos inter controuerſia eſſet.*

I V X T A. Priſcian. Periegeſi: *Flumen Iaxarten iuxta* —

P E N E S. Statius Theb. 10. *Secula te quoniam penes* —

P R O P T E R. Aen.4. *Te propter Libycae gentes* —

Quod lib.18. Priſcianus agnoſcit. Valerius Flaccus lib.7.

Quem propter furit: abſentem ſaeuiſſima poſcit.

Lib.8. *Linquo domos patrias te propter* —

Lib.4. — *Te propter laudis mihi Iupiter auctor.*

Te ſemper, natamq; tuam te propter amabo, Tibul.l.1.Eleg.6. Statius Thebaide 9. & Achil.l.1.

S I N E Georg.1. *Te ſine nil altum mens inchoat* — Aen. 12. *Te ſine frater erit* —

Horat. *Nam vitiis nemo ſine naſcitur* — Statius Achill. 1.

Ciris: *Nec tamen hoc iterum poena ſine* —

Nemeſianus: *Te ſine vae miſero mihi* —

Hermione Oreſti apud Ouidium: *Clamabam: Sine me, me ſine mater abis?*

Geraſius lib. Arithmetices 1. Οὐκ ἄρα τούτων ἄνευ δυνατὸν ἀκριβῶσαι. *Non his ſine diligentiam adhibere fas.* Et in Sophoclis Trachiniis: Πημονῆς ἄτερ, *Noxa ſine.*

Sammonius Serenus: *Huic liber eripitur ferro ſine decoquiturq;.* Nota & ex Feſto poſitum fuiſſe in lege Dedicationis arae Dianae Auentinenſis *Neſi* pro *Sine.*

S V P E R. Plautus Bacchidibus. *Quid factitaſti mandatis ſuper?*

Salluſt. *Vbi multa nefande caſu ſuper auſi, atque paſſi.*

Terentianus: *Metris ſuper.* Significantia alieniore Metamorph. 10.

Collis erat, collemq; ſuper — Salluſt. referentibus. Cenſorino, atque Priſciano: *Vbi multa nefanda caſu ſuper auſi, atque paſſi.*

S V P R A. Aen. 11. — *Eſt omnia quando Iſte animus ſupra* —

T E N V S, vel in appoſitione *Capulo tenus*, vel in compoſitione *Hactenus, Quatenus*, vix etiam alias praeponitur, quod Praepoſitionum ingenio pugnat.

T R A N S Octaviani ſepulcrum: *Tantus in orbe fui, mare trans, pontumq; ſubegi.*

ΑΝΑΣΤΡΟΦΗ´ *literarum, aut ſillabarum.*

Eſt apud literatiſſimum Radulphum Fornerium l.2. Rerum Quotidianarum Caput nouum praeſigne, & veteris eruditionis vber, quod Hieron. Winghius noſtri ordinis mihi praemonſtravit. Id caput ἐπιγράφεται *Tranſpoſitarum* κατὰ μετάθεσιν *literarum ſilua.* Hoc ego ἑρμαῖον Lectori obiicio! Memini iam a pleriſque notatas tum in libris iuris, tum in aliis auctoribus literas, imo dictiones integras, quae a propriis locis abire iuſſae, in alienas ſedes temere librariorum incuria tranſlatae ſunt. Sed iuvat tamen partim eius generis quaedam exemplis illuſtrare: partim etiam alia in hanc rem nondum obſeruata proferre. Notiſſima quidem eſt illa Metatheſis dictionum *Ius*, & *Vis*, vt in L.181 ſi nemo de reg. iur. Vulgo: *Omne ius teſtamenti ſoluitur.* Florentiae: *Omnis vis.* Et in primo tit. Inſt. quib. mod. teſt. inf. *Ipſius teſtamenti ius infirmatur.* Vetuſtiora Exemplaria habent *Vis.* Theophilus Δίκαιον. Sicut idem Theophilus *Vim* expoſuit Δίκαιον in definitione Tutelae. Apud Iſidor. Orig. l.10. Plagiator ἀπὸ τοῦ πλαγίου deducitur, id eſt, *Obliquo, quod non certa via gradiatur.* Caecus ſit, qui non videat inuerſo literarum ordine legendum *recta via*, non *Certa*, cum obliquo *Rectum* opponatur, non *Certum.* In Gloſſario vetere *Cruſta* exponitur γρῦτα: ſed literis ordini ſuo reſtitutis legendum procul dubio *Scruta*, vt praeter notam vocabuli ſignificationem admonet alter eiuſdem Gloſſarij locus, in quo *Scruta* exponitur γρῦτα. Ibidem inuenio Δοῦλον pro Λοῦδον, id eſt, *Ludum*, quo loco *Auctoratur* exponitur Αὐθαίρετος εἰς δοῦλον ἑαυτὸν βάλλων, καὶ μονόμαχος. Nam & Acro in Horatium *Auctoratos* olim dictos ait eos, qui ſe ludo vendidiſſent. Apud Victorem Vticenſem l.1. de perſecutione Vandalica: *Aequor hoc magnum, & ſpatioſum biſſenis millibus anguſto ſe milite* (legendum *Limite*) *coarctauit.* Macrob. l.3. Satur. c. vlt. inter varias ficorum ſpecies *Marſicam* refert, cuius mentionem nullam inuenio apud caeteros auctores, qui in eo argumento verſati ſint: at *Mariſcae* frequentiſſimam. Quam ideo a Macrobio mirarer praetermiſſam, niſi vel haec coniectura ſola me ſatis admoneret, immutatis literis *Mariſcam* legendum eſſe, non *Marſicam.* Paulus in L. vlt ff. ad S.C. Trebell. *Secundas*, inquit, *tabulas fecit quas matri eius condemnauit aperiendas.* Ita ſcriptum eſt in recentioribus pleriſque libris: at in vulgatis, & archetypo Florentino rectius: *Commendauit.* Sicut exemplo non diſſimili notauit Ant. Faber *Mandatoris* poſitum pro *Damnatoris* in L.20. *ob haec verba* ff. de his qui not. inf. *Suſcipere* pro *Suſpicere.* Apud Macrob. lib. vlt. Satur. c. vlt. *Dirigere* pro *Digerere.* Apud eundem auctorem l.5. c.14 errore perſimili *Gerendum* pro *Regendum.* Illo Luciferi loco l.1. pro S. Athanaſio: Deinde ſi fuiſſes *Chriſtianus, & te cenſuiſſet Deus participem fieri ad gerendum populum eius.* *Dianone*, pro *Dianome*, apud Plin. l.10. epiſt. 82. de cuius priſco ritu non multo poſt quaedam annotabimus. In l.22. nulla de Epiſ. & Cler. cod. Theod. *Foeminae quae crimen* (rectius in libris recentioribus, *crinem*) *ſuum contra diuinas, humanasq́; leges, inſtinctu perſuaſae profeſſionis abſciderint, ab Eccleſiae foribus arceantur.* In eadem l. tentari poſſit *exſortes*, reponendum pro *extorres*, illo verſu: *Extorres ſint ab omnibus, quibus inhiauerant bonis.* *Exſortes* enim ſunt *extra ſortem*, ſiue haereditaria bona: *extorres* extra terram, Auctore Nonio, & Iſidoro Etymol. lib. 9. niſi quis malit: *extorris* vocabulum per ſimilitudinem etiam ad bona traducere, vt illo Timothei Epiſcopi loco ad Eccleſ. Cathol. lib.2. in fin. *exhaereditari hominem a ſeipſo, extorrem bonorum omnium fieri, & quaſi in exilium a ſeipſo agi.* Nunc pergamus ad alia. *Vincta*, pro *Iuncta*, Florentinum exemplar habet in l.38. ſi venditor. §. vlt. de act. emp. *Obtinendum*, pro *Obnuendum.* In lib.11. ſi qui deſertores C. Theod. de deſerto. & occult. eor. ſic & alias *Obtinere*, pro *Obnuere*, vſurpatum obſeruauit Cuiat. ad l.2. eod. tit. C. Iuſtinia. *Locat*, pro *Colat*, in l.2. §.1. ff. de adm. rer. ad ciuit. pert. & ideo, inquit Vlpianus, *ſi decurio ſubiectis aliorum nominibus praedia publica locat, quae decurionibus conducere non licet, &c.* Ita Florentiae ſcriptum eſt, rectius in vulgatis codicibus, *colat*, vt argumento eſt, quae ſequitur conductionis mentio. Agitur enim de Decurione, qui nomen quidem alienum contractui inſerendum curauit, vt publice videatur legibus obſequi, reuera tamen conductor ipſe facta legi fraude *colit*, reique pub. praediis fruitur; quod perinde improbandum eſt, ac ſi per ſe ipſe id ageret, vt de caeteris officium aliquod adminiſtrantibus reſponſum eſt, l.46. aufertur. §. quod a praeſide ff. de iur. fiſ. lib.46. non licet. ff. de contr. emp. Hinc M. Licinium Stolonem lege ſua damnatum legimus, quod cum lege ſanxiſſet, ne quis amplius, quam CCCCC. agri iugera poſſideret, ipſe mille comparaſſet, & ne in legem ipſe ſuam incidiſſe videretur, filio dimidiam partem emancipaſſet, teſte Plinio lib.18. c.3 & Valer. Max. lib 8. cap. 7. *Priſcum* pro *Criſpo.* legi apud Suidam, ſuperiore libro iam obſeruauimus. Plane Graecas pleraſque, voces tranſpoſito literarum ordine, Romana ciuitate donatas exempla permulta demonſtrant, vt βραδύς, *Bardus*: ῥῖνας, *Nares*: μορφή, *Forma*, & id genus alia.

MICHAELI BVLTELIO
PATRICIO CONSVLARI.

VTI *Vultuoſi , neſcio cuius , ſuperſtitio perfidioſa, eáque inſperata immane quantum me offendit : ita ne ſim,* BVLTELI *Vir Humaniſsime,ſi inſperatae humanitatis tuae,qua tu aduerſus immerentem me vſus es , ſi me , inquam, vlla vnquam capiet obliuio. Et vero me ſoluendae gratiae ſaepe ſubijt impetus , & volui:at viam huic meae voluntati aequa celeritate nullam ſatis apertam videbam, niſi laruatum caput reſupinarem. Apage perfidia, procul, procul à Theologo vana ſuperſtitio : eum ſuae vexent intemperiae, dum tu valeas ſemper , ſempérque ſinceram,ac infucatam colamus inter nos amicitiam.* Ecquis *enim alter eſt hodie literatorum,*vt MICHAEL BVLTELIVS, *in quo magnum eſt Academiae inſtar? Vtrumque,* Ε'υπατρίδης, *& Conſularis , & quem vtraque literatura, Latij, & Hellados commendat vel in pungendis verſibus artificem vnicum. Verbo: integer eſt vitae, verax, oſor inſinceri. Patritã, auitámque in gerendis magiſtratibus gloriam virtute ſupergreſſus eſt: Quem cum intueor, Senatoria, & literata Giſleni, ac Baptiſtae Bulteliorum cognatione conſtipatum intueor. Si mente exſpatiari libet cum S. Paulo in Iberiam , ibi progeniem tuam ſtudijs , conſilijsque florentiſsimam agnoſco, eámque verè patriſſantem.*

Α'ὐλῷ δὴ κραΐζοντε, ϗ οὐκ κρατίοντος ἐρύζαν. *Theocr.*

Virum tantarum virtutum meritis glorioſum, qua mihi fas, non coboneſtem? non ei operulae, & lucubrationum partem mearum conſecrem? Et viro tanto, & literis, & literatorum orbi, ni faxo, iniurius ſim. Melius mihi faueant Charites! Vide igitur mihi, quae SS. PP. Baſilius, Epiphanius, Auguſtinus, Iſidorus Hiſpalenſis, Euſtathius Epiſcopus, quae Plato , Diogenes Laertius , Hephaeſtio, Etymologus, Scholia in Ariſtophanem, Fabius, Acron, Marius Victorinus, Sixtus Senenſis ſuper Notis verborum, ac praeſertim ſententiarum literis mandare non ſunt dedignati. Neque ad talia vocari te pigebit, ſcio, me vtcunque degerente.

TRA

TRACTATVS V.

NOTAE SENTENTIARVM, AVT VERBORVM EX SS. PATRIBVS

AVGVSTINO, EPIPHANIO, HIERONYMO, ISIDORO HISPALENSI, EVSTATHIO EPISCOPO, PLATONE, HEPHAESTIONE, LAERTIO, ETYMOLOGO, FABIO, ACRONE, MARIO VICTORINO, SCHOLIIS IN ARISTOPHANEM, SIXTO SENENSI.

Aſteriſcus.

SENTENTIARVM Notae in vetere memoria reperiuntur multae verſibus interiungendis adhibitae, aut exſecandis, aut diſtinſendis, aut illuminandis, aut alia quaſi fini. Apud Etymologum reperitur Ἀριστόνικος ἐν τῷ περὶ Σημείων τῦ Ὁμήρȣ *Ariſtonicus de Homeri Notis*. De his D. Auguſtinus ad Hieronymum: *De vertendis autem in Linguam Latinam ſanctis literis Canonicis laborare te nollem, niſi eo modo, quo Iob interpretatus es; vt Signis adhibitis quid inter hanc tuam, & Septuaginta, quorum eſt grauiſſima auctoritas, interpretationem diſtet, appareat.* Signorum genera ponit duo D. Hieronymus Praefatione in Pentateuchum: *Origenis me ſtudium prouocauit, qui editioni antiquae tranſlationem Theodotionis miſcuit, Aſteriſco, & Obelo opus omne diſtinguens.* Idem legas tom. 3. Praefat. in Ioſue. Tum addit: *Dum aut illuceſcere facit, quae minus ante fuerant* [aſteriſco ſcilicet] *aut ſuperflua quaeque iugulat, & confodit, maxime, quae Euangeliſtarum, & Apoſtolorum auctoritas promulgauit.*

* ASTERICVS autem Signorum horumce vſu, ac nomine fere nobiliſſimum: De eo D. Hieronymus Auguſtino inante reſponſans: *Cur mea prior in libris Canonicis interpretatio Aſteriſcos habeat, & Virgulas praenotatas, & poſtea aliam tranſlationem abſque his Signis ediderim, pace tua dixerim, videris mihi non intelligere, quod quaeſiſti. Illa enim interpretatio L X X. Interpretum eſt, & vbicumque Virgulae, id eſt, Obeli ſunt, ſignificatur, quod Septuaginta plus dixerint, quam habetur in Hebraeo. Vbi autem Aſteriſci, id eſt, Stellae praelucentes ex Theodotionis editione ab Origine additum eſt. Et ibi Graeca tranſtulimus, hic de ipſo Hebraico, quod intelligebamus, expreſſimus.* Mox Septuaginta Interpretum libros ab Origine emendatos, priúſve corruptos dicit per Obelos, & Aſteriſcos. Ita medela veneno verſa eſt.

D. Auguſtin. lib. 18. de Ciuitate cap 43. Hieronymi doctrinam recoquit: eóque verba eius, ne in cramben eant, omitto. Recoquit etiam ſcribens in Pſalmum 76. quae ex pluribus D. Hieronymi locis hauſta ſunt. Illud ipſum enim Hieronymus rememorat bis in Iob, Epiſt. ad Aug. Praefationibus in lib. 1. & 2. Paralip. Non abit ab his duumviris diverſus D. Epiphanius lib. de Ponderibus & Menſuris, niſi *Stellae*, ſiue Aſteriſci deſcriptione, quae Epiphanio, atque Hephaeſtioni paulo eſt diuerſior. X Videtur autem citatior penicillus ſic effigiaſſe: plus enim

enim morae in hac exprimenda: ✱ dum lineae omnes decuſſatam literam X permeantes integre repraeſentantur. Epiphanij ſchola: Ὁ ἀστερίσκος οὗτος ἔνθα παράκειται, σημαίνει τὸ ἐμφερόμενον ῥῆμα ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ κεῖσθαι, καὶ ἐμφέρεσθαι παρὰ Ἀκύλᾳ, καὶ Συμμάχῳ, σπανίως δὲ καὶ παρὰ Θεοδοτίωνι· οἱ δὲ ἑβδομήκοντα δύο παρῆκαν, καὶ οὐχ ἡρμήνευσαν, ὡς δυσαλογουμένων τῶν τοιούτων λογίων, καὶ ἐκ περισσοῦ ἀναγινωσκομένων. *Aſteriſcus hic vbi eſt, ſignificat vocem, quae in Hebraicum textum illata eſt, conferri quoq; ab Aquila & Symmacho, rarius autem a Theodotione. Septuaginta vero duo praetermiſere non interpretata, quaſi eiuſmodi voculae hic ponantur, & exabundanti legantur.* Sic verto ac ſcribendum ſit Διοσαλογουμένων, qualia in Epiphanio non pauca. Eadem Aſteriſci facies oſtenditur ab Euſtathio in Odyſſ. 9. ſimulque praedicta adſignatur cauſa: Δηλοῖ γὰρ τὸ σημεῖον ὁ ἀστερίσκος, ὡς ἄριστα ἐν τῷ τόπῳ κεῖται τὸ ἔπος, καὶ οἷον ἐκλάμπει. Ἔστι δὲ τὸ σημεῖον τοῦ ἀστερίσκου, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ ἐρρέθη, διὰ τοῦ X στοιχείου τετραστιχῇ στιζόμενον κατὰ τὴν τῶν γραμμάτων ἐπίζευξιν, οὕτω ·X· καὶ τίθεται ἐπὶ τῶν ἄριστα ἐχόντων ἐπῶν, καὶ ἀστεροειδῶς διονεὶ λαμπόντων, ὡς ἐν καλῷ τόπῳ κειμένων. Haec ſunt: *Significat enim nota, Aſteriſci verſum hunc hoc in loco peroptime poni, ac velut effulgere. Eſt enim Aſteriſci nota, vt eſt alibi dictum, per X literam a quatuor oris punctam ſecundum literarum coniunctionem talem ·X· iisq; apponitur verſibus, qui ſe habent optime, & aſtrorum in faciem quodammodo fulgurant loco commodo collocati.*

Aſteriſci vſum alium docet Hephaeſtio: Ἐπὶ μέντοι τῷ τέλει ὁ ἀστερίσκος τίθεται γνώρισμα τοῦ τετελειῶσθαι τὸ ᾆσμα. *In fine Aſteriſcus ponitur perfecti index Cantici.*

Tertium: Μάλιστα εἴωθεν ὁ Ἀστερίσκος τίθεσθαι, ἐὰν ἑτερόμετρον ᾖ τὸ ᾆσμα τὸ ἑξῆς. *Cum alius-modi ſequens carmen fuerit, tunc maxime pani conſueuit Aſteriſcus.* Quod fit etiam in vnius ſtrophae poëmatis, Saphphus puta, Anacreontis, Alcaei.

Aſteriſci ecquis repertor? Originem volunt. Epiphanius: Ὠριγένης δὲ . . . παρέθετο δὲ αὐτῷ τὸν Ἀστερίσκον. Inſinuauit in anticis D. Hieronymus, atque etiam paulo expreſſius in Pentateuchum. Addit & nomenclationis cauſam Epiphanius, quod vti coelo infixa ſunt aſtra, etſi oculis ea nebulae foretur adſpectus, aut lumen ſolis exuberans: ſic haec, & illa Aſteriſco inſignita fixa ſunt in Hebraeis voluminibus: etſi Septuaginta praetermiſerint. Verum nominis ratio potius petenda ex Aſteriſci figura. Inibi: Οὗ τὸ σχῆμα ἀστέρι ἔοικε.

At ſi alij Aſteriſcorum, & Obelorum expreſſione libros ſacros corruperunt, quos Origenes correxerit: qui Origenes auctor eſſe potuit? An forte Origenis inuento vſi ſunt illi?

Aſteriſcum *Stellam* Auguſtinus, ac Hieronymus notabili conſtantia interpretantur: quia Graecis non pauca deminutionis charactere proferuntur, quae ſignificandi ratione cum prima ſtirpe conueniunt. Alioqui *Aſteriſcus Stellula* eſt: Aſter *Stella*.

Aſteriſcum, & Obeliſcum interdum iunxere veteres. Docet nos Euſtathius in Odyſſ. 8. Σημείωσαι δὲ καὶ ὅτι ἐνταῦθα μὲν τὸ κατὰ τὸν χρησμὸν χωρίον ὀβελίσκους ἔχει μετὰ ἀστέρων· δι᾽ ὧν δηλοῦται ὡς ἐνταῦθοῖ μὲν οὐ καλῶς κεῖνται τὰ ἔπη· ἀλλαχοῦ δὲ ἄριστα ἔχει. Latine: *Nota vero quod hic locus vbi oraculi mentio, Obeliſcos habet cum Stellis, quibus declaratur non hic recte poſitos eos verſus; qui alibi quadrent optime.* Tum pergit explicare: tu vide. Iterumque in Iliada O.

—— OBELVS, *Veru: Obeliſcus, Veruculum.* D. Hieron. Praefatione in l. 1. Paral. *Virgulas* dicit. *Virgula* namq; eſt Obelus a laeua dextrorſum porrecta, verbis, aut ſententiis ſuper effluentibus apponi ſueta, aut vbi lectio falſo inquinata eſt. Sic hoc quaſi telo ſuperuacua, aut falſa iugulantur.

Idem ad Suniam, & Fretellam eadem, addito: *Latine Veru poſſumus dicere: quo oſtenditur iugulandum, & confodiendum, quod in authenticis libris non inuenitur: quae ſigna, & in Graecorum, Latinorumq; poëmatibus inueniuntur.* Vnde Auſonius: *Quiq; Notas ſpuriis verſibus appoſuit.* Plin. l. 9. epiſt. 26. *Expecto, vt quaedam ex hac epiſtola* GVBERNACVLA GEMVNT, & DIIS MARIS PROXIMVS, *iiſdem notis, quibus ea, de quibus ſcribo, confodias.*

Meminit D. Baſilius M. 4. in Hexaëmeron: Τὰ τοίνυν ἀκριβῆ τῶν ἀντιγράφων ὠβέλισται, ὁ δὲ ὀβελὸς ἀθετήσεως σύμβολον: *Accuratiora*, inquit, *exemplaria Veru conſignata ſunt. Eſt autem Veru improbatae vocis, aut ſententiae index.* Hinc Hieronym. ad Suniam: *Sub veru additum reperimus.*

Obeli figura talis apud Iſidorum —— Apud Epiphanium haec ——, qui ait ſic ex Atticorum vſu appellitari, addito: Ἄλλοις δὲ καλεῖται δόρυ, ὅ ἐστι λόγχη: *Aliis autem vocatur Doru, quod eſt Lancea.*

Alium quoque in vſum profert, quam Iſidorus; vt ſcilicet apponatur vocibus inuentis apud Septuaginta Interpretes, non autem apud Aquilam, aut Symmachũ. Siquidem mancis vocibus, aut deſideratis lucis cauſa ſic addidere quaſdam alias, vt non immerito Spiritus S. participes fuiſſe putentur: Ὅτου δὲ χωλὸν ἐδόκει τὸ ῥῆμα εἶναι εἰς Ἑλληνικὴν διάλεκτον μεταφερόμενον ἐκεῖ τὴν προσθήκην ἐποιήσαντο. D. Hieronym. in lib. 2. Paral. *Vbi vero Obelus, tranſuerſa ſcilicet virga prae-*

praepoſita eſt : illic ſignatur, quod Septuaginta Interpretes addiderint vel ob decoris gratiam, vel ob Spiritus S. autoritatem : licet in Hebraeis voluminibus non legatur.

Sententiae quoque totae *Veru* ſubnotatae. Hieronymus in Danielem : *Fabulas, quas nos, quia in toto orbe diſperſae ſunt, Veru antepoſito, easq́; iugulante ſubiecimus. Veruculo* Platonem pro improbandi ſigno vſum teſtis Laërtius. Et libros aliquos non eſſe genuinos ex *Obeliſco* notificabatur vti notat Nicephorus Calliſtius lib.2.cap.46. Qua ratione Ξίφος ἀναιρετικὸν ſupra vocauit Epiphanius : *Obelosq́;* Auſonius *ſpuriorum ſtigmata vatum* vocitauit, non *Sigmata*, quae cum *Obelorum* vſu, figuraque prorſus diſconueniunt. Neque praetermittendum a *Veruculorum* figura nummi genus *Obeliſcos* a Lacedemoniis dictos notante in Lyſandro Plutarcho. *Obeliſco* vti Ὀβελίζειν dixere Tullius l.12. ad Atticum: Alter Ariſtarchus hoc Ὀβελίζει, *Veruculo* confodit.

—̣— OBELVS *Puncto* ſubiectus tertia ponitur ab Iſidoro Nota quae poni amat, vbi tolli quid nécne debeat, dubitatur. Ponit exemplum Sixtus Senenſis de generatione Cainam Lucae 3. apud quem *Obelus Agnoſtigmenon* portentoſo additamento dicitur. Scriptum oportuit Ὀβελὸς ἄνω ἐστιγμένος aut ἄνω 'στιγμένος, vt errorem ex parte vindicemus. At ille talia multa ſibi non intellecta coaceruat. Exemplum aliud ſtatui poteſt Matth.24. *Neque Filius.*

÷ OBELVS Punctos binos, ſuppoſitum vnum, ſuper-impoſitum alterum offerens vſurpatur, cum hagiographorum interpretes rem eandem diuerſis tranſtulere verborum texturis. D. Epiphanius lib. de Pond. & Menſ. Λημνίσκον appellitat, cumq́; eo Iſidorus. Epiphan. Λημνίσκον γοῦν τὸ οὕτω γραφόμενον ὡς ἔχει τὸ προκείμενον ÷ σημεῖον, ἐστὶ γραμμὴ μία μεσολαβουμένη ὑπὸ κεντημάτων δύο· ἤτοι στιγμῶν, μιᾶς μὲν ἐπάνω οὔσης, τῆς δὲ ἄλλης ὑποκάτω παρὰ ἰατροῖς φυσιολογικῶς εὑρῆσθαί φασι, καὶ ὀνομάσθαι ἀπὸ τῆς κατὰ σῶμα χειρουργίας. *Lemniſcum igitur ſic ſcriptum vt habet hoc propoſitum* ÷ *ſignum, eſt linea vna per medium punctis duobus accepta, ex quibus punctis vnus ſuperne eſt alter ſubter a medicis res naturae tractantibus inuentum ferunt, & a corporali chirurgia nominari.* Quod apponit vocabulum ex chirurgia ortum, & illud Λημνίσκος ὑπ' αὐτῶν τῶν ἰατρῶν καλῶς ἐκλήθη διὰ τὸ λιμνάζειν· κλυζόμενον τὸ μοτὸν ἐν τοῖς τόποις ὑγροῖς. *Lemniſcus ab ipſis medicis recte appellatur, quod humigatam turundam in locis, madentibus vndare faciat.* Haut facile perſuadeor, qui Λημνίσκον Graecis per H, non per I ſcribi ſciam. Heſychius: Λημνίσκους τὰς στενὰς Συρακούσιοι ταινίας. I ad Paulum Aeginetam lib.6.cap.14. *Puncti* igitur infra, ſupraque poſiti latioris faſciolae quandam reddunt imaginem : vnde *Lemniſcus*, ſeu *Lemniſcata* nota, non διὰ τὸ λιμνάζειν. Ne dicam id coactius, quam vt quemquam hoc ſententientem ſequi debuerit Epiphanius, aut alius. Exemplum edit Epiphanius ex ſeptuageſimo pſalmo: Τὸ στόμα μου ἀναγγελεῖ τὴν δικαιοσύνην σου, ἀναγγελεῖ τὰς δικαιοσύνας σου. *Os meum annunciabit laudem tuam : annunciabit iuſtitias tuas.* Ex ſeptuageſimo primo : Ἐνώπιον αὐτοῦ, & Ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ. Meminit huius Notae in Platone Diogenes : Ὀβελὸς περιεστιγμένος πρὸς τὰς εἰκαίους ἀθετήσεις. Vetterim : *Obelus circumpunctus, ſiquid improbandum ſe fortuito obtuliſſet, adhibitus.* At haec Diogenis eadem euadunt cum *Obelo* principe.

—✱ ASTERISCVS cum *Obelo* coniugatus Ariſtarchi fuit inuentum, quo ille deerrantes loco Homeri verſus; ſeu loco ſuo exules notabat, Iſidorus. Hybrida Nota.

ANTIGRAPHVS Iſidoro cum Tſade Iudaico proxime figura congruens, Puncto ſuper-impoſito differens adhibetur, cum tranſlationes ſenſibus diuertuntur. *Hypolemniſcon* vocat Epiphanius. *Lemniſco* autem, & *Hypolemniſco* vſus eſt in Hexaplis, & Octaplis Origenes. Hoc autem per tranſennam dicamus. Cum Origenes columnatim Aquilae, Symmachi, Septuaginta duum Interpretum, & Theodotionis Graecas interpretationes committeret, vocauit Tetrapla : cum iis adderet, ac praeponeret Hebraicum textum Hebraice ſemel, & Hebraicum Graecis literis perſcriptum, Hexapla : cum inſuper duas incerto auctore reperiſſet, adiunxiſſetque ſuperioribus, Octapla.

Hypolemniſci figuram aliam repraeſentat Epiphanius : Ὁ γοῦν ὑπολημνίσκος τοιοῦτόν ἐστι σημεῖον —.— Ac ne haereas, expreſſiſſimis verbis figurat: Ἁπλῆ δηλονότι γραμμὴ ὀβελοῦ τὸ σχῆμα ἔχουσα, ὑποκειμένην δὲ ἔχουσα στιγμὴν, ἤγουν κέντημα. *Simplex ſcilicet linea obeli figura, ſubiecto puncto.* Cui vero dictioni *Hypolemniſcus* appingitur, eam ſignificat exiſſe ab vno pari Interpretum, inquit Epiphanius. Senenſis noui curioſus mauult dici *Sublemniſcum*, & ſic figurat *Antigraphum* C·, vt cum *Antiſigmate* in vnum coëat.

PARAGRAPHVS res in connexu concurrentes diſſeparat, quemadmodum in Homeri catalogo locos a locis, regiones a regionibus, duces a ducibus, armatum ab armatu' : aut in agone Iliados ✱ certantes ab inuicem, certamina, praemia, Iſidorus. Scholia in Plutum Ariſtophanis : In Strophis, & Antiſtrophis, & ea, quae inter has intercedit, ambitione, Paragraphus ponitur, vt Hephaeſtio docet : Ἡ δὲ τὸ σχῆμα γραμμή τις ἐστι βραχεῖα, ὥσπερ τινὰ στιγμὴν ἐν τῷ ἄκρῳ ἔχουσα. *Cuius figura, Linea quaedam breuis eſt punctumq́; habet quoddam*

in

in ſummo. Appoſitior cuipiam videatur haec *Antigraphi* deſcriptio, ſi recte modo is ante deſcriptus eſt.

Addit Hephaeſtio: Ἡ παράγραφος, ἣ διορίζει τά τε ὅμοια, καὶ τὰ ἀνόμοια: *Paragraphi nota eſt, ſimilia, diſſimiliaq́; diffinit*.

T POSITVRA Nota eſt figura Paragrapho contraria, aut potius Paragraphi Notam in diuerſum agens. Ideo ſic formatur: quia ſicut Paragraphus principia notat: ita iſta finalitatem a principio ſecernit; ex Iſidoro.

CRYPHIA circuli pars ſubiectior cum Puncto ſuperne, medio ſitu circuli cornibus reſpondente. Vbi quæſtio dubia, & obſcura, nec ſolui facilis, aut aperiri, vſu-venit. Quo ſigno illa notabilia ſunt: *O altitudo diuitiarum ſcientiae, & ſapientiae Dei*.

C ANTISIGMA in antiquis auctoribus poſitum eſt ad eos verſus, quorum ordo permutandus. At nota hæc ipſius antiqui ſigmatis eſt. I ad Euripidis Theſeum. De eo Laertius in Platone: Ἀντίσιγμα περιεστιγμένον πρὸς τὰς μεταθέσεις τῶν γραφῶν: *Antiſigma circumpunctum ſcripturae transferendae ſeruiuit* ·Ɔ. Aut πρὸς τὰς διττὰς χρήσεις: *ad vſus duos*: vnde Iſidorus.

C ANTISIGMA Puncto comitatus, vbi ſenſu eodem duplicantur verſus, & haeres, vter eligendus, locum obſidet. Ita fieri amat, dum limam mordaciorem ſuſpendimus, nec alterum e poſitis interficimus.

< DIPLE. Hanc ſcriptores Eccleſiaſtici ad ſeparanda, vel demonſtranda ſanctarum Scripturarum teſtimonia vſurpant, Iſidorus: eaq́ue a verbis commentantium, aut interpretantium diſtinguenda, Sixtus Senenſis. Quis apud profanos Notae huius ſit vſus, docemur ab Ariſtophanis ſcholiis in Plutum: Sciendum, inquit, quod quando in alterius hiſtrionum perſonis, in expoſitione membra quaedam poſt periodum ponuntur, ſiue eiuſdenmodi ſint verſus, ſiue alterius (tales enim occurrunt) ὁ τοιοῦτος σχηματισμὸς καλεῖται Διπλῆ, διὰ τὸ μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τούτων, τὸ σημεῖον ἐκτὸς τίθεσθαι τῆς διπλῆς, ὅπερ τριγώνου πλαγίῳ σχήματι ἔοικε τῆς βάσεως μόνης λιπούσης. Haec ſunt: *Talis figura vocatur Diple: quia cum haec completa fuerint, ſignum hoc ſeorſum a Diple ponitur, quod limi trianguli ſimilitudinem refert, ſola baſi deficiente*, ſeu non expreſſim delineata. Fuit autem Platoni vſitata ad ſententias ſuas deſignandas, Laërtius in Platone. Videſis Δ ↑ < >.

Vſus eſt M. Tullius cum quid peculiari animaduerſione dignum Attico commendauit Epiſtola 146. l. 8. *Id ex Pompeij literis cognoſces: in quibus animaduertito illum locum, vbi erit* Διπλῆ, *videbis de Cn. noſtro ipſe Vibullius quid exiſtimet*. Hephaeſtio *Diplen* hanc vocat τὴν ἔξω νενευκυῖαν, *extra prominentem* Diple hac exteriori Tragici, Comiciq́; frequenter vtuntur: Lyrici rarius, quae eiuſdem Hephaeſtionis obſeruatio eſt.

> DIPLE πλεκτική, vel περιστατική primulum a Leogara Syracuſano Homericis verſibus appoſita eſt ad ſecretionem Olympi a Coelo, hoc eſt, cum Olympus coelum, aut montem deſignabat, ſic notabatur, Iſidorus. Hephaeſtion hanc τὴν ἔσω νενευκυῖαν dictitat, *introrſum proclinatam*.

>: DIPLE περιεστιγμένη: Sic vocant *Diplen* cum gemino ſupra, infraque Puncto. Laërtius in Platone: Διπλῆ περιεστιγμένη πρὸς τὰς ἐνίων διορθώσεις: *Diple circumpuncta ad quorundam correctiones*. Nota iis appoſita eſt, quae Zenodotus Epheſius non recte adiecerat, aut detraxerat, aut permutarat. Quod vbi iudicium incidit, & noſtri vſi ſunt, inquit Iſidorus. Porro de Zenodoto Epheſio Suidas: Ὃς καὶ πρῶτος τῶν Ὁμήρου διορθωτὴς ἐγένετο: *Qui etiam primus fuit ſcriptorum Homericorum corrector*.

>— DIPLE ὠβελισμένη, ſeu *Verruculi* conuentu auctior ad diſpeſcendas comoediae, aut tragoediae periodos interponitur.

> DIPLE ὠβελισμένη verſa quoties Strophe, & Antiſtrophos infertur, in vſum venit, Iſidorus. Qui nouiſſime Ariſtophanem ediderunt. Notas omnes ſuſtuliſſe ſe gloriantur. quo conſilio.

> DIPLE ADVERSA cum Obelo iis, quae ad aliquid reſpiciunt, apponitur, vt:

Nóſne tibi fluxas Phrygiae res vertere fundo
Conamur nos? an miſeros qui Troas Achiuis
Obiecit? ———

Ita tradunt, a quibus ſcitor quo diſtent *Diple* ὠβελισμένη verſa, & *Diple* aduerſa cum obelo? Vocabulorum perexiguum, aut nullum eſt diſcrimen: munerum obſcurius.

> DIPLE Obelo ſubiecta, & verſa ponitur ad conditiones locorum, temporum, aut perſonarum mutatas, Iſidorus.

>< DIPLE ADVERSA, ET AVERSA primore ſui parte Obelo ſuccuſa ponitur finita loco ſuo monade, ſignificatque ſimilem quoque eſſe ſequentem: Ita Iſidorus. Et vero ſparſim de *Diple* plura Graeca in Ariſtophanem Scholia.

↓ CERAVNIVM ponitur, quoties multi verſus improbantur nec ſinguli Obelo figuntur. Siquidem fulminis in morem vaſtat, amburitque quibus minacius adſtat. Quid illud in Platone Laërtij; Κεραύνιον πρὸς τὴν ἀγωγὴν τῆς φιλοσοφίας? An tunc olim adhibita, cum philoſophia noua vetere inducta ſuggeritur? Certe pleraſque Notarum harum de Platonicorum exemplo Originem, alioſque expreſſiſſe ſuſpicio eſt. Originem tamen pro auctore habent.

☧ CHRESIMON Nota cuiuſque iudicio, ac voluntate ponitur. Χρήσιμον, *Vtibile*. Critici in Platonis operibus recenſendis *Culpas*, hoc eſt, τὰς ἀθετήσεις ὀβελῷ notarunt: laudabilia τὰς ἐκλογὰς τῆς καλλιγραφίας διὰ ·X· περιεστιγμένου, quo Χρήσιμον ſignificabatur. Ea re Euſtathius non parce quae laudabilia ſunt, ac memorabilia teſtimonia Χρήσεις appellitat: Φέρεται παρ' Αἰλίῳ Διονυσίῳ χρῆσις Κρατίνου τοιαύτη. Diogenes in Platone: X λαμβάνεται πρὸς τὰς λέξεις, καὶ τὰ σχήματα, καὶ ὅλως τὴν Πλατωνικὴν συνήθειαν. *Adhibetur X ad voces, & figuras de Platonis conſuetudine. Ad voces* Nota ſcilicet dignas nouitate, elegantia, proprietate, audaciori tranſlatione, ſimili ex cauſa. Caetera Caſauboni induſtria explicantur. Finio cum Caſſiodoro I. *de* Inſtit. *Cui tantum in bonis dictis Chreſimon, in malis Achreſton, quantum tranſiens valui reperire, vt arbitror competenter aſſixi.*

Ρ Φ PHICAERO, ſeu *Phi, & Rho*, vbi nebula, vel tenebrae lectori obtenduntur. Valet haec Nota, vt opinor Φροντιστέον amplius, *In curas vacandum*. Similis illa Latinorum N. L.

⚓ ANCORA *ſuperior ponitur, vbi aliqua res magna omnino eſt*, inquit lib. I. c. 20. Iſidorus. *Ancora* praefixa ſententiae, inquit Sixtus Senenſis Bibliothecae lib. 3. oſtendit in ea mentionem fieri de nouo Teſtamento, & Euangelio.

𐅾 ANCORA *inferior, vbi aliquid viliſſime, aut inconuenientius denunciatum eſt*, Iſidorus. Aliter longe Senenſis *Anciranos*, inquit, *id eſt, ſuperior apponebatur tam ſacrae lectioni, quam expoſitorum commentarijs, vbi aliqua res erat maxime prae caeteris obſeruanda, ac notanda.* Ita Senenſis & Iſidorus *Ancoram* vtramque miſcent, turbantque rationes, & poene cum *Chreſimo* confundunt. Scriptum oportuit Ἄγκυρα ἡ ἄνω, pro quo barbarica manu ſubſtitutum portentum *Ancіranos*.

ʖ ἌΛΟΓΟΝ mendas tollit. Horat. de Arte: —— *Incomtis allinet atrum*
Tranſuerſo calamo ſignum —— Vbi Acro: *Notam Culpae ſignificat. Nam notare verſum male formatum dicimus*, inquit *Culpae* in quovis ſcriptore loca deculpata, vt ait Gellius, & quibus merito criticus Theta praefigat. Auſonius: *Inque tuis culpis tu tibi da veniam.*

Fabius lib 1. cap. 4. *Iudicio tam ſeuere vſi ſunt veteres Grammatici, vt non verſus modo cenſoria quadam Virgula notare, & Libros, qui falſo videbantur inſcripti, tanquam ſubditicios ſummouere familia permiſerint ſibi: ſed Auctores alios in ordinem redegerint, alios omnino exemerint numero.*

(ʼ) SICILICVM ecquod ſit Notae genus, ad oram vides. At de nomine non notiſſimo, deque eius ſignificantia paucis: quandoquidem non facile de *Sicilico* quidquam inuentum iri pronunciat nuperus ſcriptor. Hoc intelligebant nomine primitus quidquid ſecandi vim haberet. Ex ea cognatione *Sicilire prata*, pro *Secare* olim dictum Varroni l. 1. de Re Ruſt. cap. 49. Columellae lib. 2. c. 22. & ex diuortio terrarum dictam *Siciliam* conſtat ex Aeneide tertia, Salluſtio, Silio Italico, aliis. Ex eo *Sicilices* in ſibynis, aut venabulis αἰχμαί, Ponit in armis Gellius lib. 10 c. 25. Gloſſarium: *Sicila*, Σμίλη, ἀρβήλιον. Iterum: *Sicila*, ξυρὸν σκυτέως, *Sicila*, χαρτοτόμος. Rectiſſime Feſtus: *Sicilicum, quia ſemunciam ſecabat.* Columellam vide lib. 5. c. 1. Fannius Palaemon:

Drachmam ſi gemines, aderit, quem dicier audis,
Siciliquus ——

Ita ἀρχαϊκῶς per Q. & V alterum ſcribitur in Rob. Conſtantini editione. Plin. l. 13. c. 15. de menſa Nonij liberti; *Tribus ſicilicis infra quatuor pedes, totidemque infra ſemipedem craſſitudinis.* Ibidem: *Tiberio principi menſam quatuor pedes ſextante, & Sicilico excedentem: tota vero craſſitudine ſeſcunciali, operimento lanae veſtitam fuiſſe.* In Cyrilli Lexico ſcriptum Τεταρτον οὐγκίας, *Sicilicum*. Frontinus lib. de Aquaed. *Adiecerunt capacitati quinariae X, ſemiſſem, ſemunciam, ſicilicum.* Priſcianus lib. 1. de Figuris ponderum; *Sicilicus ſcripuli ſex.* Tantundem ſupra Columella. Victorinus Afer propius rem, quam tractamus, libro de Orthographia; *Conſonantes literas non geminabant, vt in his: Annius, Lucullus, Memmius: ſed ſupra literam, quam geminari oportebat, ſcilicet Sicilicum imponebant, cuius figura haec eſt* ʼ, *quod erat ſignum geminandi: ſicut apparet adhuc in multis veteribus ita Libris ſcriptis.* Aut potius *abſciſſae* conſonae, aut non poſitae ſignum fuiſſe dixeris.

Marius Victorinus lib. 1. Artis *Sicilicum* vocat ἁπλῆν *auerſam*. Eum vide. Iſidorus l. 1. c. 26. ponit

ponit exempla: *Se'la*, *Se'ra*, *A'ſeres*, & *Sicilicum* dictum autumat, quia in *Sicilia* repertus ſit, vocis cognatione illuſus, niſi ſic eum benignius interpretemur, vt vocem in *Sicilia* inuentam voluerit. Sicut *Gelam* pro Latinorum *Gela* Siculos dixiſſe credo Stephano lib. de Vrbibus. Sic in vetuſtiſſimis Maronis Vaticanae Bibliothecae Libris, alijſque praeſertim Mediceo, & Longobardico:

Aeneid. 2. *Ter fruſtra compre'ſa manus effugit imago.*

An bene alienarunt ſcripto *Comprenſa*? Etymologus quoque *Coronidem* vocat notam ſupernatem in Τοὐμὸν, λἀμὰ, προὔςη, προὔπλον. Eum vide in Τόρρα.

At mirum in antiquis Marmoribus, Libriſque & Inſcriptionibus nullum Sicilici hodie legi veſtigium; ne in Duillij quidem Titulo, in quo CLASES, NVMEI abſque Sicilico. In Nummis PILIPVS. Anne quia maiuſculis literis Notae, & Sicilicus diſconueniant?

Quod Rhetores Comma dicunt, Iac. Cuiacius lib. 6. obſeruationum appoſite *Sicilicum*: voces enim diſſicit, ſiue κόπλα.

CORONIS perfecti, abſolutique Libri, Strophae. Poëmatis nota eſt.

Scholia in Ariſtophanis Irenen; Ε'πὶ τῷ τέλει Κορωνίς, *In fine Coronis*. In Aues: Ε'πὶ τῷ τέλει Κορωνὶς ἐξιόντων τῶν ὑποκριτῶν: *In fine Coronis exeuntibus actoribus.*

Martialis lib. 10. *Si nimius videor, ſeraque Coronide longus*
Eſſe liber: legito pauca: libellus ero.

Quando item actores in quibus coepere verſibus, pauſant, hoc tale *Coronis* dicitur διὰ τὸ μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τούτων τὸ σημεῖον τῆς Κορωνίδος τίθεσθαι: *Quod his completis ſignum Coronidis ponatur.*

Ecquod ſignum tandem? Eadem Scholia; Ο'περ γραμμή τις ἐςι βραχεῖα καμπήν τινα ὑποκάτω ἔχουσα: *Quod eſt linea quaedam brevicula flexura quadam ſubiecta.* Raderus in Martialem figurat ſic; Ecquis ei auctor? Aliter Hephaeſtio Enchiridio exeunte; Η' Κορωνὶς. Conformiter deſcriptioni ab Ariſtophanis Schollaſte propoſitae.

Coronidis tria genera proponit idem Hephaeſtio, & Ariſtophanis Scholia, quae inibi vide.

Hine ipſa *Coronis* pro *Fine* ἁπλῶς. Nazianzenus in funebri oratione ſuper Cypriano; Ξίφει τὴν κεφαλὴν τμηθεὶς, καὶ ταῖς πολλαῖς βασάνοις ταύτην ἐπιτίθησι τὴν Κορωνίδα: *Gladio caput ſectus, multis tormentis hanc impoſuit coronidem, ſeu finem.* Syneſius in Caluitij encomio ſimiliter vtitur. Plutarchus lib. de Fortuna Alexandri Philoxenum a Dionyſio in latomias coniectum refert, quia ἀπὸ τῆς ἀρχῆς μέχρι τῆς Κορωνίδος περιέγραφεν τὴν αὐτοῦ κωμῳδίαν, *Quod adusque finem a principio circumſcripſiſſet eius comoediam.*

IOANNI VVOVERIO V. OPTIMO S.

AD aram fidei tuae iurabat viuens Latiarum princeps literarum Lipſius: in ea ille conquieſcebat, qui nec ſine Wouerio viuere voluit, nec mori potuit, quem a ſupremo cinere Wouerio defenſitari Fides popoſcit, atque alta diutule amicitia. Vbiubi fuiſti, Optime Woueri, non huius arctiſſimae amicitiae data, & reciprocata literarum teſſera? Praeſertim cum Lipſio τεθνηκότι Wouerius Εὐχαριστικὸν ſcripſit non Perſicae legis in beneficij immemores ſcriptae metuens, ſed Antoninum Philoſophum, aut verius optimae naturae ſuae legem ſecutus, qui eſſe, quam videri gratus voluit. Porro aerario regio adſidere te, honos eſt, nec indebitus, nec indecoris: at quantillus, ſi cum literis, aut ingenij tui nobilitate, & cultura comparas? Alterum iſtud palmarium eſt: niſi maius eſt, quod enixurire te audio Opus de Aure Principis. Ecquid enim aduerſus aeui, & iudicum; iudiciorumue corruptelas aut praeſtantius, aut neceſſarium magis? Regum peſtes ſunt, & legum, qui in alienam perniciem praecipites claue auernali vnam reſerant aurem, vnam obſerant. Ne eueniat vt ab vltima barbaria Belgio tantum virus infundatur. Monita iſta tua hoc auertent, noſque, & omnia in portum humanitatis referent. Negotiationis ciuis architectator, ex qua ——— populorum vita, ſaluſque

Pendeat ——— Magnum omnino hoc, ac gentibus ſalutare: nec minus Belgio ſalutare te a conſilijs Martijs eſſe. At ſi princeps, aut conſilijs melioribus, aut defenſioni ſurdus eſt peſſum ierint tam auguſta, vtiliaque incoepta. Quod igitur moliris, tandem exeffice ſpretis Aiacibus. Tantiſper, velim, deuertas ad partes noſtras, Virorum Optime Woueri, ſimulq; tabulam hanc VI. pro iudicio, ac eruditione tua tractes: non meam: Valerij Probi eſt, cuius ingenium, & Notas depraedicat Gellius, Cuiacius elaudat, nec ſolus. Quare vbi ad Antiqui Lati Orthographica complenda compendiarias Notas attexere viſum fuit, Val. Probi potiſſimum delegi, atque ad eas mantiſſa mearum acceſſit aliqua. Imo tuae iam ſunt.

TRACTATVS VI.

VALERI PROBI

NOTAE.

EST circa perſcribendas, vel paucioribus literis notandas voces ſtudium neceſſarium. Quod partim pro voluntate cuiusq́; fit partim vſu publico, & obſeruatione communi. Nam apud Veteres, cum vſus Notarum nullus eſſet, ſcribendi facultatem, maxime in Senatu, qui aderant ſcribendo, vt celeriter comprehenderent, quaedam verba, atque nomina ex communi conſenſu primis literis notabant. Et ſingulae quid ſignificarent, in promptu erat. Quod in Nominibus, Praenominibus, Legibus Publicis, Pontificumq́; Monumentis, Iurisq́; Ciuilis libris etiam nunc manet. Ad quas Notas Publicas acceſsit & ſtudioſorum voluntas, vt vnusquisq́; familiares ſibi Notas pro voluntate ſignaret. Quas comprehendere infinitum eſſet. Publicae ſane tenendae ſunt; quae in monumentis plurimis, & Hiſtoriarum libris, Sacrisq́; Publicis reperiuntur, vt C. *Caius.* M. *Marcus.* CN. *Cneus.* Q. *Quintus.* MAR. *Martius.* TI. *Tiberius.* CL. *Claudius.* T. *Titus.* SP. *Spurius.* SEX. *Sextus.* SER. *Seruius.* OP. *Opiter.* AB. V. C. *Ab vrbe condita.* P. R. E. *Poſt reges exactos.* P. C. *Patres conſcripti*, S. P. Q. R *Senatus Populusq́; Romanus.* E Q. R. *Eques Romanus.* V. R. *Vrbs Romana.* C. R. *Ciuis Romanus.* COL. *Colonia, Coloni.* MVN. *Municipia, Municeps.* N. L. *Nominis Latini.* L. C. *Latini Coloni.* S. N. L. *Socij Nominis Latini, & ſimilia. Secundum haec Curiarum nomina, Tribuum, Comitiorum, Sacerdotiorum, Poteſtatum, Magiſtratuum, Praefecturarum, Sacrorum, Ludorum, Rerum Militarium, Collegiorum, Decuriarum, Faſtorum, Numerorum, Menſurarum, Iuris Ciuilis, & ſimilium caeterorum, notas proprias habent.*

A	*Auguſtus, vel Aulus, vel Aut, vel Aliquando, vel Ager, vel Agrum, vel Aiunt.*
A A.	*Auguſti, vel Auguſta.*
A A.	*Auguſtalis.*
A. A.	*Apud agrum, vel Aurum, Argentum.*
A A A.	*Auguſti.*
A. A. A. F. F.	*Aere, argento, auro, flato ferundo, vel, Flauo feriundo.*
A. A. A. F. F. Q. Y. T. Y.	*Auri, argenti, aeris flator fabricae Quirinalis Tyberini.*
A. A. S. L. M.	*Apud agrum ſibi locum monumenti.*
A. B.	*Alia bona.*
A B N.	*Abnepos.*
A B S.	*Abſolutus.*

A.TE.	*A tergo.*
A.T.M.D.O.	*Aio te mihi dare oportere.*
ATQ.	*Atque.*
A.TREB.	*Aulus Trebonius.*
AVG.	*Auguſtus*, vel *Augur.*
AVGG.	*Auguſtis.*
AVG. N.	*Auguſtus noſter.*
AVR.	*Aurelius.*
AVT. vel AVTR. vel AVC.	*Autoritas.*
A. X.	*Annis decem.*
B	*Bonus* vel *Brutus.*
B.	*Balbus*, vel *Balbus*, vel *Bene*, vel *Bona.*
B. A.	*Bonam actionem*, vel *Bonis Auſpiciis*, vel *Bonis auibus.*
B.C.	*Bonum conceſſum.*
B. D.	*Bonum datum.*
B. F.	*Bona fide*, vel *fortuna*, vel *filia.*
B.F.	*Beneficium*, vel *Bonum factum, & aliquando, Benefecit.*
B.F.C.	*Bona fide contractum.*
B.F.P.	*Bonae fidei poſſeſſor.*
B.GR.	*Bona gratia.*
B.H.	*Bonus homo*, vel *Bona hereditaria.*
B. I.	*Bonum iudicium.*
B.I.I.	*Boni iudicis iudicium.*
B.L.	*Bona lex.*
B.M.	*Bonae memoriae.*
B.M.F.	*Bene meritae fecit.*
B. M. P.	*Bene merenti poſuit*, vel *Bene meritae:*
B. N.	*Bona noſtra.*
B. O.	*Bene optime.*
B. P.	*Bona poſſeſſio*, vel *Bonorum poſſeſſor.*
B. P.	*Bonum publicum*, vel *Bona paterna.*
B. Q.	*Bona quaeſita.*
BR.	*Bonorum.*
B. R.	*Bonorum rector.*
BRITANNIC.	*Britannicus.*
B. R.P.N.	*Bono rei republicae nato.*
BRT.	*Britannicus.*
B. S.	*Bene ſatisfecit.*
B. T.	*Bonorum tutor.*
B. V.	*Bene vixit*, vel *Bonus vir.*
B.V.A.	*Boni viri arbitratu.*
B. V.V.	*Balnea, Vina, Venus.*
C	*Caius*, vel *Cum:*
Ↄ.	*Caia*, vel *Con.*
C̄A.	*Cauſſa.*
CA. vel CAM.	*Camillus.*
CAES.	*Caeſar.*
CAES. AVG. vel A.	*Caeſar Auguſtus.*
CAESS. AVGG.	*Caeſares Auguſti.*
CAESS. AVGGG.	*Caeſares. De tribus.*
CAR. COIV.	*Cariſſimae coniugi.*
CARISS.	*Cariſſimus.*
C.B.	*Commune bonum.*
C.C.	*Conſilium coepit*, vel *Ceſſet.*

CD.	*Quadringenta.*
CEL.	*Celeres.*
CEN. PP. vel CENS. vel CNS.	*Cenſor perpetuus.*
CEN. A.	*Cenſoris arbitratu.*
CENT.	*Centuria*, vel *Centurio*, vel *Centenario.*
CENTV.	*Centuriones.*
C. F.	*Caij filius.*
C. H.	*Cuſtos haeredum.*
CIC.	*Cicero.*
C. I. C.	*Caius Iulius Caeſar.*
CIPP.	*Cippus, id eſt, terminus, vt Cippum, ſeu Lapidem.*
C L.	*Claudius.*
C. L.	*Caij Libertus*, vel *Caius Libertus.*
Ↄ L.	*Conlibertus.*
Ↄ. I. vel L. vel I.	*Caia Liberta.*
Ↄ. L.	*Caiae libertae.*
C. LIB.	*Cay libertus*, vel, *liberorum.*
Ↄ L I.	*Conlibertae cariſſimae.*
C M.	*Comis.*
C. M. vel CA. M.	*Cauſa mortis*, vel C. *Marius.*
C N.	*Cneus*, vel *Cneuius.*
C N.	*Caius noſter*, vel *caeſar noſter*, vel *ciuis noſter.*
CN. ARR.	*Cneius Arrius.*
CN. L.	*Cnei Libertus.*
CO.	*Coniugi.*
C. O.	*Ciuitas omnis.*
Ↄ O.	*Controuerſia.*
COM. OR.	*Comitia obdriaca*, vel *obdurata*, vel *obchiaca.*
CON.	*Conſularis.*
CON. SEN. E. ORD. P. Q. R.	*Conſenſu Senatus, equeſtris ordinis, populiq́ Romani.*
CONS. vel CS.	*Conſiliarius.*
COL. vel CL.	*Colonia*, vel *Coloniae*, vel *coloni*; *collegae*, *vel collegiae*, vel *Collegium.*
COL.	*Collega*, vel *Colloniae*, vel *Columen.*
COLL. FABR.	*Collegium fabrum*, vel *Fabrorum.*
COH. vel COH.	*Cohors.*
CONIV.	*Coniunxit.*
CONIV. OBSEQVENTISS.	*Coniugi obſequentiſſimae.*
CONIV. G. M.	*Coniugi merenti.*
CONIVX.	*Coniunx.*
CONLIB.	*Conlibertus*, vel *conliberta.*
CONTVB.	*Contubernalis.*
COR.	*Cornelius.*
COS.	*Conſul.*
COS. QVAR. vel IIII.	*Conſul quartum*, vel *Quarto.*
COS. TER.	*Conſul tertium*, vel *Tertio.*
COS. DESIG.	*Conſules deſignati.*
COSS.	*Conſules*, vel *Conſiliarij.*
COS. DES.	*Conſul deſignatus.*
C. P.	*Ciuis publicus.*
C. R.	*Ciuis Romanus.*
C R.	*Creticus*, vel *criſpus.*
C R.	*Contractum.*
C. R. C.	*Cuius rei cauſa.*
C. CR.	*Contrarium contractum.*
CS.	*Conſiliarij.*

C. S.	*Conſulum ſententia*
C. R. C. P.	*Cuius rei cauſa promittis.*
C. V.	*Centumuirum*, vel *Clariſſimus vir.*
C. V.	*Clariſſimo viro.*
CVL.	*Cultores.*
CVR.	*Curionum*, vel *Curiarum*, vel *Curſor.*
D D.	*Diuus*, vel *Decius*, vel *Diebus*, vel *Deuotus*, vel *Diuinus*, vel *Diua.* (*Dedicauit.*
D. A. vel AVG.	*Diuus Auguſtus.*
DATHI.	*Dathico.*
D. AVG.	*Deo Auguſto*, vel *Diuo Auguſto.*
D. B. I.	*Dis bene iuuantibus.*
D. C. vel CAES.	*Diuus Cæſar.*
D. C. A.	*Diuus Cæſar Auguſtus.*
D. C. S.	*De conſulum ſententia*, vel *De conſilij ſententia.*
DD.	*Dedicauerunt*, vel *Dicarunt.*
D. D.	*Deo dicauit*, vel *Dotis datio*, vel *Dictio*, vel *Dis dantibus*, vel *Donantibus*, vel *Dono dedit*, vel *Dono datum*, vel *Deo domeſtico*, vel *Donauit*, vel *Dono dicauit.*
D. D. D.	*Datus decreto decurionum*, vel *Dono decurionum dedit*, vel *Dono dedit, dicauit*, vel *Dono decurio dedit.*
D. D. D.	*Dono dederunt*, vel *Dedere.*
D. D. D. D.	*Dignum deo donum dicauit.*
D. D. D. D.	*Decreto decuriones dederunt.*
D. D L. M.	*Dono dedit libero munere.*
DD. NN.	*Domini noſtri.*
DDD. NNN.	*Domini noſtri, De tribus Impp.*
DD. Q.	*Dedit, donauitque.*
D. D. Q. S.	*Dis, deabuſque ſacrum.*
D. D. S.	*Dis, deabus ſacris, vel ſacrum.*
DE.	*Decius.*
DEST.	*Deſtinato.*
DF.	*Defunctus.*
D. F.	*Decij filius.*
D. F.	*Dotem fecit*, vel *Donum.*
D. G.	*Dedit gratis.*
D. H.	*Donauit heredibus*, vel *Dono habuit.*
DIG. M.	*Dignus memoria.*
DIL. vel DILECTISS.	*Dilectiſſimus.*
D. I. M.	*Dis Inferis maledictis*, vel *Malis*, vel *Dari iuſſit.*
D. IMM.	*Dis immortalibus.*
D. IM. S.	*Dis immortalibus ſacrum.*
D. L.	*Dat laudes*, vel *Donauit locum.*
DL.	*Delego.*
D. L. D. P.	*Dis locum dedit publice.*
D. L. S.	*Dis laribus ſacrum.*
D. M.	*Dis manibus*, vel *Domus mortui.*
D. M. vel D. M. (with overline)	*Dolum malum*, vel *Dubium malum*, vel *Donauit monumẽtum.*
D. M. AE.	*Deo magno æterno.*
D. M. F. V. C.	*Dolo malo, fraudiſve cauſa.*
D. M. M.	*Dis manibus Meniorum.*
DN.	*Dominus.*
D. N.	*Dominus noſter.*
D. N. M. Q.	*Deuoto numini, maieſtatique.*
DNN.	*Domini.*
D. O.	*Dis omnibus*, vel *Deo optimo.*
DOMIC. COS. XIII. LVD. SÆC. F. C.	*Domicius conſul XIII. ludos ſæculares faciendos curauit.*

DOT.	*Dotem.*
D. P.	*Diuus Pius*, vel *Dis penatibus*, vel *Patrijs*, vel *Dotem petit.*
D. PEC. R.	*De pecunijs repetundis.*
D. PP.	*Deo perpetuo.*
D. P. S. D. L. D. P.	*Deo poſuit ſibi, dis locum dedit publice.*
D. Q.	*Dis Quirinalibus*, vel *Diſque.*
D. Q. R.	*De qua re.*
D. Q. S.	*De quo ſupra.*
DR.	*Druſus.*
DT.	*Duntaxat.*
D. T. S. P.	*Diem tertium, ſine perendie*, vel *Sine perendium*, vel *Sine perendinum.*
D. V.	*Deuotus vir*, vel *Veſter*, vel *Dis volentibus*, vel *Deuotus Veſta*, vel *Dies quintus.*
DVC. DVC.	*Ducum ductore*, vel *Ducum ductio*, vel *Ductorum ductor.*
DVL. vel DOL. vel DVLCISS.	*Dulciſſimus.* Sicque in cæteris ſimilibus.
D VIIII.	*Diebus nouem.*
E	*Eſt.*
E' vel E.	*Eius.*
E. Æ.	*Eius ætas.*
E. B.	*Eius bona.*
E. D.	*Eius domus.*
EE.	*Eſſe.*
E. F. vel FIL. vel FL.	*Eius filius.*
E. F.	*Eius fecit.*
E. H.	*Eius heres.*
E. L.	*Edita lex.*
E'. M. vel EI. M.	*Eiuſmodi.*
EMP.	*Emptor.*
E. N.	*Etiam nunc.*
EOR.	*Eorum.*
EPI. vel EP.	*Epiſtola.*
EP. M.	*Epiſtolam miſit.*
EQ. M. SP. POM.	*Equitum Magiſter Spurius Pompeianus.*
EQ. OR.	*Equeſtris Ordinis.*
EQ. P.	*Eques publicus.*
EQ. R.	*Eques Romanus.*
ER.	*Erunt*, vel *Erit.*
EXCVR.	*Excurſio.*
EX. D. A.	*Ex domo Auguſti.*
EX. DO. AVG.	*Ex domo Auguſti.*
EX. R.	*Exactis Regibus.*
F	*Filius*, vel *Filia*, vel *Fuluius*, vel *Fecit*, vel *Februarius.*
Ⅎ. vel F.	*Filia.*
Ⅎ. pro	*V. vt SERⅎVS.*
	ⅎVLGVS. ⅎIXIT. pro Seruus, Vulgus, Vixit.
	& Digamma Aeolicum appellatur.
FAB.	*Fabius.*
FABR.	*Fabrum*, vel *Fabrorum.*
FAC.	*Facti.*
FAC. C.	*Faciundum curauit.*
F. C.	*Fidei commiſſus*, vel *Fiduciæ cauſa*, vel *Fraude creditoris*, vel *Faciundum curauit.*
F. D.	*Fides data.*
FEB. vel F.	*Februarius.*
F. F.	*Flando ferendo*, vel *Fidem facit*, vel *Filius familias.*

FR.

FR.	*Fecerunt*, vel *Fabricauerunt*, vel *Fabrefactum*, vel *Fundauerunt.*
F. FA. vel F. F.	*Filius familias.*
F. FF.	*Fabricari fecerunt.*
F. F. F.	*Ferro, flamma, fame*; vel *Fortior fortuna fato*; vel *Flauij filius fecit.*
F. FL. vel F. F.	*Fratris filius.*
F. H.	*Filius heres.*
F. I.	*Fieri iuſſit.*
FID.	*Fides.*
FIL. vel F. L.	*Filius.*
FL.	*Flauius*, vel *Flauia*, vel *Flaminius.*
FLAM.	*Flaminius*, vel *Flamen.*
F. M.	*Fati munus*, vel *fieri mandauit.*
F. M. I.	*Fati munus impleat*, vel *Impleuit.*
F. N.	*Fides noſtra.*
F. N. C.	*Fidei noſtrae commiſit*, vel *Commiſſum.*
FOR.	*Forte*, vel *Forum*, vel *Foris*, vel *Foras*, vel *Fortuna*, vel *Fortunata.*
FOR. RED.	*Fortunae reduct.*
FR.	*Fronte.*
FR. COR.	*Forum Cornelij.*
FR. F.	*Fratris filius.*
FR. I.	*Forum Iulium.*
FR. L.	*Forum Liuium.*
FR. POM.	*Forum Pompilij*, vel *Pomponij.*
FR. S.	*Forum Sempronij.*
F. S.	*Fratres.*
F. V. C.	*Fraudiſue cauſa.*
FVNC.	*Functus.*

G

G.	*Gaudium*, vel *Genus*, vel *Gens*, vel *Gellius.*
G. AVG.	*Genio Augusti.*
G. B.	*Gens bona.*
G. D.	*Gens doloſa.*
GEN. COR. ℞.	*Gente Corneliorum.*
GEM. vel GERM.	*Germ.* vel *Germanico.*
GG.	*Geſſerunt.*
GL.	*Gloria.*
GL. E. R.	*Gloria exercitus Romani.*
GL. N. L.	*Gloria nominis Latini.*
GL. P.	*Gloria parentum*, vel *Patriae* vel *Populi.*
GL. P. R.	*Gloria populi Romani.*
GL. R.	*Gloria Romanorum.*
GL. S.	*Gallus Sempronius.*
G. M.	*Gens mala.*
G. N. N.	*Genus noſtrum.*
G. N. R. S.	*Genus Romani Senatus.*
G. R.	*Genus regium.* vel *Rerum.*
GR.	*Gratis*, vel *Gerit.*
GRA.	*Graecus.*
GR. D.	*Gratis dedit.*
G. S.	*Genio ſacro*, vel *Sacrum.*
GT.	*Gentem.*



	Loco *G. Antiqui ponebant.*
I	vel C. loco *H.*
H	*Honeſtas*, vel *Hic.* vel *Heres*, vel *Heredes*, vel *Homo*, vel *Honeſtus.*
H̄.	*Hora*, vel *Honeſtas.*
H.	*Honor*, vel *Honori*, vel *Hora*, vel *Hoc.*
HA.	*Hadrianus.*
H. B. vel H.	*Hora bona*, vel *Heres bonorum.*
H. B. F.	*Homo bonæ fidei.*
H. DD.	*Hic dedicauit.*
H. DD.	*Hic dedicant*, vel *Dedicauerunt.*
H. F.	*Honeſta femina*, vel *Fortuna*, vel *Hic fundauit*, vel *fundat.*
H. I.	*Hereditario iure*, vel *Hercle iurauit.*
HIC. LOC. HÆR. NON. SEQ.	*Hic locus heredes non ſequitur.*
H. L.	*Honeſto loco*, vel *hic locus.*
H. L. D.	*Hunc locum dedit.*
H. L. N.	*Honeſto loco natus.*
H. L. H. N. S.	*Hic locus heredes non ſequitur*, vel *ſequetur.*
H. M. vel N.	*Honeſta mulier.*
H. M. vel H̄.	*Hora mala.*
H. M. AD. H. N. TRAN.	*Hoc monumentum ad heredes non tranſit.*
H. M. D. M. A.	*Huic monumento dolus malus abeſt.*
H. M. H. E. N. S.	*Hoc monumentum heredes eius non ſequuntur.* (*quetur.*
H. M. H. N. S.	*Hoc monumentum heredes non ſequitur*, vel *heredem non ſe-*
H. M. P.	*Hic memoriæ poſuit*, vel Hoc *monumentum poſuit.*
Ho. vel H.	*Homo*, vel *Honeſtus.*
HOR. VI.	*Horis ſex*, vel *hora ſexta.*
HOS.	*Hoſtis.*
H. P. vel H̄.	*Hora peſſima*, vel *honeſta perſona.*
H. P.	*Hic poſuit*, vel *Poſſent* vel *poſſint.*
H. POSS.	*Hereditatis poſſeſſor*, vel *Poſſeſſores.*
H. R.	*Honeſta ratio.*
H. R. I. P.	*Hic requieſcit in pace.*
H. S.	*Haec ſit*, vel *Herculi ſacrum.*
H. S. vel H̄.	*Hora ſecunda*, vel *Sacra.*
H. S. E.	*Hic ſitus eſt.*
H. S. H. N. S.	*Hoc ſepulchrum heredes non ſequuntur.*
H. S. S.	*Hic ſepulti ſunt.*
H. S. V. F. M.	*Hoc ſibi viuens fieri mandauit.*

Nota in ſupraſcriptis quod heredes non ſequebantur monumentum, ſed monumentum ſequebatur heredes.

I. II. III. IIII.	*Vnus, Duo, Tres, Quatuor*; vel *Primus, Secundus, Tertius, Quartus.*
Ī.	*In.*
Ɨ	*Inter*, vel *interdum*, vel *Interea.*
Ɨ A.	*Interea.*
IAN.	*Ianuarius.*
Ɨ C. vel I.	*Intra circulum.*
I. C.	*Iulius Cæſar.*

I. C. E. V.	*Iuſta cauſa eſſe videbitur.*
I. C.	*Iuriſconſultus.*
ID.	*Idus.*
I. D.	*Inſeris dis.*
I. D.	*In dimidio*, vel *Iuriſdicendi*, vel *Iuridicundo.*
Ɨ E.	*Interdum.*
I. D. C.	*Iuris dicendi cauſa.*
I D. P.	*Iuredicendo præerit*, vel *Iuridicundo præfuit.*
I. E.	*Iudex eſto.*
I. F.	*Iulij Filius.*
I. FO. vel I. F.	*In foro.*
I. FO. B.	*In foro Boario.*
I. FO. C.	*In foro Cæſaris.*
I. FO. FLAM.	*In foro Flaminij, vel Flaminis.*
I. FO. IV. vel I.	*In foro Iulij.*
I. FO. L. vel L.	*In foro, Liuij, vel Lucij.*
I. FO. P.	*In foro Pacis*, vel *Palladis.*
I. FO. POP.	*In foro populi*, vel *Pompilij*, vel *Popilij.*
I. FO. P. R.	*In foro pro roſtris.*
I. FO. TR.	*In foro Traiani.*
I. H.	*Iuſtus homo.*
III. VIR.	*Trium viri.*
IIII. VIR.	*Quartum viri. & ſimiliter.* VII. *Septemviri.* X. V. *Decemviri. & deinceps.*
	*Sextumvir*, vel *Sexumvir.*
I. I. N. Q.	*Iniuſtis nuptijs quæſitus.*
I. L.	*Iure legis, vel, in loco, vel Iuſta lex.*
Ɨ. L.	*Intra limitem.*
I. L. D.	*In loco diuino.*
I. L. P.	*In loco publico.*
I. L. R.	*In loco religioſo.*
I. L. S.	*In loco ſacro.*
IMP.	*Imperator.*
IMPP.	*Imperatores.*
IMPPP.	*Imperatores, De tribus.*
IN. FR. P. VI. LAT. VII.	*In fronte pedes ſex, Latum ſeptem. vel latitudine.*
IN. FR. P. XX.	*In fronte pedes viginti.*
IN. AGR. P. XX.	*In agro pedes viginti.*
I. O. M. S.	*Ioui optimo maximo ſacrum.*
I. O. M. IM.	*Ioui optimo maximo immortali.*
I. P.	*Iuſta perſona.* vel *Iuſtus poſſeſſor.* vel *In poſſeſſione*, vel *Ius Pontificium.*
I.	*Iure rogauit.* vel *Iure Romano.*
I. R.	*Ius Romanum.*
ĪR.	*Iuribus Romanorum.*
I. S.	*Iudicium ſolui.* vel *In ſenatu*; vel *Iudicio ſenatus*; vel *Iudicium ſolius*; vel *Iudicatum ſolui.*
I. S. C.	*In ſenatu conſulto.*
I. S. D.	*In ſeris dis.*
I. SN. R.	*In ſenatu Romano.*
I. S. S.	*Inferius ſcripta ſunt.*
Ɨ. T.	*Intra tempus.* vel *Iure teſtamenti.*

I.TC.	*Intra tempus conſtitutum.*
Iv. vel IIII.	*Quatuor.*
I. V.	*Iuſtus vir.*
IVD.	*Iudicium.*
IVNON. ET. PROSERP.	*Iunoni & Proſerpinae.*
IVRD.	*Iuriſdictio.*
IVV.	*Iuuenis. vel iuuentus.*
K	
K. vel KAL. vel KL.	*Calendae. vel Caput, vel Clariſſimus. vel Cardo.*
	Calendae.
K. K. vel K.	*Caſtra.*
	Cardo.
K.	*Cariſsima.*
KAL. IAN.	*Calendis Ianuarij, vel Ianuarijs.*
KAR.	*Karthago, vel Kariſſimus.*
K. AVG.	*Calendae Auguſti. vel Calendis.*
K. C.	*Capite cenſus. vel cenſitus. vel Karthago ciuitas. vel Capite cenſuũ, vel Caeſus.*
K. D.	*Capite diminutus.*
K. DD.	*Caſtra dedicantia; vel dedicauit, vel dedicauerunt, vel dedicamus.*
K. F.	*Cardo finalis.*
K. I. vel IA. vel IAN.	*Calendae Ianuarij.*
K. K. vel C.	*Calumniae cauſa.*
KL. vel KAL. vel K.	*Calendae.*
KL. vel K. vel KAL.	*Calendis.*
K. M.	*Cardo Maximus.*
K. P.	*Cardo poſitus, vel caſtra poſuit, vel poſuit.*
K. Q.	*Calendae Quintilis, vel Quintiles.*
K. S.	*Calendae Sextiles. vel Sextilis.*
K. T.	*Capite tonſus.*
L	*Lucius, vel Lucia, vel Laelius, vel Laelia, vel Libertus, vel Quinquaginta.*
L. vel LIB. vel LIBERT.	*Libertus.*
LA. C.	*Latini Coloni, vel Coloniani, vel Coloniarij.*
L. A. D.	*Locus alteri datus.*
L. ÆL.	*Lucius Aelius.*
L. AG.	*Lex Agraria.*
L. AN.	*Quinquaginta annis.*
L. AP.	*Ludus Apollonis, vel Apollinaris.*
L. BIB.	*Lucius Bibulus.*
L. B. M. D.	*Locum bene merenti dedit.*
L. BO.	*Lex Boaria.*
L. C.	*Lucius Catius, vel Lucius Cornelius.*
LC. DIV. vel D.	*Lucus diuinus vel Lucum diuinum.*
L. CAE. vel COE.	*Lucius Caelius, vel Coelius.*
L. CEN.	*Lucius Cenſorianus.*
L. CIN.	*Lex Cincia.*
LC. S.	*Lucus ſacer. vel lucrum ſacrum.*
L. D.	*Locum deditum, vel Lucrum dedititium.*
L. D. A. B. M.	*Locum dedit Auius bene merenti.*
L. D. D.	*Locus dono datus.*
L. D. D. D.	*Locus datus decreto Decurionum, vel Libens dono dedit, dicauit; vel Libens datum decreto Decurionum.*
L. D. DD.	*Locum dono dederunt.*
L. DIV.	*Lucus diuinus.*
L. E. D.	*Lege eius damnatus.*
LEG. vel LG.	*Legio.*
LEG. III. ITAL.	*Legionis tertiae Italicae.*
L. EM.	*Locus emptus.*

L. F. vel FIL. vel FL.	*Lucius filius.*
L. FV.	*Lucius Furius.*
LG.	*Legauit.*
LG. D.	*Legio decima*, vel *Legem dat.*
L. H.	*Locum hunc*, vel *Locus heredum.*
LIB. vel L.	*Libertus*, vel *Liberti*, vel *Libertas.*
L. IV. REP.	*Lex Iulia repetundarum.*
LIB. LIB. Q. POST. Q. EOR.	*Libertis, libertabuſque, poſteriſq; eorum.*
LE.	*Lelius*, vel *Legibus.*
L. L.	*Lucij liberti*, vel *Lucius libertus*, vel *Liberta*, vel *Lucij libertus*, vel *Liuij libertus.*
L. L. Q. E.	*Libertis, libertabuſque eorum.*
L. L. L.	*Lucij liberti locus.*
L. L. L. M. M.	*Lacerat lacertum Largij mordax Menius. Author M.T.C. libro de Oratore ſecundo.*
HS vel LLS.	*Seſtertius.*
L. LVC. Q. F.	*Lucius Luceius Quinti filius.*
L. M.	*Locus*, vel *Locum monumento*, vel *mortuorum.*
L. M. vel M M V.	*Lucius Muræna*, vel *Morena.*
L. MAN.	*Lucius Manlius.*
L. NN. FAV.	*Lucius Nonius Fauſtinus.*
L. N.	*Latini nominis.*
LONG. P. VII. LAT. P III.	*Longum pedes ſeptem, Latum pedes tres.*
L. P.	*Locus proprius*, vel *Propitius*, vel *Lege punitus.*
L. P. C. R.	*Latini Priſci Ciues Romani.*
L. P. D.	*Locus publice datus.*
L. PL.	*Lex Plebeia.*
L. POS.	*Lucius Poſthumius.*
L. PR.	*Loco priuato*, vel *Locus priuatus.*
L. PVB.	*Loco publico*, vel *Locus publicus.*
L. Q. S.	*Locus qui ſupra, vel quo.*
L. R.	*Lex Romana.*
L. RV.	*Lex Ruſticana.*
L. S.	*Laribus ſacrum*, vel *Sacrorum*, vel *Locus ſacer*, vel *Lucius Samius.*
L. SC.	*Locus ſacer.*
L. S. DEN.	*Lucius Sicinius Dentatus.*
L. T.	*Lucius Tacitus*, vel *Legem tulit*, vel *Lucius Titius.*
LV.	*Quinquaginta quinque.*
L. V.	*Lex vetus.*
L. VAL.	*Lucius Valerius.*
LVCR.	*Lucretius*, vel *Lucretia.*
LVD. vel LVD. AP.	*Ludi Apollinares.*
L. VOC.	*Lex Voconia.*
LVD. SAEC.	*Ludi ſeculares.*
M	*Marcus*, vel *Miles, vel Monumentum*, vel *Mutius*, vel *Mulier.*
M. vel W. vel MVL.	*Mulier.*
M.	*Minutius.*
MA.	*Macunius.*
MAG.	*Magiſtratus.*

MAG. EQ.	*Magiſter Equitum.*
M. ÆM.	*Marcus Aemilius.*
MAT. P. FEC. ET. S. ET. S. P. Q. E.	*Mater piiſſima fecit & ſibi, & ſuis, poſteriſque eorum.*
MARIT.	*Maritus.*
M. AVR.	*Marcus Aurelius.*
MAX.	*Maximus.*
M. B. vel W. vel MVL. B.	*Mulier bona.*
M. C. vel CIC.	*Marcus Cicero.*
M. C.	*Marcus Cenſor.*
M. C.	*Monumentum condidit, vel Conſecrauit, vel Conſtituit.*
M. E. M.	*Municeps eius Municipij.*
MENS.	*Menſes.*
MER. S.	*Mercurio ſacrum.*
MES. IAN.	*Menſis Ianuarii.*
MES. FEBR.	*Menſis Februarii.*
MES. MAR.	*Menſis Martii.*
MES. APR.	*Menſis Aprilis.*
MES. MAI.	*Menſis Maii.*
MES. IVN.	*Menſis Iunii.*
MES. IVL.	*Menſis Iulii.*
MES. AVG.	*Menſis Auguſti.*
MES. SEPT.	*Menſis Septembris.*
MES. OCT.	*Menſis Octobris.*
MES. NOV.	*Menſis Nouembris.*
MES. DEC.	*Menſis Decembris.*
M. F.	*Marci filius.*
M. FA.	*Marcus Fabius.*
M. H.	*Magnus homo,* vel *Malus.*
M. I.	*Maximo Ioui.*
MIL.	*Miles,* vel *Militauit,* vel *Millia.*
M. vel Θ. INTER.	*Morte interemptus.*
M. L.	*Marci Liberti,* vel *Martii Liberti,* vel *Libertus,* vel *Militis locus.*
M. LEP. C. REG. INST.	*Marcus Lepidus ciuitatem Regienſium,* vel *Regii inſtaurauit.*
MM.	*Milites.*
M. M. vel MVL. M.	*Mulier mala.*
M. MAN.	*Marcus Manlius.*
M. MAR.	*Marcus Marcellus.*
M. N.	*Meo nomine.*
MNF. L.	*Manifeſtus locus.*
M̄. N.	*Millia numum,* vel *numorum.*
M. P.	*Marcus Pacuuius,* vel *Menſæ poſuit,* vel *Maximus Princeps.*
M. POP.	*Marcus Popilius.*
M. R.	*Miles Romanus.*
M̄R.	*Militiæ Rhauennatis.*
M. REG.	*Militiæ Regienſium,* vel *Militum.*
M. S. P.	*Memoriæ ſuæ poſuit.*
M̄S.	*Menſibus,* vel *Menſes.*
M. T. C. vel TVL. CIC.	*MARCVS TVLLIVS CICERO.*
MV. vel M. vel MV.	*Mutius.*
MV. F.	*Mutii filius.*
M. V̄I. vel MENS.	*Menſibus ſex.*
MVN. vel MVNP.	*Municipia,* vel *Municeps.*
MVLIEB.	*Muliebrem.*

N

N	*Nominis*, vel *Non.*
N̄. vel N̄ ⁺.	*Noſter*, vel *Nepos*, vel *Numiſma.*
N̄.	*Non*, vel *Nummorum.*
NAC.	*Nactus.*
NAT.	*Natalia*, vel *Natio*, vel *Natione.*
NATOR.	*Natorum.*
NAV.	*Naues*, vel *Nauibus.*
NAVIC.	*Nauicula.*
N. CL. vel NR: CL.	*Nero Claudius.*
N.C. S.C. S.D.E.	*Nouis cumbus Senatuſconſulti ſuffragium datum eſt.*
NEG.	*Negotiator.*
NEP.	*Nepos.*
NEPT.	*Neptunalia.*
NEP. RED.	*Neptuno reduci.*
NEP. S. vel SAC.	*Neptuni Sacellum.*
N. F. C.	*Noſtrae fidei commiſſum.*
N.F.N. vel NOB.	*Nobilis familia natus.*
N H.	*Notus homo.*
N. K. C.	*Non calumniae cauſa.*
N. L.	*Nominis Latini*, vel *Non licet.*
N.M.	*Nonius Macrinus.*
NN. vel N̄N.	*Noſtri. In plurali.*
NOB.	*Nobilis.*
NOBB.	*Nobilibus.*
NOB. G.	*Nobilis genere.*
NON. APR. vel APRIL.	*Nonis Aprilis.*
N. Q.	*Nuſquam*, vel *Neque*
N. R.	*Nero.*
N̄.R̄.	*Nobilis Rhavennas.*
N. T.	*Noſtri temporis.*
N · vel NAT.	*Natio.*
NVP.	*Nuptias.*
N. V. N. D. N. P. O.	*Neque vendetur, neque donabitur, neque pignori obligabitur.*

O

O	*Ollim*, vel *Optimo*, vel *Oportet.*
O. vel OR.	*Ordo*, vel *Optimo.*
O. A. Q.	*Omnis ad quos.*
O B.	*Obiter.*
OB. C. S. vel CIV. SER. vel O.	*Ob ciues ſeruatos.*
OB. M. E.	*Ob merita eius.*
OB. M. P. E. C.	*Ob merita pietatis, & concordiae.*
O. CON.	*Operas conduxit.*
O. E. R.	*Ob eam rem.*
OFF.	*Officium.*
O. H. S. S.	*Oſſa hic ſita ſunt.*
O. L.	*Operas locauit.*
O. M.	*Optimus Maximus.*
O. P.	*Optimo*, vel *Opiter*, vel *Oportet.*
OP. ET. S. P.	*Optimo, & ſancto patrono*, vel *Optimae, & ſanctae patronae.*
O. P. P.	*Optimo Principi fecit.*
OP. PRIN. vel O.	*Optimo Principi.*
O. P. P.	*Oppidum.*
OR.	*Ornato*, vel *Ordo.*
OR. vel O.	*Ordo.*
ORB. PAR.	*Orbati parentes.*
ORD.	*Ordinis.*

OR. M. vel MIL.	*Ordo Militum.*
Ō S. C.	*Omnes conciliat.*
O. V. D.	*Omni virtute dedito.*
O. V. F.	*Optimo viuenti fecit.* vel *Omnia viuens fecit,* vel *omnibus viuis fecit,* vel *Omnibus viris fecit,* vel *Omnibus viuens fecit.*
Ø	*Opertum.*
Θ. vel Θ.	*Mortem ſignificat. Eſt autem Graeca litera cui* Θῆτα *nomen eſt.*

P

PA.	*Publius,* vel *Pedes,* vel *Paſſus,* vel *Pater,* vel *Pupillus,* vel *Poſuit.*
	Pupilla.
P. AEL. AG. LIB.	*Publius Aelius Augusti libertus*
PAL.	*Palmatus.*
PAR.	*Parentum.*
PARTH.	*Parthicus.*
PATR.	*Patritius.*
P. C.	*Patres conſcripti,* vel *Pactum conuentum,* vel *Pecunia conſtituta,* vel *Patrono coloniae,* vel *Patronus Coloniae,* vel *Praefectus caſtrorum.*
P. C̄. vel P. C.	*Pecunia conſtituta.*
P. CON.	*Pactis conuentum.*
P. D.	*Publice dedit.*
PEC.	*Pecunia.*
PERT.	*Pertinax.*
P. F.	*Publij filius,* vel *Publice fecit,* vel *Pius Felix.*
P. H. C.	*Publicus honor curandus.*
PICEN.	*Picenum,* vel *Picentes.*
PIENT. vel PIENTISS.	*Pientiſſimus.*
P. I. R.	*Populus iure rogauit.*
P. L.	*Publij libertus,* vel *Publius libertus.*
PLE. vel PL.	*Plebis.*
PLEBS. VRB. ET. HON. V.	*Plebs vrbana, & honore vſi.*
P. M.	*Pontifex Maximus;* vel *Plus, minus.*
P. M̄.	*Principi Militum.*
POB.	*Poblicius.*
PON. vel POM.	*Pompeius.*
PONT. MAX.	*Pontifex Maximus,* vel *Pontifici Maximo.*
PONTIF.	*Pontifici.*
POP.	*Populus,* vel *Popilius.*
POT.	*Poteſtas,* vel *Poteſtate.*
PO. RO.	*Populi Romani.*
P. P.	*Pater patriae,* vel *Pater Patratus.*
P. P. C. vel P. C.	*Patres conſcripti.*
P. P. P.	*Primus pater patriae,* vel *Pater patriae Proconſul.*
P. P. P. B. M.	*Pietas plenus poſuit bene merenti.*
P. P. P. P. E. S. S. S. E. V. V. V. V. V. V. F. F. F. F.	*Primus pater patriae profectus eſt. Secum ſalus ſublata eſt. Venit victor validus. Vicit vires vrbis veſtrae. Ferro, fame, flamma, frigore.*
P. P. R. vel PACE. P. R.	*Pace populo Romano.*
P. Q.	*Poſtquam.*
P. R.	*Populus Romanus,* vel *Poſſeſſori redditum.*
PR.	*Praeter.*
PRAEF.	*Praefectus.*
PRAEF. COH.	*Praefectus cohortis.*
PRAEFECT.	*Praefectum.*
PRAEF. FABR.	*Praefectus fabrum.*
PRAE. PRAES.	*Praefectus praeſidij.*
PRAEF. VRB.	*Praefectus Vrbis.*
PRAE. VIGIL.	*praetor vigilum,* vel *Praefectus.*
PR. C.	*praetor conſtitutus.*
P. R. E.	*poſt reges exactos.*

PRI.

PRI. ID. DEC.	*Pridie idus Decembris.*
PRI. K. MAR.	*Pridie Calendas Martij.*
PRI. N.	*Pridie nonas.*
PRINC. IVVEN.	*Principi iuuentutis.*
PR. K.	*Pridie Calendas.*
PROC. vel PROCOS.	*Proconſul.*
PROCOSS.	*Proconſules.*
PRON. vel PRONEP.	*Pronepos.*
PRS. P.	*Praeſes prouinciae.*
PRSS.	*Praeſides.*
P. S.	*Poſuit ſibi.*
P S.	*Plebiſcitum.*
P. S. ET S.	*Poſuit ſibi & ſuis.*
P. S. F	*Publice ſibi fecit.*
P. S. F. C.	*Publicae ſaluti faciundum curauit*, vel *Publico ſumptu faciundum curauit.*
P. V. D.	*Pro voto dedit.*
Q	*Quintus*, vel *Quinctius*, vel *Quae* vel *Que.* vel *Quartum.* vel *Quintilius.*
Q vel QVINT.	*Quintilius.*
Q vel QV. vel IV.	*Quartus.*
Q. A. M.	*Quemadmodum.*
QVAES.	*Quaeſtor.*
QVAESS.	*Quaeſtores.*
Q. B. F.	*Quaero.* vel *Quare bonum factum*, vel *Quare bonum facis.*
Q. B. M. V.	*Quare bene mecum vixit.*
Q. CAS.	*Quintus Caſſius.*
Q. E. R. E.	*Quanti ea res erit.*
Q. F.	*Quinti filius.*
Q. L.	*Quintu li libertus.*
Q. L. F.	*Quinti Lucij filius.*
Q L. S. S.	*Quaeſiuit liberam ſtatuam ſenatus.*
Q. M.	*Quo magis*, vel, *Quomodo.*
Q. MAX.	*Quintus Maximus.*
Q. N. Q. A. N. Q. N.	*Quando neque ais, neque negas.*
Q.Q vel QQ. vel QQ.	*Quinquennalis.*
Q R. F. E. V.	*Quare*, vel *Quod*, vel *Quemadmodum recte factum eſſe videtur*, vel *videbitur.*
Q. S. S. S.	*Quae ſupra ſcripta ſunt.*
Q. V. A. vel ANN.	*Quae*, vel *Qui vixit annis.*
QVAEVE. E. C. P. D. L.	*Quaeve eius cauſſa parata, do, lego*, vel *Parant.*
QVAES.	*Quaeſtor.*
QVAESS.	*Quaeſtores.*
QVIR. R.	*Quirites Romani.*
QVARTAE. L.	*Quartae legionis.*
R	*ROMA.*
R. C.	*ROMA ciuitas.*
R. D. D.	*Res dono data.*
REG.	*Regio.*
REI. M.	*Rei militaris.*
REI. P.	*Rei publicæ.*
REST.	*Reſtituit.*
RET. P. C.	*Retro pedes centum.*
RET. P. XX.	*Retro pedes viginti.*

RET. P.	*Retro pedum.*
R. F. E. D.	*Retro ſactum eſſe dicitur.*
RG. RHAV.	*Regio Rhauenna.*
RG. D.	*Regis domus.*
RG. F.	*Regis filius.*
RH. vel RHAV.	*Rhauenna, & quandoque ſine adſpiratione RAV.*
R. L. P.	*Recte legi poſſit.*
R. N. LON. P. X.	*Retro non longe pedes decem.*
RO.	*Romani.*
ROM.	*Romam.*
R. P.	*Res publica.* vel *Romani Principes.*
R. P. C.	*Rei publicae conſtituto.*
R. PRI.	*Res priuata.*
R. R.	*Reiectis ruderibus.* vel *Ruderibus recolligendis.*
R. REG.	*Rurum Regienſium.*
RR. R.	*Rurum Romanorum.*
R. R. R F. F. F.	*Regnum Romæ ruet, ferro, flamma, fame.*
R. VER.	*Rerum Veronenſium.* vel *Reſtitutor.*

S

S	*Sacrum.* vel *Sacellum.* vel *Semis.* vel *Sepulchrum.* vel *Scilicet.*
SACR.	*Sacrum.*
SARM.	*Sarmaticus.*
SARMATAR.	*Sarmatarum.*
SATVR.	*Saturnalia.*
S. C.	*Senatuſconſultum.* vel *Conſulum.*
SC. D.	*Senatuſconſulto decretum,* vel *Senatus conſultus decreuit.*
SC. FAC. E.	*Senatuſconſultum factum eſt.*
SCRI. SVL. P.	*Scriba Sulmonenſis populi.*
S. D SYL.	*Sententiam dicit,* vel *dedit Sylla.*
SEMP.	*Sempronius.*
SEPT.	*Septimius.*
SER.	*Seruius,* vel *Seruilius.* vel *Sergius.*
SEX.	*Sextus,* vel *Sextius.*
SEV.	*Seuerus.*
SEV. AVG. ARM. PART.	*Seuerus Auguſtus Armenicus, Parthicus.*
S. F. S.	*Sine fraude ſua.*
SIC. V.	*Sicuti voluit.*
S. L.	*Sacrorum ludorum.* vel *Sacrum ludum.*
SN.	*Senatus.*
S. N. L.	*Socii nominis Latini.*
S. N. S. Q.	*Si negat, ſacrum quaerit.* vel *Sacramentum quaerito.*
S. O.	*Sine occaſione.*
S. P.	*Sine pecunia.*
S P.	*Spurius.*
S. P. D.	*Salutem plurimam dicit.*
SP. F.	*Spurij filius.*
SP. L.	*Spurij libertus.*
SP. M.	*Spurius Milius.*
SPOR.	*Sportulae,* vel *ſportulis.*
S. P. Q. R.	*Senatus Populuſque Romanus.*
S. P. Q. S. C. P. S.	*Sibi, poſteriſque ſuis curauit pecunia ſua.*
S. Q. S. S. E. Q. N. I. S. R. E. H. L. N. R.	*Si quid ſacri ſancti eſt, quod non iure rogatum, eius hac lege nihil rogatur.*
S. S.	*Sententia ſenatus,* vel *ſomnium,* vel *ſomniorum ſomniator.*
SS.	*Sanctiſſimus.*

SS. (overlined)	*Sacri ſcrinij.*
S. S. C.	*Secundum ſuam cauſam.*
S. S. S.	*Sanito Siluano ſacrum.* vel *ſupraſcriptae ſummae.*
S. SS. S.	*Sanio ſanctiſſimo ſacrum.*
S. T.	*Sine teſtibus.*
S. T. A.	*Sine tutoris authoritate.*
STD.	*Stadium.*
STLITIBVS.	*Pro Litibus. quod inuentum eſt apud Ferentum in ciuitate Hiſtomo.*
ST. P.	*Stadium poſuit.*
S. V. L. Q.	*Sibi, vxori, liberiſque.*
SVRVM.	*Suorum.*
SYL.	*Sylla.*

T

T	*Titus* vel *Titius.*
T. A.	*Titus Annius,* vel *Tutore autore;* vel *Tutoris autoritate.*
TABVL.	*Tabulas.*
TAR.	*Tarquinius.*
T B. vel TP. B.	*Tempus bonorum.*
T. C.	*Teſtamento cauetur.*
TER.	*Terentius.*
T. F.	*Titi filius,* vel *Titus Flauius.*
T. F. I.	*Teſtamento fieri iuſſit.*
T. FL.	*Titus Flauius.*
THR.	*Thrax.*
TI. vel TIB.	*Tiberius.*
TIB. D. F. M.	*Tibi dulci filio meo.*
T. L.	*Titus Liuius,* vel *Titi libertus.*
T. LEG. III. (overlined)	*Tribunus legionis tertiae.*
TM. DD.	*Terminum dedicauit,* vel *Dedicante* vel *Thermae dedicatae.*
T. P.	*Titulum poſuit.*
T. P. B. vel T. B.	*Tempus bonum.*
TR. CEL.	*Tribuni celerum,* vel *Celtium.*
TR. AE.	*Tribuni AErarij.*
TRANS. AM.	*Trans Amnem.*
TRANS. PAD.	*Trans Padum,* vel *Transpadana.*
TRIB. POT. vel POTEST. vel TRIBVNIC.	*Tribunicia poteſtate.*
TRIVMPH.	*Triumphator.*
TR. LEG. II.	*Tribunus legionis ſecundae.*
TR. M. vel MIL. vel MILIT.	*Tribunus militum.*
TR. PL.	*Tribunus plebis.*
TR. POT. vel PT. vel TRIB. POT.	*Tribunicia poteſtate.*
TR. V. CAP.	*Triumuiri Capitales.*
TR. V. MON.	*Triumuiri Monetales.*
T. S. F. I.	*Teſtamento ſibi fieri iuſſit.* vel, *Teſtamento ſuo.*
T. V. vel TVT. VS.	*Titulo vſus.*
TVL.	*Tullius.*
TVL. H.	*Tullius Hoſtilius.*

Digitized by Google

TVL.	*Tutela.*
7	*Turma* vel *Turmarius.*
V	*Vir*, vel *quinque.*
V. VI. VII. VIII.	*Quinque, ſex, ſeptem, octo.*
V. A.	*Veterano aſſignatum.*
VAL.	*Valerius.*
VAT.	*Vates*, vel *Vatum.*
V. A. XI.	*Vixit annis vndecim.*
V. B. A.	*Viri boni arbitratu.*
V. B. F.	*Vir bonae fidei.*
V. C.	*Quinti Conſulis*, vel *Vir Conſularis*, vel *Clariſſimus.*
V. D.	*Viuus dedit.*
V. DICT.	*Vir dictatorius.*
V. E.	*Verum etiam.*
V. F.	*Viuens* vel *viuus fecit*, vel *Valde feliciter;* vel *Vſus fructus.*
V. F. vel FR.	*Vſus fructus;* vel *vir fortis.*
V. F. S. E. S.	*Viuens fecit ſibi & ſuis*, vel *Viuus.*
V. F. C.	*Viam faciundam curauit.*
V. I.	*Vir iuſtus*, vel *illuſtris.*
VIC.	*Victores.*
$\overline{\text{VII}}$. VIR.	*Septemviri.*
VIR.	*Virtutes.*
VIR. VE.	*Virgo veſtalis.*
$\overline{\text{VI}}$VIR.	*Sextumvir*, vel *Sextumviri.*
VIX. vel V.	*Vixit.*
VIX. AN. vel ANN. III. MENS. XI. DIEB. XV. vel V. A. III. M. XI. D. XV.	*Vixit annis tribus, menſibus vndecim, diebus quindecim.*
V. M. M.	*Votum merito Mineruae.*
V. N.	*Quinto Nonas.*
V. P.	*Viuus poſuit*, vel *Vrbis praefectus*, vel *Vir probus*, vel *Vir prudens.*
V. P. R.	*Veteri poſſeſſori redditum.*
V. PRAE.	*Vir Praetorius.*
V. QVAES.	*Vir Quaeſtorius.*
VR.	*Vrbs*, vel *Vrbis*, vel *Vrbanus.*
VRB. C.	*Vrbis conditae.*
VRBISAL.	*Vrbiſalia.*
V. S.	*Viuens ſtatuit*, vel *Vir ſacer.*
V. S. C.	*Voti ſui compotes.*
V. S. L. M.	*Viuens ſibi locum monumenti*, vel *monumento*, vel *Viuus* vel *Voto ſoluto libero munere*, vel *Viuens ſibi legauit monumentum*, vel, *Votum ſoluit lubens merito*, vel *Voto ſollemni libero munere.*
V. S. L. L. M.	*Viuens ſibi legauit locum monumento.*
V. S. P.	*Viui ſibi poſſederunt.*
V. V. F.	*Viuis viuens fecit.*
V. TRIVMPH.	*Vir triumphalis.*
V. FF.	*Viuentes fecerunt.*
V. VRB.	*Vir vrbanus.*
VX. vel VNX. vel $\overline{\text{VC}}$. S.	*Vxor.*
VX. O. D.	*Vxorem ducit.*

X *Decem-*

X	*Decem.*
X. P.	*Decem pondera,* vel *pondo.*
X. V.	*Decem viri.*
X. VIR.	*Decemvir.*
X. DIEBSS.	*Decem diebus.*
X. MILL.	*Decem milliaria.*
X̅. P.	*Decem pedes.*
X̅. PSS.	*Decem paſſuum.*
•.	*Denarij.*
7. Y.	Y. V.

CLAVDI DAVSQVI
NOTAE
AD VALERI PROBI
NOTAS.

HACTENVS Valerij Probi de Notis Romanorum Interpretandis libellus iſte venuſtulus Antiquitatis ſtudioſo probari merito potuit, in deliciis eſſe, in ſinu verſari, & confoveri. Paucula nihilominus mihi ad eas Notas obſeruata communi lege humanitatis inuitante pnblici iuris facio.

Imprimis idem Probus cum animadvertiſſet multa brevibus Notis exarata, & per ambages iacta in C. Caeſaris epiſtolis non ab omnibus capi, tanquam publicus orbis paedagogus, de iis librum texuit laudatum Gellio lib. 17. cap. 9.

Eſt adeo Probi Grammatici Commentarius ſatis curioſe factus de occulta literarum ſignificatione epiſtolarum C. Caeſaris ſcriptarum. Eum Commentarium ex epigrammate alium cenſeo a iam praeſcripto libello. Aliud enim eſt. *Occulta literarum ſignificatio*: aliud *Notae* vſus communis, quarum ope eſt *ſignificatio*. Aliud *Caeſar*: aliud *Romani*. Nec eadem *Epiſtolae*, & ſcripta qualiacumque, puta *Leges, Senatuſconſulta, Plebiſcita, Edicta, Orationes, Iudicia, Teſtamenta, Conuentiones*, aliaque ſexcenta. Nec eadem ſemper *Libellus*, & *Commentarius* Probi igitur de Notis Romanorum Libellus diſcrepitat ab illo Commentario Gelliano.

Notaui rurſus e Suida: Νοτάριος ὁ γραμματεύς, νόται γὰρ τὰ γράμματα : *Notarius Scriba: Notae enim ſunt Characteres* ore Romano. Iis non vna nomenclatio. *Notae, Signa, Litera, Puncta, Singula*, ſeu *Sigla* dicebantur illa verborum compendia, quae non omnibus literis perſcribebantur: ſed vna dumtaxat, alteráve aut etiam altera deſignata animum legentis occupabant. Vulgo quas *Ziphras* appellitant, accedunt ad Notas proxime. Nec vana coniectura eas dici ex ספר.

Tales *Notas* Intellexit Vlpianus lib. 28. D. tit. 5. lib. 6. *Sed & ſiquis pro centum ducenta per Notam ſcripſiſſet, idem iuris eſt*. Conſimilis variantia Graecis, quibus Σημεῖα, Χαρακτῆρες, Γράμματα, Σίγγλαι.

In Suida *Characteres* feci de *Notis* ante, ſecutus librum Galeno arrogatum, qui alioqui docti, & antiqui ſcriptoris eſt, in quo: Οὐχ ὁλογραμμάτως, ἀλλὰ διὰ χαρακτήρων πάντα σημαίνουσι:

Non

Non integratis per literas verbis: ſed per Characteres cuncta ſignificant. Potui tamen laxiore gyro *Literas* dicere, ſeu vſitatius *Literam* de Manilij exemplo libro 4. etſi *Notis ſcriptae tabulae non continentur edicto: quia Notas literas non eſſe Pedius libro viceſimoquinto ad edictum reſpondit*. Ita lib. 39. D. L. *Sed cum patrono*. *Natae* igitur illae Iuriſconſulti iudicio non ſunt *Literae*, ne Sidonij quidem Epiſt. 9. l. 9. *Qui comprehendebant ſignis, quod literis non tenebant*. Quid ergo? *Signa* vocum integrarum: non tantum literae, quibus conflatur ſillaba, & dictio: Signa, inquam, ſillabae, & dictionis. *Non ſunt Literae*: ſed quorundam opinione liturae fallaces, quibus auctoritatem lex non vna detrahit. Aliquanto poſt in id pluria damus. *Notae* tamen hae ſunt *Literae* oris forma, & compoſitione. Quid enim aliud *A*. cum *Auguſtum* ſignificat? *B* cum *Brutum*? *C* cum *Caium*? *D* cum *Diuum*? Ideo Manilius: *Hic & ſcriptor erit felix, cui Litera verbum eſt*.

A *Notis Notarij*. D. Auguſt lib. 2. de Doctrina Chriſtiana cap. 26. *Ex eo genere ſunt etiam Notae, quas qui didicerunt, proprie iam Notarij appellantur*. Iidem ἀπὸ τῶν σημείων Σημειογράφοι Plutarcho in Catone. *Notas* enim Σημεῖα dixit in Dedicatione Petrus Diaconus. Scripſit quoque librum Ariſtonicus, cui Epigraphe Σημεῖα apud Etymologum. Similiter Σημείων γραφέας vocat eos Philoſtratus a *Signorum ſcriptione*. Eorum ſi quidem partes *Notare*, ſiue *Signis*, *Notis*, *literiſve* vocem vnam, pluréſve deſignare, & hac ratione alienam orationem excipere, & in ſcripti ſeriem mittere, ac ordinare.

Notandi verbo cum ea emphaſi vtitur Fabius in Prooemio, vbi cum de duobus libris ſuis, iniuſſu ſuo publicatis queritur: *Alterum pluribus ſane diebus, quantum* NOTANDO *conſequi potuerant, interceptum*. Suetonius in Galba c. 5. *Namq; quingenties H S cum praecipuum inter legatarios habuiſſet: quia* NOTATA, *non per ſcripta erat forma*.

Hoc officij promte, ac celeriſſime faciebant: ideo Ταχυγράφοι dicuntur Epiphanio, & cuique τῶν Septuaginta additi ſinguli τῶν ταχυγράφων, lib. de Pond. & Menſ. Quandoque celeritate incredibili res acta.

Manilius ſupra: *Quique Notis linguam ſuperet, curſumq; loquentis*
Excipiens longas noua per compendia voces.

Martial. lib. 14. *Nondum lingua, ſuam dextra peregit opus*.

Quem in locum docta iuxta, ac facunda eſt Raderi nota, ex qua, cum eius Commentarius omnium manibus teratur, nihil decerpo. Tito principi hanc etiam gloriam Tranquillus arrogat: *E pluribus comperi Notis quoque excipere velociſſime ſolitum, & cum amanuenſibus ſuis per ludum, iocumque certantem imitari chirographa quaecumque vidiſſet*.

Item ab alienis dictis *excipiendis Exceptores* dicti Hipponis Praeſul Epiſt. 152. *Dati ſunt etiam a nobis, & ab ipſis Notarij, quatuor hinc, & quatuor inde, vt bini cum Exceptoribus iudicis alternarent*. Eam appellationem tibi rurſus aggerit D. Auguſt. Epiſt. 163. Librarij igitur complures conſidebant diuiſis inter ſe partibus quot quiſque verba, & quo ordine exciperet.

Notariorum *Notas Puncta* quoque dixit Prudentius in Caſſiano: *Raptimque punctis dicta praepetibus ſequi*. *Singulorum* appellatio a deſolatione eſt: quia vna litera a reliquis ſeorſa figebatur, & *ſingulae ſingulorum* indices erant vocabulorum. Iuſtinianus in Conſtitutione.

Viris doctis neceſſarium genus hoc ſcriptorum, apud quos in honore, delicijsque fuerunt. Alexandrum Sophiſtam cum donis oneraret Herodes, δέκα δὲ ἵππους, δέκα δὲ οἰνοχόους, δέκα δὲ σημείων γραφέας dedit, auctor Philoſtratus. Eunomius quoque famoſus haereſiarches Aëtij Notarius fuit in Hiſtoria Eccleſ. Interpretes Septuaginta duo ſuos habuere Ταχυγράφους Epiphanij teſtimonio.

Porro Notarum inuentarum gloria Ennio Tullio Ciceronis liberto Perſannio, an Xenophonti debeatur, non parce diſquirit Epiſt. 27. Centur. 1. ad Belgas V. CL. I. Lipſius. Adiri poteſt, ſicui libentia. Hanc lampadem non excipimus: neque enim fulget abſque caligine, & nebula.

Notarum gloria, & vſus aequis cum ſcriptione metis porrectus eſt: potiſſimum autem valuit excipiendis Oratorum verbis. Ita Catonis Vticenſis excepta olim oratio vna apud Plutarchum, & Miloniana Pediani teſtimonio.

Vſus alter in diſputationibus Saepius nos docet D. Auguſtinus, vt cum lib. 1. contra Academicos c. 1. ſcribit diſputationem, quam inter ſe Trigetius, & Licentius habuerunt, *relatam in literas a Notario*, eiuſque Notarij opera tranſmiſiſſe ſe ad Romanianum. Item lib. 2. c. 7. Ea res diſputationi fraenos iniiciebat, dum quiſque verba ſua cum fide excipi videt a Notarijs. Auguſt. Epiſt. 163. *Vt eſſet nobis cautior, modeſtiorque tractatio: ſimul vt & vos, atque alij fratres, qui abſentes erant, quid inter nos actum eſſet, legendo cognoſceretis, poſtulauimus, vt a Notarijs verba noſtra exciperentur, quibus reluctantibus ſubſtituti alij*. Epiſt. 174. *Verba tua times a Notarijs conſcribi*. Ibidem: *Non*

tam

tam facile te Notariorum tabulas deleſſe potuiſſe, quam facile illam chartulam conſcidiſti. Ibidem : *Conſtituimus poſtmeridianum tempus, vt adeſſent Notarij ad excipienda verba noſtra . . . Notarios adduximus.* Fidem quoque vltro, citroque iacta Notariorum opera, atque auctoritate inueniebant. Item D. Auguſtinus Epiſt. 152. contra Donatiſtas: *Ne aliquis noſtrum ſe dixiſſe cauſaretur, quod non fuiſſet exceptum.* In Scholis item, ac iudicijs Notariorum vſus fuit longe creberrimus.

Verum enimvero tandem Vſus, vt fieri amat, in Abuſum vertit. *Has ideo Notas nouitij Imperatores a codicibus legum abolendas ſanxerunt: quia multos per has callidi ingenio ignorantes decipiebant, atque ita iuſſerunt ſcribendas in legibus literas, vt nullos errores, nullas ambages afferant: ſed ſequenda, & vitanda aperte demonſtrent.* Vox eſt Iſidori Hiſpalenſis l. 1. Orig. c. 22. Iuſtinianus in Conſtitutione, ſeu Pandectarum prooemio Notas vetat, aequam falſi reis poenam, ac *Siglis* leges ſcribentibus comminatur. Latine ſic: *Eandem autem poenam falſitatis conſtituimus aduerſus eos, qui in poſterum leges noſtras per Siglorum obſcuritates auſi fuerint conſcribere. Omnia enim, id eſt, & nomina prudentum, & titulos, & librorum numeros per conſequentias literarum volumus, non per Sigla manifeſtari. Ita vt qui talem librum ſibi parauerit, in quo Sigla poſita ſunt, in qualemcumque locum libri, vel voluminis, ſciat inutilis ſe eſſe codicis dominum. Neque enim licentiam aperimus ex tali codice in iudicium aliquid tale recitare, qui in quacumque ſui parte Siglorum habet malitias.*

Nec ciuili nec praetorio iure teſtamentum pagani valet, quod ſcriptum eſt Notis. Neceſſe eſt enim teſtamentum conſcribi literis. Notae autem non ſunt literae. Militis autem teſtamentum conſcriptum Notis valet. De vtroque conſulendus Cuiacius libro 3. Obſeruat. cap. 3.

Neque prava tantum ingenia Notarum odium inuexerunt, aut leges vetantes: verum Ambiguitas ipſa prope fecit inutiles, & facilitas interpretandi in varios, ſibique contrarios ſenſus. Exempla cum ſperabili Lectoris voluptate nonnulla ſuccudimus.

De Aeſopi ſapientia (talis ipſe etiam ſapientum indicio) quaeſiuerat Xanthus, quid Epigramma tale ſignaret in monumento Α Β Δ Ο Ε Θ Χ.

Aeſopus pacta libertate, ac theſauri dimidio theſaurum repertum adſerit, & hanc characterum ſignificantiam aperit Ἀποβὰς βήματα τέσσαρα εὑρήσεις θησαυρὸν χρυσίου. Tunc Xanthus cauſari Aeſopi aſtutiam, & libertatem promiſſam denegare. Aeſopus pro ſua ſolertia interpretationem aliam comminiſcitur, & regi Byzantiorum indicium theſauri facturum ſe minitatur. Hanc enim epigrammatis eſſe mentem: Ἀπόδος βασιλεῖ Διονυσίῳ, ὃν εὗρες θησαυρὸν χρυσίου. Quo audito theſauri, dimidium Aeſopus abſtulit.

Rurſus hic Aeſopus Xanthum ludos agit: negat a Xantho dimidium ſibi datum. A quo igitur? Ab eo, qui aurum iſthic defoderit. Docet ex iiſdem Notis: Ἀνελόμενοι βαδίσαντες διέλεσθε, ὃν εὕρετε θησαυρὸν χρυσίου. Scriptum eſt in 2. lib. de Oratore apud Tullium:

L. L. L. MM. Quaeſitum quid hoc? Reſponſum a ſene opidano: LACERAT LACERTVM LARGII MORDAX MEMMIVS.

Ita in Cicerone: Probus legit: MEVIVS. Quid ni pro ingenio eadem elementa ſic alius, atque alius interpretetur?

LVCIVS. LINGVA. LITIGAT. MANV. MINATVR

LVX. LATE. LVCET. MERIDIE MAXIME

Alius rideat:

LOCVS. LOTIO. LOTVS. MAGAM. MACVLAT

Veteres alias ambages referam Tullij verbis: *Mouent illa etiam, quae coniectura explanantur longe aliter, atque ſunt: ſed acute, atque concinne: vt cum Scaurus accuſaret Rutilium ambitus, cum ipſe Conſul eſſet factus, ille repulſam tuliſſet, & in eius tabulis oſtenderet literas:*

A. F. P. R. *idque diceret eſſe:* ACTVM FIDE P. RVTILI

Rutilius autem: ANTE FACTVM POST RELATVM

C. Fannius eques Romanus cum Rufo adeſſet, exclamat neutrum illis literis declarari. Quid ergo, inquit Scaurus?

AEMILIVS FECIT PLECTITVR RVTILIVS

Eaſdem literas repraeſentat Valerius Probus, apud quem legas B. V. V interpretata BALNEA VINA VENVS.

Non nolo: laxa coniectionibus habenas, & lerna foecundior ſurget interpretatio: Cur enim ex his non illa:

BONVS VIR VILIS
BACCHI VIVIDA VENA
BOS VIR VACCAE
BESTIA VENALIS VENIT
BIBO VETVS VINVM
BVBO VESPERTILIO VOLANT
B.V.V. BVPALIO VADVM VERTERE
BENNA VTVNTVR VNA
BACARIO VIRORVM VIRVS
BILIBRES VVAE VERNANT
BVSTVARIA VENAE VITIO
BREDA VIX VITALIS
BREDA VMBRA VANA
BREDA VOCIFERAT VLVLAT

Incertat interpretationem C L. quas literas Aldus ſic explicat:

Clarus : *Claude* : *Claudia* : *Claudiae* : *Claudius* : *Claue* : *Clauis* : *Clemens* : *Cliens* : *Clodius* : *Collis* : *Colonia* .

Item D. D.

Damnum Dedit : *Dare Damnas* : *Decreto dato* : *Decreto ducis* : *Decretum decurionum* : *Decurionalibus diebus* : *Dedit Deus* : *Dedit, dedicauit* : *Dedit, donauit* : *De donis* : *Deo dicauit* : *Deo domeſtico* : *Deuotus dicauit* : *Dicauit datum* : *Diis dantibus, vel donantibus* : *Ditio ducis* : *Dictio ducis* : *Domus dicata* : *Dono dedit, vel donauit, vel dicauit, vel datum* : *Dotis dictio, vel datio* : *Dotem dedit* : *Druſus decreuit* : *Duc, duç* : *Duçum dux*.

Haec Aldus in Notarum explanatione.

Quid olim clarius, aut tritius illo S. P. Q. R? quo ſuper rogatus ab Italo Gallus contemtim explanauit: *Si peu, que rien.*

Haereamus: & nos in Latio diuinemus:

SANVS POPVLVS QVERCVM RESPVIT abiecta veterum glande.
Item: SVS PARIENS QVAESITA ROMANIS
Item, olim SATIS PVGNACES QVIESCVNT ROMANI
Item: SALVS. POPVLI. QVIES REGIS
Aut: SAVCIVS, PROELIO QVAERIT RVSCVLVM:

Plura etiam dabit, qui nec otium prodiget. Adeo incerta eſt ſingulariorum elementorum ſignificatio! Et certe ab inſtitutis pendet humanis. Certa itaque expoſitio erit non a ſcribentis voluntate (quae vulgo ignara) ſed a populi conſenſu, aut ipſius rei notitia, quae ſe *ſignis* talibus indicari clamat. Sed haec duo parum in id poſſe docent ante dicta. Non & doctiorum & populi conſenſu iſta literarum nexio vſitata?

Q. R. C. F. Quid de his Ovidius? Faſtorum rem incertat:

Quatuor inde notis locus eſt: quibus ordine lectis
Vel mos ſacrorum, vel fuga regis ineſt.

Varro lib. 5. de L. L. ſic elucidat: *Dies, qui vocatur ſic*: QVANDO. REX. COMITIAVIT. FAS: *dictus ab eo, quod eo die rex ſacrificulus dicat ad comitium, ad quod tempus eſt nefas: ab eo fas*. Cum Varrone Feſtus. Alij: QVANDO. REX. COMITIO. FVGIT

Iuvantur ab Ovidio *Vel fuga regis ineſt*, atque a Plutarcho: Ἄπεισι φεύγων ἐξ ἀγορᾶς.

De

De literarum, aut Notarum initialium incertitudine nulla certior Nota, quam illa prima a Valerio poſita:

A. C. D.

A. *Auguſtus, vel Aulus*, inquit, *vel Aut, vel Aliquando, vel Ager, vel Agrum, vel Aiunt.*

Ecce ex conſenſu, Vſuque Romanorum princeps iſta litera, vel Nota ſeptem diuerſa ſignificauit: octauum in hoc nexu: A. D. P. *Ante diem, pridie*, Vide Cuiacium lib. 1. Obſeru. cap. 22. Iterumq. A. N. *Ante noctem.* In ijſdem Probi notis A. indicauit, *Alius, Arbitrium, Arma, Annis*, idque receptum veterum moribus.

Notas has Manutius inexplicatas reliquit. H. A. I. R. quas eruditiſſimus Radulphus Fornerius interpretatur Rerum Quotidianarum lib. 3. c. 3. *Honore accepto impenſam remiſit.* Solebant enim plerique ſolo ſtatuarum decreto contenti, municipum quidem honorem amplecti, ſumtum vero condonare. Quam rem ex vetere Monumento, Plinioq. Fornerius comprobat, atq. ex Inſcriptione Peruſina. Pulcerrima ab eodem eſt animaduerſio iſta: Apud eundem Manutium has notas C. O. N. O. B. quae in victoriatis nummis recentiorum Imperatorum, vt Flauij Valentiniani minoris conſpiciuntur, ſic explicatas inuenio: *Cudit officina noſtra omni bonitate:* Ego vero ſic exprimendas cenſuerim: *Ciuitates omnes noſtrae obediunto benerationi.* Cuius interpretationis auctorem habeo Cedrenum in Theodoſio his verbis: Ὅτι τὰ ἐν τοῖς νικαρίοις τοῦ νομίσματος ὑποκείμενα Ῥωμαϊκὰ γράμματα δηλοῦσι ταῦτα, τὸ K, κιβιτάτις· τὸ O, ὄμνις· τὸ. N, νόστρᾳ· τὸ O, ὀβιδιοῦντ· τὸ B, βενερατίονι. Τουτέστιν Αἱ πόλεις πᾶσαι ἡμετέραι πειθαρχήσουσαι προσκυνήσε.

C.

Cneium, quem antiqui Gneium dicunt, Diomedes lib. 2. Γαΐον. Vide Caius. Notauit Fab. lib. 1. c. 7. *Nam Caius C. litera notatur, quae inuerſa Ↄ mulierem declarat: quia tam Caias eſſe vocitatas, quam Caios ex nuptialibus ſacris apparet.* Idem Valerius Probus. Velius Longus in Orthographia: C *conuerſum, quo Caia ſignificatur.*

C L. *in titulo huius carminis Claudiuſne eſt, an Clemens, an aliquid aliud?* Quaerit attente Vinetus in Auſonij Parentalia.

Ↄ LIB. valet *Conliberta* in veterib. Monumentis. Apud Probū nihilominus reperias p. 1501.

Ↄ̄L. CONLIBERTVS. Item CONLĪB. CONLIBERTVS, vel CONLIBERTA. Idem apud Petrum Diaconum.

COSS. pro *Conſules*, quo priſci conſilio poſuere? Quibuſdam ex voculis N excidebant. Sic *Coluna* pro *Columna*. S. autem geminatio pluratiui numeri indicinam facit, vt hodie MSS. *Manuſcripti*. MS. *Manuſcriptus*. Sic apud Auctôres *Impp. Imperatores*. In Nummis autem Imp. eſt *Imperator*.

D.

Diuus, vel Decius, vel Diebus, vel Deuotus, vel Diutius, vel Dedicauit. Haeccine Valerij Probi manus? Diomedes ei dat operam lib. 2. *D. Nota praenominis Decium ſignificat.* Qui hodie Muſis litant, imperitiae hunc errorem volunt. *Decius* enim nomen eſt plebeiae gentis: D. praenomen cum ſignificat, *Decimum* deſignat. Graeci quoq. Codices Polybij, Diodori, Dionyſij, Dionis, Plutarchi quoties in Latinis libris, aut antiquis Monimentis D ſcriptum eſt, *Decimum* reddunt. Diſertim Plutarch. in Rom. qq. Ἀλλ' ἐστὶν ὁ Σπόριος τῶν πρώτων ὀνομάτων, ὡς ὁ Σέξτος, καὶ ὁ Δέκιμος. Victorius in 15. l. ad Atticum: Duobus autem DD opus fuerat, ſi *Decimis* interpretandum eſſet, vt alibi duo QQ, *Quintos* patrem, filiumq. ſignificant.

H. I. K.

Terentius Scaurus in Orthographia Probo has Notas commodat. H. H. *Hac Hora.* Neſcio ex quo Auctore enotauerim.

S. H. L. *Secundum hanc litem.*

H. S. Nota eſt Seſtertij, *quae nihil aliud quam dupondium & ſemis oſtendit*, inquit Fl. Soſipater lib. 1. Priſcianus libello de figuris ponderum. *Seſtertius nummus eſt duarum ſemis librarum per duas I I & S. ex qua incipit Semis, perſcriptus: unde Seſtertius dicitur Semis tertius.* Quod & Plutarchus in Galba adſerit. Quare ἀτέχνως has Notas retulit Val. Probus ſub ſigna literae L.

I.

Ter. Scaurus in Orthographia: *Super I tamen literam Apex* (id eſt Accentus) *non ponitur. Melius enim I pIla in longum producetur.* Tririſſima ſcriptio in Sepulcris, & Prudentio: DIS. MANIBVS. Item in Lapide Munatij Planci: FECIT. DE. MANIBIS.

Rurſus I maiuſculum pro duob. poſitum in Pandectis Florentinis notat Praefatione ipſa Taurellius in *Cornell, AdIcere.*

Vetus Epigramma Belgis cura, & ſtudio Philippi Winghij repraeſentatum:

D. M.
T. COCCEIVS. FE
LIX. COCCEII. NE
IRENE. CONIV
GI. ET. T. COC
CEIO. APVLEIA
NO

Item conſonae ſi ſuper conſtiparorum elementorum ordinem caput exporrigant, I continent, quod I inter legendum ipſam vel ſubeat vocalem, vel anteceat: AVRELA, pro *Aurelia.* Polae Inſcriptio:

AVRELAE
LEVCIPPE
CONIVGI
L. ANNIVS. P. T
VITALI. SVAE

Idem euenit & in T litera hac facie ✝: Quo ſigno duae promiſcue exprimuntur ſillabae, TI, IT. Polae:

AVRELIA
CRESCEN
✝NA CONIV
GI VE
PRODITO
CON. QVO. VI
XIT. ANNIS
XI. DE. SVO
POSV✝. B. M.

De venerabili, ſuauiſſimoque nomine IESV in compendium ſcribendi miſſo ita paucis eruditiſſ. Nancelius, Libro de mirabili Natura D. N. Ieſu Ch. ΙΗΣΟVS *noſtri Latini per notas ſic abbreniaſſe poſſunt videri, & iam ita vulgo Gallice pingimus* $\overline{\text{IHS}}$ *pro integro* ΙΗΣΟVΣ. *Sic forſan rectius IHσ, aut ſic* $\overline{\text{IHC}}$ Sic ariolor ſcribendum apud Prudentium, quem tot ſcriptores inexcuſabilem rentur:

Vir ſolus perfectus adeſt, atque integer IHC
Item: —— *Medijs interuenit IHC*

Vide Barthl Aduerſariorum commentariorum l. 4. c. 21.

K.

K. Eſt *Caeſo* nobiliſſimi, fortiſſimique apud veteres Romanos nomenclatio. Non ſcribitur nota C, ne cum *Caio* concurrat. Fabius lib. 1. c. 7. *K. quidem in nullis verbis vtendum puto, niſi quae ſignificat etiam, vt ſola ponatur.* Vide *Kalendae, Kartago, Kalumnia* in ipſa ſerie.

L. M. N.

L. Quinquaginta cur ſignet, aperit lib. 1. Priſcianus. *Solebant enim,* inquit, *vetuſtiſſimi Graecorum L. pro N. ſcribere: vnde quinquaginta quoque numeri ſignum, quod illi per N. ſcribunt, nos per L. more*

more illorum antiquiſſimo ſcribimus. Et lib. de figuris Numerorum: *Quinquaginta per* L: *quia apud antiquos Graecos* L. *pro* N. *quae nota eſt Quinquaginta, ponebant teſte Apollonide, & Lucio Tarrhaeo. Vnde Latini quoque Lympha dicunt pro Nympha, aquam, vel fontem volentes monſtrare.*

L.

L. Laudabile. Solitabant ſic adnotare Lectores ipſi ſententiam Nota, & Laude dignam, vt Graeci litera X χρήσιμον, aut χρηστὸν ſignificantes. Adiuuant Notae Probi LL. LOCVS LAVDABILIS. Eam literam pleriſque Varronis de RR. locis φιλοπόνου δ᾽αὐτοῦ manu inaratam monſtrat Scaliger, quod ignorauerat Victorius.

M.

Adde Probo: M', Ꟍ. M̄, M. His Notis exprimuntur MANIVS. M. MARCVS. Diomedes lib. 2. *Nota praenominis M. ſola ſcripta Marcum ſignificat, & adiecta ad extremam literam virgula Mallium.* Conſentius MAR. MARIVS: aut M. litera, & linea ſuperpoſita, vt M̄': MANIVS. Sigonius in Epitomen Liuij 69. *M. Aquilius Conſul in Sicilia.* M' *Aquilius proconſul* ſcribendum, inquit. Hinc eum vocat Plutarchus in Mario Μάνιον Ἀκύλλιον, itemq. Mithridatico Appianus.

Eodem ſcelere obſtricti fuere veteres librarij in deſignando praenomine gentis *Aciliae*, & *Aquiliae*, quae fuluij Vrſini querela eſt in Orat. pro M' Fonteio, cui M. appellationem detrahit.

N.

Addit Diomedes lib. 2. *N. Nota praenominis ſola Numerium ſignificat.*

P. Q. R.

Diomedes lib. 2. P. *Nota praenominis cum ſola, Publium ſignificat: & cum R. poſita Populum Romanum: & ſubiecta R. literae Rempublicam: & praepoſita C. literae Patres Conſcriptos.*

Ibidem: *Q. Nota praenominis Quintum ſignificat: item honoris Quaeſtorem indicat: nec minus populum cum ea notamus Quirites.* Probus tamen QVAES. QVAESTOR.

Additamentum tertium de Feſto: RR. RATIONVM RELATARVM. Neque hanc Notam poſuere Magno, Diaconus, Papias.

S. T. Θ.

Valerius Probus: SEX. SEXTVS, vel SEXTIVS. Idem: SP. SPVRIVS.

Ex Priſciani lib. 2. addo S. per ſola puncta *Seſtium* ſignificat. SEX. SEXTVM.

Nota e Plutarcho in qq. Romanis. Ἔστιν ὁ Σπόριος τῶν πρώτων ὀνομάτων, ὡς ὁ Σέξτιος, καὶ ὁ Δέκιμος, καὶ ὁ Γαΐος· τὰ δὲ πρῶτα τῶν ὀνομάτων οὐχ ὁλογραφοῦσιν, ἀλλ᾽ ἢ δι᾽ ἑνὸς γράμματος, ὡς τὸν Τίτον, καὶ τὸν Λούκιον. καὶ τὸν Μάρκον, ἢ διὰ δυοῖν, ὡς τὸν Τιβέριον, καὶ τὸν Γνέον, ἢ διὰ τριῶν, ὡς τὸν Σέξτον καὶ τὸν Σερούϊον. *Eſt autem Spurius ex pacnominibus vnum, vt Sextus, Decimus, Caius. Praenomina vero non integris literis perſcribuntur, ſed aut vnica litera, vt Titus, Lucius, Marcus; aut duabus, vt Tiberius, Cneus: aut tribus, vt Sextus, & Seruius.*

ST. *Senatuſconſultum*, non ſemper. Quandoque *Sententia Conſtitutionis*. Vide Cuiacium lib. 4. Obſeruat. c. 31.

TERT. *Tertio*, vel *Tertium*. Gellius lib. 10. c. 1. *Perſuaſit igitur Pompeio Tullius*, &c.

TI. recte pro TIBERIO: T. namque ſolitarium eſt TITVS. Ita Probus addito, Vel TIB. & antiqua Monumenta. Plutarchus ſupra. *Cur autem* T. TITVM. TI. TIBERIVM *ſignificet? An quia vt hoc nomen plures literas habet, ita & Notas indices?* Idem. *Quaedam ex praenominibus binis literis notata ſunt, vt* TIBERIVS.

Θ. Militis morte diſpuncti index litera in veteribus Inſcriptionibus Iſidor. lib. 1. Orig. c. 23. Rufinus in D. Hieron, Priſcianus alibi, & ipſe Probus in Notis ab Θ exorſis.

V. X. F. ſeu Φ.

V grandiuſculum, hoc eſt vicinis literis praeſtantius, duorum vicem obit. Sic ſaxis haeret GRADVM, pro GRADVVM: IVENIS, pro IVVENIS. Item FLVIVM, DVMVIR, FLAVS.

X. *Decuſſem* notat Fl. Soſipater lib. 1. & *Decem* Diomedes lib. 2. Priſcianus libello de Figuris ponderum: *Denarius quoque decem librarum per X perſcriptum notatur.*

Venit in mentem lib. 28. ff. tit. 2. 11. *Vnde etiam filiusfamilias appellatur, ſicut paterfamilias, ſola Nota hac adiecta, per quam diſtinguitur genitor ab eo, qui genitus eſt.*

Cedo Notam. Val. Probus FF. FILIVSFAMILIAS.

Notae Iuridicae: PFM. PATERFAMILIAS.

V C. *Viri Conſulares.* paſſim interpretantur. Vbique nefas. Nefas hoc in Epigrammatae:

TYRANIAE. ANICIAE
IVLIANAE. C. F. CONIVGI
Q. CLODI. HERMOGENIANI
OLYBRI. V. C.
CONSVLARIS CAMPANIAE
PRAEFECTI VRBIS.

Si enim vt ſupra interpreteris Epigramma, qui a Tautologia vindicas? Dic ergo *Virum Clariſſimum.* Sic inibi C. F. *Clariſſimae* foeminae. Opponitur autem *Vir Clariſſimus* priuatae conditionis homini.

His praenotatis Coronidis Vicem attexo ex c. XL. Libri XII. Obſeruationum literatiſſimi Cujacij.

Sigla vel Singla *ἐν συγκοπῇ* dicit quaſi Singula, vt Vincla, Secla, vt Vigilias ſiue Excubias poſteriores dixere Viglas. quod Nicephorus rex *περὶ παραδρομῆς* cap. 2. *hoc tit. demonſtrat aperte περὶ βιγλῶν, καὶ πόσον διάστημα ὀφείλουσιν ἀπ' ἀλλήλων, διΐστασθαι.* Et Euſtathius qui Viglam interpretatur *σκοπιάν.* Multum autem Singula diſtant a notis. Notae enim non ſunt literae l. 6 §. vlt. D. de bon. poſſ. Singula ſunt ſingulariae literae, vt Aulus Gellius loquitur ſine coagmentis ſyllabarum & ita literas a notis ſeparat Manilius illo loco, *Cui litera verbum eſt, Quique notis linguam ſuperet*, &c. & vt exemplis hoc demonſtrem, Senatum, populumque Romanum, Singulis ita deſignant S. P. Q. R. notis hoc modo . Senatuſconſultum per ſingula ſic S. C. per notas ſic . Dolus malus abeſto, ſingulis ita, D. M. A. notis ita . Vnde de plano recte legi poſſit, ad eumdem modum ſcribes facile per literas ſingulares, per notas autem hoc modo .Hoc didici ex antiquiſſimo libro notarum, ex quo proferam & alia quaedam verba iuris vti per Notas ſcribantur hoc ex ſtipatione Aquiliana. Aſpargine, vt & Flor. ſcriptum habent in titul. Ad leg. Rhod. & Palaemon in gloſſis. Lautumiae Libera ciuitas Viocurus: vox vſurpata a Varrone. Virgobretus ſummus Heduorum magiſtratus. Et inde mihi perſuaſi inanem eſſe laborem quaerentium cur notauerint Digeſta maiores noſtri in hunc modum. ff. Notariorum enim inuentum eſt, quod plerumque nullam habet rationem. Notarios dicimus eos qui ſcribunt Notis, Singularios eos qui Singulis, in notitia l. 1. C. de off. praef. praet. Afr. & in Notitia Romani imperij, & in formulis Caſſiodori. & de Notarijs eleganter Baſilius in epiſtolis. *οἱ λόγοι τὴν φύσιν ὑπόπτερον ἔχουσι· διὰ τοῦτο σημείων, ὧν χρῄζουσιν, ἵνα ἱπταμένων αὐτῶν λάβῃ τὸ τάχος γράφων.*

FINIS.

CLAVDI DAVSQVI
ORTHOGRAPHICORVM
VOLVMINIS I.
SYLLABVS.

V. 2. Volumen Secundum.

A

ABiundi. *pag.* 118.
Abnueo. 110.
Abſis. 64. V. 2. 3.
Abſterſti. 29.
Abſtit. 129.
Abydus, Abydos, Abydū. 83.
Accentus an ſcribendi in Latio. 144. 145.
Acer fames. 72.
Aceruus pro Acerbus. 39.
Achata. 61.
Achemenides. 2. V. 2. 5.
Achilli, Vlyſſi, Oronti, Herculi patrici ſunt: non ab Achilles. 95.
Acinus, Acinum. 86.
A—cne. 158.
Acra, Acre, Acrae. 56.
Acupedius, Aquipedius. 28. V. 2. 6.
Adduxe. 129.
Ad pro At. 43.
Adducituram. 125.
Adduo. 125.
Adque pro Atque. 43.
Adelphoe. 52.
Adminiculo. 112.
Adramytium. 22.
Adſentio. 112.
Adſpecti, Aduenti, Aeſti, Arci. 96.
Adolabilis, Adolat. 3
Aduexti. 129.
Adulo. 112. V. 2. 12.
Aeacos. 83.
Aeditimus. 16. V. 2. 12.
Aegina. 56.
Aegyptos. 84.
Aemilius. 153. V. 2. 18.
Aeolos. 84.
Aequiter. 119.
Aetatium, Aeſtatium. 105.
Aeterno. 121.
Aethernus. 21. V. 2. 21.
Affiacta pro Affixa. 29.
Affinitatum. 105.
Agamemno. 80.
Ageeps. 8.
Agguſtum. 8.
Agylla. 56.
Ai biuocalis. 49.
Ai in caſu primore, patrico, tertio. 50. 92.
Aiiax, Troiia. 31.
Aiternus. 50.
Aethiopus, Arabus. 86.
Alabis, Alabus. 78.
Albeolus, Alueolus. 41.
Alacriores, Alagriores, Alacris, Ἄδακρυς. 44. V. 2. 24.
Alcumena. 40.
Alexandrus. 72.
Alexanter. 49.
Alga, Alge. 59.
Alienigenus, Alienigena. 83.
Alis pro Alius. 129.
Alio, Altero, Alterae. 94.
Alpheos. 84.
Alpis, an Alpes. 109. V. 2. 27.
Altar. 68.
Altcrco. 112.
Alterno. 121.
Altod marid. 43.
Alube. 22.
Almo, Anco, Anno, Aſcalo. 80.
Ambago, Ambages. 80.
Ambubaiae. 2.
Ameeus, Amicus. 33.
Amicus. 52. V. 2. 28.
Amiciter. 119.
Amoeniter. 119.
Amorga, Amurca. 44.
Amplexo. 112.
Amplia ꟻit. 25.
Ampliter. 119.
Amplocti, Animaduorti. 37.
Ἀνασωσωνᾶιος. 60.
Analemmatorum. 105.
Anciliorum. 105. V. 2. 31.
Ancipes. 125.
Anaſtrophe. 163.

Anaxi-

Anaximandrus. 72.
Andromacha, Andromache. 56.
Aodros. 84.
Andromeda, Andromede. 56.
Aofracta. 86.
Angipottus, um. 86.
Angularius. 78.
Anglus pro Angulo. 129.
Anienus. 71.
Animale. 66.
Annibal. 5.
Annus pro Annos. 110.
Anticus, Antiquus. 27.
Antidotus, Antidotum. 87.
Antigraphus. 168.
Antiopa, Antiope. 56.
Antiſigma. 169.
Antipatrus. 72.
Anus pro Annus. 30.
Aorelius. 37.
Apellinem, Apollinem. 34. V. 2. 36.
Aperibo. 117.
Apium, Apum. 105.
Apius, Apium. 87.
Apolineris. 125.
Aprinus. 14. V. 2. 36.
Apſenti pro Abſenti. 45.
Apua, Aphya. 45. V. 2. 37.
Aqua. 27. V. 2. 38.
Aquitur. 27.
Arbiterio. 125.
Arbitratu. 32.
Arbitro. 112.
Arcano. 121.
Arcarius, Arcuarius 6. V. 2. 41.
Arcentarius. 41.
Architectonis. 82. 91.
Arcilla pro Argilla. 25.
Architectores, Architectones. 47.
Arctoe. 52.
Arduerint. 116.
Ariadna, Ariadne. 56.
Ariola, Areola. 36.
Armeas, Armellas, pro Armillis. 34.
Armentae. 64.
Aromatis. 108.
Articulus, Articulum. 87.
Artrare, Aratrare. 129.
Artu, Artua. 87.
Aruae. 60.
Aruocatus, Areedo. 47. V. 2. 39.
Aſas, Aras. 47. V. 2. 38.
Aſcalo. 80.
Aſcalon. 81.
Aſclum. 129.
Aſena, Arena. 47. V. 2. 41.
Aſſiduo. 121.
Aſteriſcus. 166. 167.
Atalante. 57.
Aterit, Atopertus. 48.
Attice, Attica. 57.
Atrigo. 129.
Attingem, Recipiem. 33.
Atrida. 61.
Atriaticum, Adriaticum. 48. V. 2. 10.
Auariter. 119.
Auctumnus, Auctumnum. 87.
Auctumnale. 66.
Aucupes. 125.
Aucupo. 112.
Audibo. 117.
Audiculae, Auriculae. 43.
Auerit pro Aberit. 39.
Auernus. 14.
Auger pro Augur. 34.
Auguro. 112.
Aulidus pro Auloedus. 36.
Auiditer. 119.
Auras caſu patrico. 92.
Auruncus pro Auertuncus. 129. V. 2. 50.
Auſculari, Oſculari. 37. 50.
Auſere, Auxere. 48.
Auſpicato. 121.
Auſpico. 112.
Auſter. 153.
Auſum pro Aurum. 47.
Automatias caſu patrico. 92.
Auus, Auos. 84.
Auxilio. 112.
Auxti. 129.
Axilla. 28.

B

BAiolare. 37.
Balaena, Phalaena. 40.
Balteus, Balteum. 87.
Baptiſmus, Baptiſmum. 87.
Baſcones, Vaſcones. 41. V. 2. 326.
Bammum. 65.
Bactrionem. 129.
B—aulos. 158.
Bellium. 42.
Beneficio pro Veneficio. 41.
Benigniter. 119.
Bes, Des 40.
Beſtiarium pro Veſtiario. 41.
Biber pro Bibere. 131.
Bibilles, Biuilles. 41.
Bibliothece. 57. V. 2. 50.
Βίβλος, Βύβλος. 36.
Bicarius pro Vicario. 41.
Bidentale. 66.
Bidentis, an Bidenteis. 109.
Bilis, Vilis. 40.
Bioi, non Binei. 50.
Biſpelliones. 41.
Blanditer. 119.
Blenni, Plenoi. 45.
Bobis pro Vobis. 41.
Boletar, Boletarium. 68.
Boloe. 52.
Boo---ſura. 158.
Boruſthenes. 49.
Bouerum. 125.
Bouum, Boum. 40.
Bubum. 105.
Bount, Boant. 115.
Britannia. 6. V. 2. 62.
Bruges pro Phruges. 30.
Burrhus, Pyrrhus. 40.
Buſequa. 6. V. 2. 64.

C

C Pro G. 41.
C. pro Q, S, T. 42.
C eadiuum. 42.
Cabea pro Cauea. 41.
Cabiabus. 107.
Cabinus pro Gabinus. 25.
Caduciter. 119.
Caementae. 63.
Caere. 20. V. 2. 69.
Caiſar. 50.
Calamiſtrus. 87.
Calamiratiũ, Ceruicium. 105.
Calecandus pro Calicandus. 33.
Calces pro Calx. 28.
Calim pro Clam. 126.
Cameloi, Caproi. 53.
Campacus, Campagus. 44.
Candelabrus. 87.
Canephotoe. 52.
Canitia. 61.
Canta pro Cantata. 131.
Cante pro Canite. 129.
Candelabrus. 72.
Capſis. 158.
Capus. 82

Caput.

Caput. 43.
Carchiidon pro Carchedon. 32.
Carcinomatis. 108.
Carduos. 84.
Carnufex. 39.
Caro, & Carnis in recto. 80.
Cartibulum. 41.
Caſſandrus. 72.
Caſſantra. 9. 47. V. 2. 76.
Caſſida. 64.
Caucaſos. 84.
Cauernum. 65.
Cauias, Caueas. 36.
Cauitio. 125.
Celatim. 120.
Celebriter. 119.
Celeratim. 120.
Cellaris, Cellarius. 78.
Cenocephali pro Cynocephali. 35.
Centurionus. 82.
Cepoe. 52.
Ceraunium. 170.
Ceres, Geres. 25. 41.
Cermanus, Germanus. 44.
Ceromatorum. 105.
Ceruicale. 67.
Cerem pro Cererem. 129.
Ceruſes, Cerures. 47.
Ceſtos. 84. V. 2. 69.
Choenica. 64.
Chalybdico pro Chalybico.
Chalybus, Cappadocus, 86.
Chiliarchus. 66.
Chilon. 81.
Chlamyda. 64.
Chloris. 25.
Chreſinum. 170.
Cieo, Cio. 110.
Cimiterium pro Coemeteriũ. 36. V. 2. 88.
Ciner. 72.
Cingulus, Cingula, Cingulum. 87.
Circa, Crotala, Calpa. 56.
Ciuitatium. 105.
Clabis pro Clauis. 41.
Cladium. 106.
Clans pro Glans ſcriptum. 25.
Clamos, Clamor. 47.
Clandeo. 112.
Clandeſtino. 121.
Clauus, Claua, Clauum. 87. V. 2. 86.
Claudij à Clauſo. 47. V. 2. 86.
Clerumene. 52.
Cliuus, Cliuum. 87.
Clumae pro Glumae. 25.
Coaxare. 27.
Cochleare, Cochlearium. 68.
Coclea abſque H. 26.
Cocytos. 84.
Coebus, Cubus. 53.
Codex, Corus, Cotes, Coda. 37.
Coel pro Coelum. 131.
Coerare, Curare. 53.
Coeſnas. 48.
Cogitato, Cogitatim. 121.
Columa. 129. V. 2. 90.
Cognoſco vnde. 25.
Cohorto. 112.
Coilum, Coelum 88.
Collus, Collum. 87.
Colos. 83.
Colonibus pro Colonis. 107.
Coloſſos. 84.
Colum. 136.
Com, Cum. 37.
Comedus. 82.
Comedim. 115.
Comeſe pro Comeſſe. 31.
Comito pro Comitor. 112.
Comminiſco. 112.
Commireium, Commercium. 36.
Commodo. 122.
Commoetat, Commutat. 53.
Commurmuror. 112.
Compes pro Compos. 34.
Compago, Compages. 80.
Competalibus pro Compitalibus. 34.
Competentia. 5.
Compitus. 87.
Complecto. 112.
Concinnis, Concinnus. 78.
Concordium. 65.
Conſiſſiſſent. 29.
Confuſim. 120.
Congeſtim. 121.
Congredio. 112.
Congregus, Segregus. 86.
Congrus, Conger. 75.
Conia pro Ciconia. 128. V. 2. 83.
Coniugs. 28. V. 2. 92.
Coniugus. 75.
Conniuo. 110.
Conſiprum pro Conſaeptum. 35.
Conſuefaciunt. 161.
Conſol, Conſul. 37.
Conſolo. 112.
Conſortio. 82.
Contages, Contagio. 80.
Continuo, e. 122.
Conubia. 31.
Contemplo. 112.
Contuor. 116.
Conuerto pro Conuertor. 112.
Conuiuo pro Conuiuor. 112.
Copae. 4.
Coquus, Coquos. 84. V. 2. 96.
Coriandrus. 87.
Corona vnde. 26. V. 2. 97.
Coronis. 171.
Coruus, Coruum. 87.
Corytos. 84. V. 2. 98.
Cotidio. 122.
Cratera. 10.
Crateria. 63.
Crebro. 122.
Crebrus. 73.
Crepitum, Crocum, Culeum. 87.
Crete. 57.
Crimino. 113.
Crocodilos. 84.
Crotalizo 30.
Crounoe. 52.
Cruces, Crux. 75.
Crurum fragium. 161.
Cryphia. 169.
Cubitale. 67.
Culcbides, Colchides. 38.
Cultrus. 73.
Cuncto. 113.

Cuniculus, Cuniculum. 88.
Cunehen, Cungrum. 39.
Cupiret. 117.
Curas caſu patrieo. 92.
Cyathiſſare. 48.
Cyno--ſura. 158.
Cyprus. 84.
Cyrena. 57.
Cyzicos. 84.

D

D pro B, L, N, R, F. 42.
D pro T, Z, P. 43.
D adſciticium. 9.
D intercalarium. 43.
Damaratus. 3. V. 2. 107.
Damaſcos. 84.
Danaa. 56.
Daps. 76.
Dardanos. 84.
Dautia, Lautia. 42.
Deabus. 107.
Deana pro Diana. V. 2. 108.
Decembius. 71.
Decoriter. 119.
Decures, Decuriones. 129.
Decurionus. 82.
Deferniſſe. 110.
Degluuo, Deglubo. 39.
Delphin, Delphinus, Delphinis in recto. 77. V. 2. 107.
Dederont, Sont olim ſcriptu. 37.
Deterus. 30.
Deteriſcor. 33.
Dehorire, Dehaurire. 37.
Delicare, Dedicare. 49. V. 2. 107.
Delicuum, Deliquum. 28.
Delius, Delios. 84.
Delus, Delos. 84.
Demoe. 52.
Demolio. 113. V. 2. 107.
Denarius, Denarium. 88.
ΔΕΝΑC pro ΠΕΝΑC. 43.
Denſeo. 111.
Depuuit. 38.
Dermio, Dormio. 34. V. 2. 113.
Des, Bes. 40.
Deuehundo. 118.
Deuitor pro Debitor. 39.
Dextrabus. 107.
Diadematorum, Diplomatorum. 105.
Diametrus, Diametros. 84.
Dianas caſu patrieo. 92.
Diaſtole. 161.
Dibus, Diibus. 108.
Dica. 57.
Dice. 127.
Dicebo. 117.
Dicem, Faciem. 33.
Dicundum. 118.
Diequinti. 36. V. 2. 109.
Dieſpiteris. 125.
Difficul. 131.
Digno. 113.
Diiibus pro Diebus. 32.
Diluuium, Diluuies. 91.
Diuidundum. 118.
Dimetrus. 73.
Dion. 81.
Dioſcoroe. 52.
Diple. 169.
Dirca. 57.
Directo, Directim. 122.
Diruitum. 125.
Dis. 93.
Diuabus. 107.
Diuortium, Diuerto. 37.
Diuus, Diuos 85.
Dixe. 129.
Dodo, Dodona. 132.
Dolabrum. 65.
Domuum, Domorum. 106.
Dormibo. 117.
Doſſum, Dorſum. 47.
Dorſus. 88.
Dortium pro Diuortiū. 129.
Druſinus. 22.
Dryaſin. 108.
Duabus. 107.
Dubienus. 125.
Duces, Dux. 76.
Dueitum. 125.
Duellum. 42. V. 2. 114.
Dumecta. 22.
Duriter. 119.
Duom, Diuom. 38.
Dupondius, Dupondium. 88.
Dureo. 111.
Duſmoſus. 48.
Duuit. 126.

E

E pro I. 33. 34.
E, & I. 21.
Eabus. 107.
Ei biuocalis. 50. 51. 52.
minime neceſſaria. 50.
V. 2. 117.
Ei pro I. 32.
Eecdemia 20. V. 2. 116.
Eeſcribere. 29.
Eculeus pro Aculeo. 33.
Edim. 115.
Edor pro Ador. 33.
Efeſum, Epheſum. 43.
Eficax. 31.
Effigia. 61.
Eleuſis, Eleuſina. 77.
Em, Im. 129. V. 2. 118.
Emblematis. 108.
Emplaſtrus, Emplaſtrum. 88.
Emundi. 118.
Ephoebus nequiter. 5.
Ephyra. 56.
Epiros. 85.
Epuloni pluratiue. 82.
V. 2. 121.
Equuleus, Eculeus. 27.
Erigona. 57.
Erus, Era. 26.
Erymanthos. 85.
Eſeas caſu patrieo. 92.
Eſeit. 126.
Eſquilinus, Eſquiliae. 28.
V. 2. 126.
Eſtur. 115.
Eſuribo. 117.
Eſum pro Sum. 124.
Etheſin. 108.
Euagrus. 74.
Euandrus. 73.
Euallere, Euannere. 44.
Euaſti. 129.
Euganei. 21. 33.
Euhoe. 155. V. 2. 123.

Eugrammatia. 2.
Euridice. 57.
Europe. 57.
Exeantaſit. 30.
Exceſſis. 129.
Excidio. 82.
Exerciti. 96.
Exhedra. 26.
Exitus, Exitium. 88.
Expergiſco. 113.
Explenunt. 126.
Ἔξπουω, Ἔξκλινον. 8.
Expedibo. 117.
Experiundi. 118.
Exquaere, Exquire. 35. V. 2. 126.
Exſeero. 113.
Exſtruxſerunt. 29.
Exſugeo. 111.
Exuit, an Exiuit hominem. 19.
Exſtinxti. 129.

F

F 24. V. 2. 130.
F loco Adſpirationis. 43.
Fabaris, Habaris. 26. V. 2. 130.
Face. 127.
Faciunda. 118.
Faeul. 131. V. 2. 130.
Facultatium. 106.
Falerius, Valerius. 43.
Fallacies. 61.
Fallam pro Fallaciam. 129. V. 2. 131.
Falſe, Falſo. 122.
FANAΣ FANHP. 43.
Faretrum. 65.
Faris, pro Farris. 30.
Faſeinoe. 52.
Faſtus, Faſtos. 17. 110.
Fauia lex pro Fabia. 38. V. 2. 132.
Fauo, Fauco. 111.
Faxſit. 29.
Faucis, & Faux. 76.
Felena, Helena. 25. V. 2. 151.
Feelix. 32.
Fendo, Findo. 34.
Fenguſa. 25.
Ferentinas. 69.
Ferias, Feſias. 47.
Ferinunt. 126.
Feroes. 29.
Fertum. 42.
Ferno. 111.
Feſtinato. 122.
Feſtiniter. 119.
Feſtra pro Feneſtra. 29. V. 2. 132.
Fidena. 60.
Fiilix pro Felix. 32.
Filie pro Fili. 127.
Filippos. 43.
Filoctetа. 43.
Filus, Filum. 88.
Fimbrium. 65.
Fimus, Fimum. 88.
Finidis pro Phoenidis. 43.
Flameni. 34.
Flucti, Fructi. 96.
Fluxe. 129.
Fluuia, Fluuium. 88.
Fodiri. 117.
Foedus, Hoedus. 43.
Foeniees. 43.
Foeniſiciae. 60.
Fontei. 52.
Fonti non breuiat I. 52.
Fontis, Imbris, Ingentis. 109.
Fonus, Funus, Founus. 34.
Fordeum. 43.
Foreſia. 45.
Formiae, Hormiae. 2.
Fortuito. 122.
Fortuitu. 124. V. 2. 136.
Fortunas ſecundi caſus. 92.
Fortunatim. 121.
Forus. 88.
Foſtia, Hoſtia. 43.
Foſtim pro Hoſte. 43.
Fragor ex Frango. 45.
Fratellus. 47.
Frater. 4.
Fretu. 39.
Fretus, Fretum. 88.
Fruinor. 126.
Fruntes, Frunto. 39.
Fruſtratim. 121.
Fruſtro. 113.
Frutecta. 22. V. 2. 137.
Fueſe pro Fuiſſe. 34.
Fulgerator. 35.
Fulgo. 111.
Fulgus pro Vulgus. 43.
Fulmenta. 65.
Funtes, Fruntes. 39. V. 2. 137.
Fuo, φύω. 39.
Furo pro Furor. 113.
Fuſuos, Furuos. 47.
Futilus, Futilis. 78.
Fuuiſſet. 126.

G

G Defuit Lario. 25.
G pro C. 44.
Galatea. 3.
Γαληνὸς, Γαληρός. 47.
Gauiſi, pro Gauiſus ſum. 116.
Gauius, pro Gabius. 39.
Gelon. 81.
Gelus, Gela, Gelum, Gelu. 88.
Geminabant olim nullae literae. 30
Gemiti. 96.
Genere, Genare, Gignere. 111. V. 2. 143.
Generibus pro Generis. 107.
Genus, Gens. 76.
Genus pro Genu. 88.
Geometres. 61.
Gertibulum. 41.
Gerundae. 118.
Getes. 61
Glacia. 61.
Gladius vnde. 41.
Gladium. 88.
Glandis, & Glans. 77.
Glaucomatis. 108.
Glauis, Clauis. 44.
Gliſcitur. 113.
Gloſſematorum. 105.
Gnarures. 47.
Gnobilis. 125.
Gobio. 82.
Goeros, Gyros. 53.
Golgoe. 52.
Gouius, Gobius. 39.
Graeca nomina Latinis vt ſcribenda 36
Grammatice. 57.
Grauij pro Graij. 126.
Graxis. 25.
Grũdio, Grunnio. 42. V. 2. 145.

Gryni, Αρθινοί. 44.
Guberna pro Gubernacula. 131.
Gymnaſiarchus. 66.

H

H neglectum in Agatopus, Aſtatus, Brachium, Cloē, Erodes, Ic, Omini, &c. 26.
H ſuperfluens in Helpis, Panhormi, Chrocale, Chorintho, &c. 26.
Habonius, Rabonius. 47.
Habuuerit. 126.
Haecetenus. 126.
Haereditatium. 106.
Haereſiarches. 61.
Hamadryaſin. 108.
Harmonie. 57.
Harpyias quatuor ſillabis. 156.
Hecata. 57.
Hecoba. 37.
Helenes pro Hellenes. 31.
Helica. 57.
Helle---ſpontus. 558.
Helos. 4.
Hemo, Homo. 34.
Herciſcunda. 118. V. 2. 153.
Hercolem, Hoc, Huc. 38.
Herculēus pro Hercules. 95.
Heremus. 157.
Hermiona. 154.
Heſiona. 58.
Heſperie. 57.
Hibiſcus. 154.
Hibus. 107. 126.
Hiempſal. 558.
Hippoe. 52.
Hippolyta. 58.
Hippon. 81.
Hirquus, Hirquitalli. 42.
Hiſtrum. 73.
Hoccedie. 126.
Hoelas pro Hylas. 30.
Holerorum. 105.
Hominium. 106. V. 2. 158.
Homo non ab Humo. 4.
Hortelia. 45.
Hortor cum H contra Originem. 20.
Humaniter. 119.
Huminem. 39.
Humus, Humum. 88. V. 2. 159.
Hyble. 58.
Hypermneſtre. 58.
Hypocrites. 61. V. 2. 559.

I

I pro E, Oe, V, Y, Au. 36.
I productius, nota longae. 32.
Ianitos, Ianitor. 47.
Iarba. 59.
Ibet, Iberus, Iberum. 88.
Ibus pro Iis. 129. 107. V. 2. 561.
Ic pro Hic. 26. V. 2. 154.
Icti. 96.
Ide. 62.
Idipus pro Oedipus. 36.
Igneſcitur. 113.
Ignigenus, Ignigena. 83.
Illexe. 129.
Illo, Illoc. 122.
Imberbi. 54.
Imito. 153.
Immemoris in poſitione. 82.
Immerire. 122.
Impendia. 65.
Impelli pro Impuli. 116.
Impomenta. 129.
Inarime. 58.
Inarimoe. 51.
Incenuus, Ingenuus. 41.
Inceſtus, Inceſtū. 88. V. 2. 164.
Incomparauile. 39.
Indecor, & Indecoris. 82.
Indixe. 530.
Indoſtrium. 38. V. 2. 165.
Indoucebamus. 53.
Indulgere. 25. V. 2. 165.
Infera. 126.
Inferis pro Inferijs. 93.
Inimiciter. 119.
Inopinato. 122.
Inſaniter. 159.
Inſcriptionum fides penſa. 9.
Infidia. 60.
Infulatius. 79.
Integriter. 119.
Interatim. 126.
Interduatim. 126.
Interſtitium, Interſtitio. 82.
Intuo. 113.
Intuor. 116.
Intybus, Intybū. 88. V. 2. 168.
Inuecillitas, Imbecillitas. 39.
Inuenibo. 517.
Inuerſibilis. 4.
Iocularius. 78.
Iolcos. 85.
Ios pro Is. 526.
Ioue pro Ioui. 34.
Ipſud. 70.
Ipſus, Ipſos. 85. 126.
Iracunditer. 159.
Iraſco. 113.
Irpinus. 154.
Irrido. 151.
It, Id. 48.
Iſmaros, Iſmenos. 85.
Iteris. 130.
Itus, Idus. 48. V. 2. 162.
Iuger. 75.
Iuglanda. 64.
Iupiteris. 126.
Iurgo. 113. 159.
Iuſi pro Iuſſi. 31.
Iuſta pro Iuxta. 29. V. 2. 171.
Iuuenior. 130.
Iuus pro Ius. 32.
Iuxtim. 125.

K

K quis inuenerit. 27.
K ſuperflua. 27.
abuluseius. 27. V. 2. 179. 75.
Kadamitas. 42.
Tria Κάππα κάκισα. 27.
K denotat Caeſonem. 27.
Kartago. 27. V. 2. 575.

L

L Abiāe. 65.
L Lacte. 128. V. 2. 178.
Lados. 43.
Laco, Lacon. 81.
Lampſacum. 88. V. 2. 579.
Lampſacus. 3.
Lana, Laena. 56.
Lapathos, Lebynthos. 85.
Lapi pro Lapide. 132.
Lapithes. 62.
Laptilis, Dapſilis. 44.
Laquear. 68.
Laqueus, Laqueum. 88.
Larcius, Largius. 25.
Largio. 113.
Laſes, Laſer. 47.
Latium. 3.
Latonas caſu patrico. 92.
Lanabrum. 526.
Lau-

Laurentis. 69.
Lauit. 115.
Leandrus. 73. V. 2. 181.
Leber pro Liber. 33.
V. 2. 183.
Leciones, Legiones. 41.
Lecs. 28.
Lecti, Lucti. 96.
Lectus, Lectum. 89.
Leimina. 51.
Lemnos. 85.
Lemuria, Remuria. 44.
V. 2. 182.
Leo, Leon. 81.
Lepareuſes pro Liparenſes.
33.
Libertabus. 107.
Libyſtias. 22.
Ligus, Ligur. 91.
Lilium, Λείριον. 45.
Linibis. 117.
Lipontini. 2. V. 2. 182.
Litis, Pinguis, Dulcis. 108.
Liuamen pro Libamen. 39.
Loibeſum, Loebertas. 52.
V. 2. 183.
Loidi, Ludi. 53.
Loretum, Lauretum. 50.
Lorus, Lorum. 89.
Loumen. 53.
Lucto. 113.
Lucrus, Luerum. 89.
Lutus, Lutum. 89.
Luuit. 126.
Lygurgus, Lycurgus. 44.
Lyriſtes. 62.
Luxſti. 130.

M

MAca. 62.
Macellae. 65.
Maceſterium pro Magiſterio.
41.
Macandrus. 73.
Magiſtratos, Nauebos. 38.
Magrones, Macrones. 44.
Maiius, Maüa, Miicum. 31.
V. 2. 190.
Maloſibus, Melioſibus. 47.
Mairabus. 107.
Maiuſculis de 134.
Malaciſlo. 30.
Malagmatis. 108.
Malefacundi. 118.
Maniabus. 107.
Manibiis, Manubiis. 36.
Mandatus, Mandatum. 89.
Manipularius. 79.
Mannibus pro Mannis. 107.
Manſuem. 130.
Maragdus. 18. Vide Zmaragdus in Z.
Marcipor. 130.
Marmuſculum. 5.
Marſpiteris. 126.
Maſcellus, Marcellus. 47.
Materia. 3.
Matutino. 122.
Maxumus. 29.
Medica, Melica. 44.
Medidies. 8. 42.
Medentius, Mezentius. 30. 43.
V. 2. 198.
Medipontos. 42.
Mediterreum. 130.
Meleagrus. 73.
Memordi. 34.
Menandrus. 74.
Meuerua. 33.
Meneſtrator. 34.
Menſum. 106.
Mentax pro Mendax. 43.
Mentis & Mens. 77.
Mentibor. 117.
Mentum pro Cõmentum. 128.
Moreto pro Merito. 34.
Merto, Pulto. 49.
Meſdentius. 30.
Meſſene. 58. V. 2. 197.
Methodos. 85.
Meton. 81.
Mida. 59.
Mijs, Meis. 36.
Mijſibus pro Menſibus. 32.
Milex. 29.
Miluus. 14. V. 2. 199.
Miniſcitur pro Reminiſcitur.
128.
Minonis. 126.
Μινζούρια, Minſuria. 45.
Minito. 113.
Minuties. 62.
Minyeus quadriſillabum. 156.
Miraela. 130.
Mircurius. 36.
Miro. 113.
Mirae, Moerae. 36.
Miſco, Miſceo. 111.
Miſeriter. 119.
Miſereo. 113.
Modero, Modulo. 113.
Modius ex Medio. 37.
Moenia, Munia. 53.
Moeniorum. 105.
Moeſia, Muſia, Myſia. 53.
V. 2. 200.
Moeſtiter. 119.
Moetinum, Mutinum. 53.
Moles ex Μύλας. 38.
Mollibo. 117.
Monetas eaſu patrico. 92.
Monumentus, Monumentum.
89.
Moriri. 126.
Moro. 113.
Mopſu---eſtia. 159.
Muha pro Muſa. 26.
V 2. 214.
Mulcear pro Mulgeat. 25.
Mulciberis. 126.
Multicolor, orus, orius. 83.
Mondus, Mundum. 89.
Munditer. 120.
Muries. 62.
Murmuror. 113.
Mutuiter. 120.
Mutuo. 122.
Mutuo. 113.
Myla. 60.
Myrteta ἐντυχῶς. 65. 19.
Myſtes. 62.

N

N Pro L, S. 45.
N cadiua. 45.
N intercalaria. 45.
Naneitur pro Náciſcitur. 130.
Narbo, Narbon. 81.
Narcaphton. 22.
Naſon pro Naxon. 25.
Nauale, Naualium. 70.
Nauebos pro Nauibus. 38.
Nauiter, Naue. 120.
Nauities. 62.
Naxos, Naritos. 85.
Necerim. 126.
Neceſſarie, rio. 122.

Negatiba verba. 41.
Neglegerit quam recte. 28.
V. 2. 210.
Negotium. 44. V. 2. 210.
& 159.
Negumate. 126.
Nequinunt. 126.
Nequitur. 128.
Neſcibo. 117.
Nex, Neces. 76.
Nicanor de Punctis. 137.
Nigrus. 74.
Nimio, Nimie. 122.
Niuis, & Nix in recto. 77.
V. 2. 212.
Ninguis. 28.
Ningulus. 126.
Nis pro Nobis. 130.
Nobember. 41.
Nobis pro Nouis. 39.
Nodus, Nodum. 89.
Nole. 58.
Nomus pro Nouimus. 130.
Noogenti. 25.
Ναίδα pro Ναΐδα. 45.
Notatio. 4.
Notities. 62.
Notos. 85.
Notrix. 37.
Nouaculum, & Nouacula. 65.
Nauucios. 53.
Nouembrius. 74.
Noxit, Nocuerit. 130.
Nubs. 75. V. 2. 213.
Nucs pro Nux. 29.
Nullae rei. 94.
Numero, Numere. 122.
Nymphae. 58. V. 2. 214.

O

O pro E, V. 37.
Obcurrit. 40.
Obedibo. 117.
Obelus, Obeliſcus. 167.
Obeſcit. 126.
Obinunt. 126.
Obliuiſcor. 159.
Obliteram gentem. 130.
Obridum pro Obrizo. 43.
V. 2. 217.
Obſipio, Obſaepio. 35.
Obs---oleo. 159.
Obſonat. 15. 117.
Obſtrinſerit pro Obſtrinxerit.
29.
Obuncus. 15.
Oceanus, Oceanum. 89.
Ocimus, Ocimum. 89. V. 2.
219.
Occultim. 121.
Oc, Ogulnius. 41.
Ogolnius. 15.
Odefacit, Olfacit. 42. V. 2.
220.
Odos. 15. 83.
Oe pro V. 53.
Oedos pro Hoedos. 26.
Oeſus, Vſus. 53.
Oeie. 58.
Oetilis, Oitilis, Vtilis. 53.
Officium ab Efficiendo. 37.
Oi biuocalis. 53.
Oinone pro Oenone. 53.
Oinus, Vnus. 53.
Oiſus, Vſus. 53.
Ο'λᾶς pro Ο'ρᾶς. 47.
Oleabus. 107.
Oleo, Olo. 111.
Olibeto pro Oliucto. 41.
V. 2. 221.
Oloë. 52.
Oloës pro Illis. 31.
Omino. 114.
Operibo. 117.
Opino. 114.
Opiteris. 127.
Opitulo. 114.
Opſtruito pro Obſtruito. 45.
Optumus, talia. 39.
Orata, Oricula. 37.
Ordibor. 117.
Orpheus τρισυλλάβως. 95.
Oronia. 62. 95.
Ornati. 96.
Ornithogonias. 92.
Ο'ρνιξ pro Ο'ρνις. 29.
Ο'ρφης pro Ο'ρφεύς. 141.
Orygie. 58.
Orrygometra. 3.
Oſculo pro Oſculor. 114.
Oſnamenta priſce pro Ornamenta. 47.
Oſpicatur pro Auſpicatur. 36.
Os, Oſſu. 89.
Oſſum. 128.
Ο'ϑόνειος. 37.
Oufentina. 53.
Ouile, Ouilium. 70.
Oxime. 130.

P

PAcunt. 25. V. 2. 227.
Pagare, Pagere. 114.
Palaemo, Palaemon. 81.
V. 2. 228.
Pactolos. 85.
Paimenta pro Pauimenta. 130.
Palilia, Parilia. 45.
Palmaris, Palmarius. 79.
Palus, Palum. 89.
Paimentum, Paementum pro Paulmento. 130.
Panis, Hoc pane in recto. 78.
Pandoras caſu patrico. 92.
Pannibus pro Pannis. 108.
Pantagias, Bantagies. 68.
V. 2. 230.
Paphos. 85.
Papyrus, Papyrum. 89.
Parabole. 58.
Paragraphus. 168.
Parapegmatorum. 105.
Parciter. 120.
Parentium. 106.
Paris, Par. 7.
Parire. 117.
Parium, Parum. 106.
Parmenio, Parmenom. 81.
Parmularius. 47.
Parnaſus pro Parnaſſus. 31.
Paros, Patroclos. 85.
Partum pro Partium. 106.
Paſſes, Paſſer. 71.
Patio. 114.
Patibulus, Patibulum. 89.
Patremfamiliae. 97.
Paucabus. 107.
Paupera. 64.

Pauos,

Pauos, Pauor. 47.
Pauperia. 62.
Pauus. 81.
Paxillum. 28.
Paxoe. 52.
Peccatu. 15.
Pectenatum pro Pectinatum. 33.
Pecudes, Pocades. 34.
Pecula, Pecora, Peeura. 45.
Peculiarius. 79.
Pecus, Pecu. 89. V. 2. 235.
Pegi. 130.
Pelbem, Peluem. 40.
Penas, Penatis. 69. V. 2. 236.
Peneleo. 94.
Penetral. 67.
Penuarius. 6. V. 2. 236.
Penus, Penum, Penu. 89.
Pequnia. 28. V. 2. 235.
Peregote iuuenis illos 161.
Perconto. 114.
Percuſti. 124.
Perdica, Pterela. 52.
Peregri. 124.
Perge. 58.
Periodus. 134.
Perplexim. 121.
Perſes. 62.
Perſcruto. 114.
Pertica a Pertingendo. 25.
Pertiſum, Diſtiſum. 35.
Peruenibunt. 117.
Phaeton biſillabum. 156.
Pharmacopolus. 66.
Phaüllus, non Phaulus. 156.
Phiale. 58.
Phlegyas, Phlegyes, Phlegus. 69. V. 2. 241.
Philagrus. 74.
Phoca, Pelia. 59.
Phoenicium, Punicium. 53.
Phronymus perperam. 28.
Picile, Poecile. 16.
Pilippus. 45. V. 2. 241.
Pilumnoe. 52.
Pinguitia. 63.
Piſandrus. 74.
Piſtr. 15.
Piſcati, Porti. 96.
Piſtrilla. 5.
Piſtrina. 66.
Placauile. 39.
Planicia. 63.
Plateae. 4.
Plebium. 106.
Plenni, Blenni. 45.
Ploirumoe, Plurimi. 53.
Pluſima, Plurima. 47.
Podagèr. 75.
Poëmatis. 108.
Poëmatorum. 105.
Poeinas. 48. V. 2. 247.
Pollieeo. 114.
Poleptycha pro Polypticha. 35.
Polluces, Pollux. 76.
Polyphemos. 85.
Populo pro Populor. 114.
Populoi Romanoi. 53.
Portabus. 107.
Porgo, Porxit. 130.
Poliui. 127.
Praepoſiui, Repoſiui, Depoſiui, Compoſiui. 116.
Po---ſtea. 159. V. 2. 247.
Poſmeridianas, Poſquam. 49. 130. V. 2. 247.
Poſtus. 130.
Poteſſe, Potiſſe. 116.
Potiſſum. 116.
Praecipes. 127. V. 2. 249.
Praeclariter. 120.
Praefiſcina, Praefiſcini, Praefiſcine. 122.
Praefuit pro Praebuit. 43.
Praerepſit. 116.
Praeſepes. 70. V. 2. 250.
Praeſtolo. 114.
Praeſtu, Praeſto. 39. 122. V. 2. 250.
Praeteſtatus pro Praetextatus. 28.
Praetextus, Praetextum. 89.
Precario. 122.
Preco. 114.
Priepus. 33.
Prime. 122.
Primiter. 120.
Prior ſenatuſconſultum. 85.
Priſtis. 21.
Priuato, Priuatim. 122.
Priuilegiũ ex Praeuilegio. 35.
Probincia. 41.
Probiter. 120.
Prochyte. 59.
Proco. 114. V. 2. 242.
Prodicia. 25. 41.
Prodigium hunc. 89.
Prodigitas. 130.
Proelio. 114. V. 2. 253.
Proficiſco. 114.
Progredio. 114.
Proilium. 43. V. 2. 253.
Properatim. 121.
Properiter. 120.
Prophetes. 63.
Proluuium, Proluuies. 91.
Pronis, & Pronus. 79.
Proprietas. 4.
Propritim. 121.
Proſapies. 63.
Proſelinoe. 52.
Proſperiter. 120.
Proteruiter. 120.
Proximo. 122. V. 2. 255.
Proxſumus. 29.
Pucnauet pro Pugnauit. 33.
Pudicabus. 107.
Puellabus. 107.
Puere. 128.
Purime pro Puriſſime. 130.
Puriter. 120.
Purpuriticus. 25.
Putcale. 67.
Puteus, Puteum. 90.
Πλάγγες. 158.

Q

Quadrantale. 67.
Quaeſti pro Quaeſtus. 96. V. 2. 259.
Qualus, Qualum. 90.
Quantitatium. 106.
Quaſei, Sibei. 52.
Quaxare. 27.
Queibam. 51.
Queibus. 52.

Quod pro Quot. 43. 48.
Quodannis. 43. V. 2. 262.
Quotidiano, Quotidie. 122. V. 2. 263.

R

RAbbini. 3.
Rabonem pro Arrabonem. 128. V. 2. 266.
Radicium. 206.
Ramenta. 66.
Raptabus. 107.
Rare, Rarenter. 123.
Receſſet. 130.
Reciperatis. 36.
Recordo. 114.
Redargueſſe. 34.
Reddibo. 117.
Reddunda. 118.
Redbalo, Redambulo. 6.
Reducit. 19.
Referundum. 118.
Regundorum. 118.
Relicui, Relicuiae. 42.
Relicuus, vt Vacuus. 28. V. 2. 270.
Remedi. 93.
Reminiſco rectum eſt. 114. V. 2. 270.
Remmorus an ſcriptum antiquis. 31.
Renus, Renum. 90. V. 2. 270.
Repentim. 121.
Reperibitur. 117.
Repetundi. 118.
Reprocus. 130.
Reſpondo. 111.
Rectrictum. 121.
Reſuxoria. 151.
Retes. 70.
Retor, Rhetor, Bretor. 54.
Rhetorico. 114.
Reuerecunditer. 120.
Rhodopa. 59.
Rictus, Rictum. 90.
Rixo. 114.
Rien. 127.
Roma. 3.
Romus. 20.
Rotatim. 121.
Rubico, Rubicon. 81.
Ructo. 114.
Rudia. 60.
Tò Rurſus defenditur. 124. V. 2. 273.
Rutundus, Rotundus. 39.

S

S Non expreſſum in vltimante ſillaba. 162.
S loco B, D. 47.
Loco Z. 48.
Sabadia pro Sabazia. 43. V. 2. 275.
Sacerdus. 40.
Sacreficium. 34.
Sacrificl. 93.
Sacrificor. 114.
Sacrus pro Sacer ſcriptum. 74.
Saeuus, Saeuos. 85.
Sagus, Sagum. 90.
Saguntbus, Saguntbum. 90.
Salamina. 64. V. 2. 277.
Sale in prima poſitione. 67.
Salti, Senati, Soniti, Sumti. 96.
Saltuatim. 121.
Saluere. 15. 39.
Sam pro Suam. 130
Samos. 85. V. 2. 278.
Sandaliaris, Sandaliarius. 79.
Σάπφεις, Σάβφεις. —— 45.
Satelles. 75.
Sardis, Syrtis, Salubris. 109.
Satraps, Satrapes. 76.
Saturnus. 3.
Scato, Scateo. 111.
Schemaſin. 108.
Scibo. 117.
Sciſco. 114.
Sciſcidi. 125.
Σκληρότηρ pro Σκληρότης. 47.
Scorpios. 85.
Scribundis. 118.
Scruto. 114.
Sculponeae. 38.
Scutus, Scuta, Scutum. 90.
Se pro Sine. 130.
Secetem. 25.
Secondus. 40. 118.
Sedulo, Sedule. 123.
Seedes. 32.
Secto, Sector. 114.
Sedda. 42.
Sedum, Sedium. 106.
Sedum pro Sed. 128.
Segnitia. 63.
Segrex, Segregus. 76. 86.
Seine. 52.
Seorſus. 124.
Seruibo. 117.
Soledas pro Solidas. 33.
Selena pro Helena. 26.
Selinus. 6.
Seliquaſtra. 42.
Sempiterno. 123.
Sēpiternus ex Sēpaeterno. 35.
Senecs, Seneces. 77.
Senici pro Seni. 28.
Senones, Xenones. 28.
Senria pro Sententia. 130.
Senrix. 36.
Sepelitus. 127.
Septizodium pro Septizonium 42.
Sereſco pro Sereneſco. 130.
Sereſco ex Ξηρόν. 29.
Seriphos, Seſtos, Seruos, Siſiphos, Sperchios. 86.
Sero, Sere. 123.
Serpyllum. 26.
Sertus, Serta, Sertum. 90.
Seſcentos, Sexcentos. 48.
Set pro Sed. 48.
Seueriter. 120.
Sex, Septem. 26.
Sexcenti. 25.
Sexſus. 29.
Sexus, Sexu. 90.
Sibe, Quaſe. 33.
Sibei. 52. V. 2. 289.
Sicilicum. 170. 171.
Sicus pro Siccus. 31. V. 2. 289.
Sineeriter. 120.
Singo. 131.
Singularie. 124. V. 2. 291.
Sinus, Sinum. 90.
Sirempſ. 159.
Siſpitem, Soſpitem. 36.

Siut

Siui pro Sibi. 38.
Soli caſu patrico. 94.
Solo, Solon. 81.
Soloe. 52.
Solſtitiones. 82.
Somnu. 40.
Sonit. 115.
Sonoritas. 7.
Sont, Dederont. 37.
Sorapis. 21.
Soro---ſapis. 158.
Sortio. 114.
Spaeriſterium. 45.
Sparus, Sparum. 90.
Specieum, Materienm abſque R. 106.
Specular. 68.
Specus, Speca, Specum. 90.
Speres. 127.
Spicus, Spica, Spicum. 66. 90.
Spirito, Spiritu. 37.
Spititus Notae. 152.
Squalus pro Squalidus. 131.
Stacte. 59.
Stadius, Stadium. 90.
Sterila, Sterilis. 79. V. 2. 297.
Stipulum. 66.
Stitiſſes. 15.
Strideo, Strido. 111.
Striges à Stridendo. 25.
Strigores, Strigones. 47.
Stultities. 63.
Stupidus à Stipite. 21.
Suauio. 114.
Subduxe. 131.
Subicite. 25.
Suboles rectius. 5.
Subtel à Talo. 33.
Succepit. 42.
Sucurra, Suburra. 40.
Sueſe pro Sueſſe. 31.
Suffrago, Suffragor. 114.
Suijs. 31.
Sulcus ex Ὁλκός. 40.
Summoſſet. 131.
Sumnus, Somnus. 39.
Superbiter. 120.
Supereſcit. 127.
Superſtitium, Superſtitio. 82. 91.
Surpio. 19. 131. V. 2. 303.
Surrexe. 131.
Surſus. 124.
Suſcitare vnde. 47.
Suſpicio. 159. 160.
Suſtulo pro Suſtollo. 31. 40.
Suſum, Surſum, Suſſum. 47. V. 2. 303.
Σ irriſum. 47.

T

T pro D. 48.
T pro S. 49.
T caducum. 49.
Tabus, Tabum. 90.
Tacito, Tacite. 123.
Tago. 45. 131.
Tame pro Tam. 128. V. 2. 308.
Tapete primore caſu. 70. V. 2. 308.
Tarcho, Tarchon. 81.
Taxis. 131.
Tecumeſſa. 40.
Tegula πληθυντικῶς. 66.
Telamo, Telamon. 81.
Telexio, Telexion. 81.
Temeriter. 120.
Temulenter. 121.
Tenedos, Tennedos. 31.
Tenedos, Tmolos, Tyros. 86.
Teniui. 116.
Tera, an Terra. 30. V. 2. 311.
Tergus, Tergum. 90.
Termen. 71.
Termina git. 25.
Teneritas, Teneritudo. 69.
Tergeo, Tergo. 111.
Terpandrus, Terſandrus. 74.
Terras caſu patrico. 92.
Tertium, Quartum. 123.
Tertus, Terſus. 49. V. 2. 311.
Terui. 116.
Ter---uncius. 160. V. 2. 311.
Τέμερον, Τεῦτλον. 49.
Teſtatim. 121.
Teſtum. 66.
Tetinero. 130.
Tetrarches. 63.
Tetuli. 125.
Theſis, Thetis. 42.
Teucrus. 74.
Teſaurus, Theſaura. 90. V. 2. 313.
Theatrum hunc. 89. V. 2. 311.
Thraca. 59.
Thraecia. 3.
Thraſymachus auctor Periodi. 136. 137.
Thrypho, Thryphon. 82.
Thymus, Thyma. 90.
Tiara, Tireſia. 59.
Tiburtis, Tiburs. 69.
Tignum, Tignu. 90.
Timos, Timor. 47.
Tiſſa, Tiſſe, Tiſſae. 60.
Titanus. 67.
Titinno, Titinnio. 111.
Toga à Tegendo. 37.
Tonimus. 115.
Tonitrus, Tonitru, Tonitruum. 90. V. 2. 317.
Torale, Tribunale. 67.
Toreumatorum. 105.
Toruiter. 120.
Toſus, Tonſus. 45.
Totae familiae caſu ſecundo. 94.
Traduce. 127.
Tragidus, Tragoedus. 36.
Trapedia, Trapezia. 43.
Tremeo, Tremo. 111.
Tribula ἑνικῶς. 32.
Tributus, Tributū. 91. V. 2. 320
Tricapitem. 8. V. 2. 320.
Τυρ[illegible]ταρία, Τυρ[illegible]ταρία. 48. V. 2. 322.
Tramis. 75.
Triſtities. 63.
Tro---ia. 160.
Trucs. 29.
Truſatilis. 3.
Trux ex Atrox. 40.
Tumulti. 96.
Tumultuatim. 121.
Tumultno. 114.
Tuo. 116.
Turben. 71.
Turris, Θύρσις. 46.
Turturis. 80.
Tute. 115.
Tutiſſimo. 123.
Tyſia. 59.

V loco

V

V Loco A, B, E, I, O. 38. 39. 49.
Vaarus. 32. V. 2. 326.
Vadus, Vadum. 91.
Vago. 115.
Vapos. 83.
Vbas pro Vuas. 41.
Vbei. 52.
Vbertus. 74.
Velabra, Ventilabra. 131.
Velit pro Vellit. 31.
Velitatim. 121.
Venibo. 117.
Verberit. 36.
Veres pro Verres. 31.
Velia, Helia. 49.
Venero. 115.
Veneti, Heneti. 49.
Veribus, Verubus. 108.
Veriloquium. 4.
Veritas in priuis vocibus. 4.
Verſatilis. 3.
Verſi, Victi. 96.
Vias caſu patrico. 92.
Veſtrum, an Veſtri. 106.
Viciſſitatim. 121.
Viduum, Biduum. 39.
Viirus pro Verus. 32.
Vindicia. 61.
Virginal, Virginale. 67.
Virtutium. 106.
Viſceratim. 121.
Viſundi. 118.
Viuebo. 117.
Vius pro Huius. 26.
Vixſit. 29.
Vlciſco. 115.
Vlciſcor ex Ε'λκίσκω. 39.
Vlulo. 154.
Vlyſſi, Oronti patrici caſus. 95.
Vlyxes. 28. V. 2. 334.
Vmbilicus, Vmbilicum. 91.
Vmus, Vmor. 26.
Vni pro Vnius. 94.
Vniberſus pro Vniuerſus. 41.
Vocifero. 115.
Volkanus. 27. 38.
Volnus. 38.
Volop. 38.
Vomis. 15.
Voto, Veto. 37.
Voturius, Veturius. 37.
Vruinates, Vrbinates. 49.
Vterus, Vterum. 91.
Vto. 115.
Vueribus pro Vberibus. 39.
Vulga, Bulga. 38.
Vulgus, Vulgum. 91.
Vulturnus, Vulturnum. 91.
Vulturis. 80.
Vultus, Vultum. 91.
Vxſor. 29.

X

X Eno. 82.

Y

Y Gia pro Hygia. 26.

Z

Z Acynthos. 86.
Zeno, Zenon. 82.
Zoroaſtrus. 74.

FINIS.

VA1 1523349

Digitized by Google